BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
2 G M
34

34 g

9-9-c-34

9-5-..-31.

Digitized by Google

36 g.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


ANNVS IN ANGVSTO
ANNALES
ECCL.CI
IN
EPITOMEN
REDACTI
A. Camas: del:
C. Bloemaert sculp:

Digitized by Google

S. D. N.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

HIERONYMVS TETIVS F.

ECCLESIASTICÆ Hiſtoriæ Epitomes Tomus hic tertius, quem Ludouicus Aurelius nuper præmortuus, ſub ipſum finem reliquit, quia quaſi mœrens poſthumus, miſeram orbitatem reformidat, ad communem totius orbis Parentem non temerè confugit. Tua enim clementia, Beatiſſime Pater, humaniter adeò excepit geminos

eius liberos, vt immortali nominis Tui lauro redimiti, præmunitiq; iam vbique eodem ſplendore præfulgeant, Auctoremq; ipſum muneribus ampliſſimis auctum, mox etiam in numerum familiarium Eminentiſſimi Principis Cardinalis Antonij, tuo nutu, coopratum inſpexerimus. Ego verò, quòd Sanctitatem Tuam cum hoc pariter fœtu adire, & in publico eius ortu Vrbanæ lucis partem aliquam in me deriuare non dubitem; Audacior ſim, niſi Aurelius idem moriens hanc ipſam, aliasque lucubrationes, ſu-

premis

premis mihi veluti tabulis, commendaſſet. Accedit, quod cum primum, Beatiſs.P.Peruſinis collibus Maieſtatis tuæ olim iubar affulſit, me quoque inter cæteros, adeò benignè reſpexit, & fouit, vt ſub ipſa deinde Pontificatus initia in clientela Excellentiſsimi Caroli Fratris Tui vberius adoleuerim; poſt tanti verò Principis iacturam, in aulam eiuſdem Eminentiſſimi Principis, nouo, præclaroque beneficio reuocatus feliciter etiam conſeneſcere poſſim. Quamobrem non modo me audacię non culpandum exiſtimarim,

ſed diuino quodam mune-
re factum crediderim, vt
& immortalia in me tua be-
neficia palam prędicarem,
& me tibi Beatiſſime Pater
publicè ſanctèque ſolemni
voto conſecrarem. Vale
diutiſſimè, Columen Chri-
ſtiani Nominis. V. Kal.
Oct. CIↃ.IↃC. XXXVII.

AD

AD LECTOREM.

ANNALIVM Eccleſiaſticorum Epitomen, aureo dudum calamo elaborabat Ludouicus Aurelius V. Cl. Ecce autē acuta febri laborat, mox ferreo fati calamo transfixus ecce æternum feriaturus quieſcit; haſque ipſas lucubrationes bono poſterorum connixus, in lugubribus, obſcuriſq; incunabulis lucis adhuc dubias reliquit: aderam ipſe, inter cæteros, abeunti aſſidebam in lectulo, & deficientem fruſtra fouebam; cum ille, quos defixerat, & intenderat in cœlum oculos, paululum ad has vigilias deflectens, & ingentis quantumuis gloriæ parituras deſpiciens, conſtanter, placideq; Penes te, inquit, mi Teti, inter ciues, conſeruos, amicos amiciſſime, vitæ, ne-

ciſq;

eisq; earum erit arbitrium. Obſtupui ad tantam Viri, vel in extremo ſpiritu conſtantiam, & vt præreptum mihi deinde ſentio,

Aeſtuat ingens
Imo in corde dolor, mixtoq; inſania luctu,
Et furijs agitatus Amor,

Quid plura? arrepto ſtatim Annalium faſciculo, doloris vltra impatiens, limen triſtis exceſſi: interea aberranti redibat in mentem quantum mihi, amicisque omnibus cum Aurelio pariter deperijſſet. Ecquis iam reſponſa ex Iuriſperitia, ex Philoſophia, occultas notiones, ex ſacris literis arcana nobis edicet? Ecquis in peragendis amicorum negotijs diligentem illam ſolertiam ab aliquo ſperare, nedum aſſequi poterit? numne iſthæc, quæ gerimus ſcripta, ex tot, quæ amiſimus commodis, vnum aliquid reponant? imò enimuerò quia viperinum in morem genita, diſruptiſque parentis viſceribus edita, culeo inſuenda, & parricidarum pœna, in flumen demergenda.

His

His æſtuantis animi motibus in aulam deferor. Occurrit ipſo in limine Lælius Guidiccionius vir in paucis optimus, doctiſſimusque, qui vt mærentem plus æquo vidit, & quæ præceps agitabam animo cognouit, qua erat authoritate, mentis meæ fluctus grauioribus rationibus ſenſim compeſcere conatus eſt; & apage, inquit, mi homo, hanc feritatem, teque aliena cæde ne, quæſo, fædaueris; liberam facultatem ab Aurelio tibi delatam, ius quoddam eſſe, ſcito, non exequendi, ſed vix iudicandi, imo ne vix quidem: num enim Pater eam in te poteſtatem aduerſus liberos transferret, quam nullam haberet? Verum eſto; tu ne ergo tanquam obnoxios damnabis, quos prorſus innoxios nemo non videat? quem enim fugit, quantum diſtet inter cauſam, & occaſionem peccandi. At quid ſi ab vtraque culpa vacant? nemo, qui ſapiat, acutæ febris inuaſionem ad iuges ſcribendi eius labores referet, qui tam facile ſine aliquo conatu, vel

indu-

induſtria, vnico quaſi calami du-ctu, ludebat. Vide, ne in amicis obſequioſa nimis ſedulitas, nec loco, nec tempore vnquam coercita, potius ſit culpanda. Quid autem ſi omnia in te iura tranſiſſent? nonne ad Eminentiſs. Principis Noſtri dominium ſpectarent? tum ego, ecquid autem Principi cum Annalibus pereat? cuius ingenio abunde omnia ſuppetant, non modo quæ ex annalibus depromi, ſed quæcumque etiam hauriri ex ipſo Aurelio, vel centenario potuiſſent? Hæc inter accerſit me Princeps, & cum ad tanti viri mortem humaniter indoluiſset, vniuerſa, inquit, Teti, quæ reliquit Aurelius noſter ſcripta colliges, & quamprimum typis ære meo imprimenda curabis. Fatebor ingenuè, mira hæc Principis benignitas animum tot fluctibus exagitatum ad ſubitam tranquillitatem reuocauit; hæc tenebras omnes deterſit, & quantum compendij poſteris acceſſurum eſſet ex Aurelij laboribus penitus aperuit. Igitur ex tanti Prin-

cipis

cipis liberalitate habes Lector, quæ legis; eorum quæ acciderunt, te neſcium eſſe volui; tu affectum meum boni conſule.

Im-

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

Io:Bapt.Alt. Ep.Cam.Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Io: Vinc. Morenus de Mutina, Mag. & Socius Reuerendiſs. P. M. Sac. & Apoſt. Palatij.

ANNALES ECCLESIASTICI POST CARDINALEM BARONIVM

Ex probatis Authoribus, ac præcipuè ex Abrahamo Bzouio deſumpti

A LVDOVICO AVRELIO PERVSINO

In Epitomen redacti.

LIBER XIII.

Reſpondens xiij. eiuſdem Auctoris Tomo.

Ann. Chri. 1198.

CAElestino, vt diximus, morte ſublato, Eccleſiæ regimen Io:Lothario Diacono Cardinali ex Comitibus Signiæ inuito delatum eſt, qui haud ita multo poſt Sacerdotio initiatus Innocentius hoc nomine tertius dici voluit. *Innoc. III.*

A Por-

Porro is Pontificatum vix dum auſpicatus Chriſtianos Principes pleroſque omnes, ac primæ notæ Eccleſiarum Rectores de ſua ipſius electione certiores reddidit. Philippo inſuper Gallorum Regi cognoměto Auguſto pro imperio edixit, vti Helbergam Coniugem Canuti, aç Sororem VValdemari Daniæ Regum thori conſuetudine, Pellice interim inducta, ſubmotam reduceret; renuentem ac contumacem Eccleſiaſtica cenſura notauit. Alphonſi quoque Regis Legionenſis, ac Berengariæ Alphonſi Caſtellæ Regis ſororis inceſtas nuptias diremit. At verò Angliæ Regi, vt bona Epiſcopo Eboracenſi ablata actutum redderet ſeriò imperauit; quod & cum Vngariæ Rege præſtitit, qui in Vacienſem Epiſcopum iniurius fuerat ac violentus. hæc Sacerdotalis roboris, & Chriſtianæ conſtantiæ documenta Sanctus Pontifex ipſo iniunctæ ſibi curæ Paſtoralis exordio dabat. Cum autem perſenſiſſet apud Aquitaniam, ac reliquam ferme Galliam Valdenſium hæreſim, ac multiplicem ex his enatam ſobolem infælices radices altius agere, ac mirum in modum propagari, ea ſuper re ad Metropolitas eius Regni fermè vniuerſos perſcripſit. porrò eadem Val-

Valdēſiū hæreſis.

Cypr. Manēt l.1. Valdenſium peſtis Hetruriæ quoque Vrbes aliquot, ac præcipuè Vrbem Veterem cum infeciſſet, Innocentij miſſu profectus illuc Petrus Parentius, qui Regioni præerat, impiorum gladijs occubuit. ad hæc operoſus Pontifex Vngariæ Regis Fratri ſub anathematis comminatione edixit, ne ſeditiones eo in Regno miſceret, neue arma in Regem Fratrem moueret. Legationem quoque ad Alexium Græcorum Auguſtum inſtituit, qua eum ad iungendos cum Latinis animos, ac vires, & Sacrum bellum iuuandum hortatus eſt. Literas quoque ea ſuper re ad Regiæ Vrbis Patriarcham dedit, *quarum exemplum apud Auctorem hic habes*. Ad idem bellum piè, ac fortiter capeſſendũ Reges quoque Angliæ, & Galliæ etiam atque etiam hortatus eſt, vtque idcircò ſimultates, & mutua ponerent odia, anathemate etiam denunciato, impulit. *Hetruriã inficit.* *Pontificis ad Græcũ Auguſtũ Legatio.* *l.2.Ep. 353.*

Vrbes interim Tuſciæ, Piſis tantum exceptis, Alemanorum excuſſo iugo, in Sedis ſe ſe Apoſtolicæ clientelam dedere inito interim inter ſe fœdere ad illorum arma atque iniurias propulſandas. harum Rectores vti in fide obſequioque erga Romanam Eccleſiam, inque inito inter ſe fœdere perſeuerarent *Tuſciæ Vrbiũ interſe fœdus Romanæ Eccleſiæ ſeſe dedũt.*

 hor-

hortatus eſt Innocentius literis, *quæ hic recitantur*. Poſt hæc Pontifex Siciliæ Regnum atque Aquilam Conſtantiæ Auguſtæ, ac Federico filio adhuc impuberi beneficiario iure iterum attribuit literis ea ſuper re, *quæ hic pariter recitantur*, ad eos datis. his alteras ad eoſdem addidit, quibus ratio eligendi eo in Regno Eccleſiarum Præſules præſcribitur, qua de re ipſos quoque Præſules edoctos voluit.

Siciliæ Regnũ in feudũ datum.

Epiſt. 41 2.

Germani interim Proceres plerique omnes apud Aquiſgranum coacti Romani Imperij titulos Philippo Henrici fratri tanquam inuaſori abrogant, Othoni Saxoniæ Ducis filio conferunt. Philippo Philippus Gallus ſtudere occepit, Othoni Richardus Anglus, atque adeo Innocentius ipſe memor, vt videbatur, iniuriarum, quibus Philippi frater, ac Parens Romanos olim Pontifices Deceſſores affeciſſent. res eò deducta eſt, vt Is arte, ac conatu omni in demerendo Põtifice nequicquam adhibito, anathemate ab eo demum percuſſus ſit.

Philippo Imperiũ abrogatum.

Antonin. 3. p. tit. 19. c. 1

Erant apud Palæſtinam Gallorum, ac Germanorum copiæ. has Saxoniæ Dux Henricus, & Conradus Moguntinus Archiepiſcopus deduxerant, illis Simon a Monte-for-

Syria deſeritur a Cruceſignatis.

forti præerat, & iam Beritum vi ceperant. Ioppen ſolo antea æquatam munierant, hoſtes haud ſemel profligauerant. ceterum dum maximè rei benè gerendæ ſpes ſubeſſet, vtriuſque Gentis Duces ac milites receſſere.

Ann. Chri. 1199. *L. 2. ep. 239.* At verò Innocentius ita animum non deſpondit, vt ſtatim ad Reges Galliæ, atque Angliæ, ipſoſque adeo Populos per vniuerſum Chriſtianũ Orbem ſcripſerit de bello ſacro redintegrando, noxarum veniam non his modò, qui militiæ nomen darent pollicitus, ſed & his, qui milites pecunia aut commeatu quoquo modo iuuiſſent. Clericis inſuper quadrageſimam redditũum, qui ex Sacerdotijs prouenirent, partem imperauit. *Subſidium belli Sacri Clericis indictũ* Exceperat per eos dies Almerici Hieroſolymorum Regis Legatum Latinorum opem in tanto eius Regni diſcrimine implorantis. hunc ipſum itaque Legatum Pontifex antequam in Orientem rediret, in Galliam, atque Angliam pergere operæ precium duxit, vt Regis ipſe ſui ac Regni cauſam aptius peroraret. Quod verò Alexius Imperator non modo ſuppetias Almerico Regi laturum ſe, quod rogabatur, abnuiſſet, ſed illaturum ſeſe illi bellum pro Cypri Inſula minatus eſſet, non apud eum

modò Pontifex egit, vt a tanto illum ſcelere deterreret, verum etiã idem vt datis ad eum literis Galliæ, atque Angliæ Reges præſtarent, enixè admodum curauit. Ceterum Alexius non tam Pontificis, ac Regum monitis a bello Almerico Regi inferendo abſterritus eſt, quàm inteſtinis pariter atque externis hoſtibus, a quibus tutari ſua, aliena inuadendi conſilia deponere coactus eſt. Deiecerat Is per ſummum nefas ante quadriennium Iſaacium fratrem a quo Regni adminiſtrationi admotus fuerat, atque adeo deiectum cæcauerat, ac in vinculis habebat. Euaſerat tamen Tyranni manus Amicorũ ope Alexius Puer Iſaaci filius Venetorum præſertim opera fuga elapſus. Commodum hoc ipſo tempore Venetias venerant Balduinus Flandriæ, ac Ludouicus Sabaudiæ Comites, alijque cum his Reguli aduerſus Sarracenos in Orientem traiecturi. hi Claſſi Venetæ impoſiti, iunctis cum eiſdem Venetis viribus, Alexium Puerum a Patrui iniuria vindicandum ſuſcipiunt. Igitur Creta alijſque Ionij, atque Aegei Maris Inſulis, dedentibus ſe ſe Inſulanis, Pueri nomine receptis, ſuperato mox Boſphoro, atque Elleſponto, victricia arma Conſtantinopolim intulere,

Alexij Tyrãnis.

Alexius ex Fratre Nepos.

a Latinis reſtituitur.

ac Tyranno deiecto, Alexium profugum. Patris ſolio reddidere, Patrem ipſum Iſaacium luminis orbatum cuſtodia eduxerunt. Verùm haud ita multò poſt eodem Puero Græcorum fraude ſublato, Iſaacio autem ægitudine, ac ſenio confecto mox defuncto fas fuit Latinis ex ſua Gente Balduinum Comitẽ Auguſtum dicere. Sed hæc non vno geſta ſunt anno,quę mox fuſius tradentur.

Hoc tempore Ioannes Regię Vrbis Patriarcha Innocentio Pontifici negocium faceſſere ſuper primatu inſtituit. datis itaque ad eum literis mirari ſe dixit, cur Romana Eccleſia titulum Vniuerſalis aſſumeret. ad quem Innocentius prolixas admodum, *quæ hic habentur* literas reddidit, quibus auctoritate, ac ratione multiplici Romanæ Eccleſiæ Primatum adſtruxit omnino videndas. nec ſatis habuit calamo, hoc pacto, illud adſtruere, ſed re quoque ipſa firmauit; quippe hoc eodem anno Antiochenum,ac Hieroſolymitanum Patriarchas ad cauſam dicendam in Vrbem euocauit. eidem Antiocheno, ne tributa Clericis imponeret inhibuit. Epiſcopos apud Vngariam minùs legitimè electos anathemati ſubiecit: Tyri Archiepiſcopo cognitionem

l. 2. ep. 198.

Romana Eccleſia Primatus, & authoritas.

l. 1, ep. 101. 108 et seqq.

quarumdam cauſarum commiſit, eiuſque Clericos ab iuriſdictione Patriarchæ Hieroſolymitani exemit: Venetis Mercatoribus communicationem cum infidelibus ad certum tempus,ac certis ſub condicionibus permiſit. Regi Arragonum, vt pondus monetæ iuſtum conſtitueret,præſcripſit: Reges Legionenſem, ac Luſitanum propter inceſtas nuptias anathemate percuſſit: Raynerium Legatum ad reformandas Eccleſias Gallicanas,atque hæreſes inibi extirpandas deſtinauit: Ducis Boemiæ, qui repudiata Vxore alteram ſuperinduxerat,cauſam Magdeburgenſi Archiepiſcopo demandauit: Leonis Regis,ac Gregorij Patriarchæ Armenorum Legatos obedientiam exhibẽtes excepit; aliaque permulta pro imperio, ac Romanæ Sedis authoritate geſſit,ac præſtitit.

Porrò cum ex Metenſis apud Lotaringiam Epiſcopi literis cognouiſſet, ea in Vrbe, ac Diœceſi homunciones quoſdam atque adeò mulierculas, translatas ipſis expetentibus in patrium ſermonem ſacras literas ita lectitare,ac in diſquiſitionem vocare conſueuiſſe, vt munus quoque concionandi temere aſſumerent, eorum audaciam datis ad eumdem populum literis,

hic

ep.131 *hic recitatis* acriter increpuit. Mox
l.2. alteris, *quæ huc pariter afferuntur*,
ep. 1. ad Clerum, Conſules, ac Populum
l. 2. Viterbienſem literis Hæreticos, qui clanculum graſſabantur, eorumque receptores publicorum munerum ademptione, ac bonorum publicatione puniendos edixit. Subinde, quem fama ſanctitatis celebrem nuper deceſſiſſe diximus, Homobonũ Cremonenſem Sanctorum numero adſcripſit, ac rei teſtes literas, *quæ hic habentur* publicauit.

Conſtãtia Aug. obitus.

l.1.ep. 531. Deceſſerat haud ita pridem apud Siciliam Conſtantia Auguſta, Regni adminiſtratione, ac Federici Regis filij adhuc impuberis tutela Innocentio Pontifici poſtremis tabulis commendata. tum verò Imperij, quem vocant, Seneſcalcus Vir profanus Marcoualdus, qui, etſi ab Hetruriæ Populis eiectus (qua de cauſa, tum quia anathemati ſubiectus fuerat, Innocentio erat infenſior) Vrbes haud ſecius aliquot apud Picenum præſertim obtinebat, ſimul Pontificem vlturus, ſimul Philippo PſeudoAuguſto gratificaturus, tumultuario conſcripto milite Siciliam inuadit, Vrbes diripit, ac muris nudat, nobiliores quoſque ex Siculis quà carcere aut exilio mulctat, quà ferro aut igne necat, aut vndis mergit. his grauiter, vt

Marcoualdus Siciliã inuadit.

par erat, permotus Innocentius exercitu & ipſe comparato, Legatos complures in Apuliam, Calabriam, ac Siciliam deſtinat, qui Populos, vt fas, in fide contineant, atque hoſtium conatibus obſiſtant, tum anathematis iterum ſententiam in Tyrannum promulgat, *cuius exemplum hic habetur*. His itaque perculſus Tyrannus Pontificis fide implorata tres Legatos S.R.E. Cardinales adijt, eorumque pedibus aduolutus, anathemate ſolutus eſt. ceterum haud ita multo poſt ad ingenium redijt, ac tertio iam piorum cœtu exemptus eſt; qua de re Innocentius Primores ex Siculis certiores reddidit, hortatus deinde eſt, neque Is tantum, ſed Federicus quoque Rex Hetruriæ ac Piceni Populos, vti in fide Romanæ Eccleſiæ ipſi perſtarent, Vrbes verò illas, quæ Tyranno adhuc parerent, in fœdus, ac Societatem pertrahere niterentur.

l.2.ep. 157. *l.2. ep. 169.* *l.2.ep. 210.* *l.4. ep. 4. int.ep. Inn. epiſt. 173.*

Synodus apud Dalmatiã

Celebrata eſt hoc eodem anno Synodus apud Dalmatiam Sedis Apoſtolicæ Legatis indicentibus, *cuius Acta ſummatim hic referuntur*.

Quo tempore Innocentius Legationem ad Leonem Armeniæ Regem inſtituit, qua eum cum Tripolitano Comite conciliaret, & ad bel-

bellum ſacrum iuuandum impelleret, qua etiam de cauſa Vexillum ad eum miſit Apoſtolorum Principis imagine conſpicuum, cuius tum quidem deferendi munus demandatum ferunt Pagano, atque Aroni Caſtellis ex Comitibus Mirandæ, ac Aronis apud Interamnam. retulit porrò Innocentius non a Rege tantum, ſed a Gregorio Patriarcha literas *ab Authore huc allatas*, quæ illius gentis aduerſus Romanam Eccleſiam obſeruantiam mirum in modum commendant.

l. 2. ep. 206. et ſeqq.

diſſidia inter æmulos Imperij.

Gliſcentibus inter Othonem, ac Philippum Imperij æmulos diſſidijs, ac ciuilibus ex ijs bello exardeſcēte, Innocentius cum ipſius Philippi, tum Regis Galliæ, ac ceterorum, qui Philippo ſtuderent literis, ac legationibus fatigatus, Sutrinum Epiſcopum, ac S. Anaſtaſiæ Abbatem cauſæ cognitores elegit. Literas quoque eam in rem addidit prolixas admodum, *quæ hic recitantur*, atque exinde alteras, quibus oſtendit ad quos ex vi legis atque antiqui moris ius eligendi Romanum Regem ſpectet, ad quos verò inaugurandi. Ceterum Philippus, etſi Othonis factioni inferior minorem ſuffragiorum partem retuliſſet, reprobatus quoque a Pontifice, cauſæ cognitione adhibita fuiſſet, tu-

ep. 18. c. Venerabilem de elect.

multuarijs nihilominus Comitijs Moguntiæ coactis, Conrado eius Vrbis Antiſtite longè agente, Auguſti titulos extorſit, inque Othonem bellum redintegrauit.

Hoc loco Author quadam in medium affert de Dominici, ac Franciſci Sacrorum cuiuſque Ordinum conditorum, tum de Iacinthi Poloni vitæ primordijs apud eum legenda, tum apud alios, qui illorum res geſtas poſteris tradidere.

Moritur interim Richardus Angliæ Rex dum ad Caletum littorale Galliæ oppidum excurrit, ſagitta transfuerberatus, cui Ioannes frater ſucceſſit. *Polid. Virg. de reb. Angl. l. 15.*

Hoc tempore initium ſumpſiſſe ferunt Sacrum Ordinem, cui a Trinitate, & a redemptione captiuorum nomen inditum Authoribus Ioanne de Mata, & Felice Anachoreta, qui Romanum Pontificem adiuere, ab eoque ſacri illius inſtituti Regulam recepere. *Gaguin. l. 6. Sabell. Enenad. 9. l. 5.*

Per idem tempus Albigenſium hæreſis, VValdenſium haud pauló deterior, Toloſam primò, dein Vrbes alias Galliæ complures corripuit. res eò deducta eſt, vt niſi obuiam igni etiam, ac ferro itum eſſet, Europam ferme vniuerſam peruaſura videretur. *horum deliria noſſe ſi quis cupiat Authorem conſulat* *Luc. Tudē. l. 2. c. 9 Caſ. Dial. 5. c. 21*

ea fuſius ex Rogerio in annalibus Anglicanis, ac Petro Monaco Ciſtercienſi recenſentem.

Quod verò Hæreticorum quidã apud Galliam infantes vſque ad rationis vſum baptizandos negarent, idque ex ſacris literis euincere ſe ſe poſſe contenderent, conſultus ea ſuper re Innocentius ab Arelatenſi Archiepiſcopo, longiores, *quæ hic habentur*, ad eum literas reddidit.

Porrò cum ex Gallia profugi Hæretici nonnulli Hiſpaniam petijſſent, Alphonſus Rex Aragonum edicto *hic recenſito* eos proſcripſit. *Alphõſus Rex Aragonum.*

Repullulante apud Germaniam Berengariana hæreſi, ad veritatem auguſtiſſimæ Euchariſtiæ adſtruendam miracula complura ſunt edita, *quæ ab Authore hic recenſentur.* *Sac. Euchariſtiæ miracula.*

Ann. Chri. 1200. Gliſcentibus in dies magis Sarracenorum apud Syriam viribus, rebus autem Chriſtianorum inibi ad interitum ruentibus, Innocentius Sacrum iterum bellum auſpicaturus decimam redditüum Romanæ Eccleſiæ partem eam in rem contulit, Clericis per Orbem reliquis quadrageſimam imperauit, Regibus interim, Rebuſque publicis, ac Chriſtianis omnibus oblata noxarum venia, ad idem ſacrum bellum quoquo modo pecunia, milite, aut com- *Innocẽtij ſedalitas.*

mea-

meatu iuuandum conatu maximo incitatis. Haud diſpari deinde ſtudio incubuit in Marcoualdi tyrannide amollienda, eiuſque ferro a Federici Regis ceruicibus depellēdo. ad hæc Germaniæ res, ac Romani Imperij diſſidijs Procerum, ac Competitorum armis mirè turbatas ac fluctuantes ſi fas, pacare inſtituit. datum itaque negocium eſt Antiſtiti Moguntino S.R.E. Cardinali Sabinenſi, vt coactis iterum Germaniæ Proceribus Competitorum iura diſcuterentur. acceſſerat ad Sueuum, ac Saxonem Rex Siculus Federicus tertius Auguſtalis faſtigij petitor. dum igitur Hi pro ſe quiſque conatu ſummo apud ſuffragatores agunt, illi cauſam iterum Othoni Saxoni adiudicant. Is igitur hoc pacto regali in ſolio firmatus, literis ad Innocentium datis, *ep. 51.* eius ſe beneficio imperare profeſſus eſt.

Acceperat, apud Croatiam Eccleſiarum immunitatem ita labefactatam, vt vulgo confugientes ad eas cuiuſuis generis ſontes, ab his ad carcerem, atque ſupplicia raperentur. Regi itaque per literas denunciauit, id ne fieri in poſterum ſineret, niſi in publicis latronibus, aut nocturnis agrorum populatoribus. Iudæorum quoque a Chriſtianis

re-

l. 2. ep. vexationes literis, *quæ hic habentur*
277. eam in rem datis, ſuſtulit.

Conflato inter Galliæ, atque An- *Bellũ*
gliæ Reges bello Innocentius pa- *inter*
cem, aut certè inducias inter eos *Reges*
conciliaturus, quo ſubditi ambobus *Angliæ*
c. 29. Populi ſacro bello vſui eſſe poſſent, *ac Gal*
de Iur. Petrum Capuanum S. R. E. Cardi- *liæ.*
iur. nalem ad eos legauit. Is ſpe pacis
omni abiecta ad quinquennales de-
mum inducias vtrumque Regem
adegit.

Celebrata eſt hoc anno Londini
apud Angliam Synodus Huberto *Syno-*
Cantuarienſi Archiepiſcopo indi- *dus Lõ-*
cente, *cuius decreta hic recenſentur.* *dini.*
Quo tempore apud eamdem Inſu-
lam Hugo Epiſcopus Lincolnienſis
Vir probatiſſimus deceſſit, quem
poſtea Honorius Pontifex tertius
hoc nomine Sanctorum numero
adſcripſit. *huius res geſtæ fuſe ad-*
modum hic referuntur.

Ann. Othoni interim, ac Philippo Ro- *Philip-*
Chri. mani Imperij æmulis, vt cum maxi- *pi Sue-*
1201. mè diffidentibus, Hic ſecum ipſe *ui ar-*
reputans quantum ponderis rebus *tes.*
ſuis ex Innocentij propenſione ac-
l. 3. ep. ceſſurum eſſet literis ad eum datis,
322. prolixe omnia pollicetur. in pote-
Vrſper ſtate ſe Romanę Eccleſię perpetuo
Chron. futurum, bona Eccleſijs a ſe ac De-
ceſſoribus ablata bona fide reddi-
turum: electiones Epiſcoporum

Ro-

Romano Pontifici permiſſurum. Paleſtinam de Sarracenis receptu-rum: Orientale Imperium ſubactu-rum, eamque Eccleſiam Romanæ vniturum, atque adeo vt fœdus, atque amicitia firmior foret, ac diu-turnior, affinitatem ſe cum ipſo In-nocentio initurum, filiamque alicui ex illius Cõſanguineis coniugij vin-culo copulaturum. Ceterum Pon-tificis animum, atque conſtan-tiam pollicitationibus huiuſmodi ita non fregit, vt is potius Othoni, eiuſque cauſæ, quam potiorem ſe-mel exiſtimauerat, ſtudere impen-ſius cœperit. itaque Eccleſiaſticis eum legibus ſoluit, vti Brabantiæ Ducis filiam arctiori cognationis vinculo iunctam vxorem duceret. eoque matrimonio res ſuas, aut fir-marte, aut augeret. monuit eum inſuper literis, ne de conſtantia, ac iuſtitia ſua dubius ambigeret. eo-dem argumẽto ad Germaniæ quo-que Principes, Præſules, atq; Reſpu-blicas, tum ad Regem Angliæ ſcrip-ſit, edixitque vti legitimum Augu-ſtum Othonem agnoſcerent, & ne pacem Reip. perturbarent. qua etiam de cauſa Salisburgenſi Ar-chiepiſcopo in mandatis dedit, vt Treuirenſem, Magdeburgenſem, Spirenſem, ac Pataulenſem Antiſti-tes Philippo pertinacius ſtudentes,

Innocẽtij cõſtãtia.

l. 3. ep. 56. & ſeqq.

Otho-

Othoni, autem inique aduerſantes deponeret. Porrò idē Otho iureiurando *hic expreſſo* pollicitus eſt Romanæ ſe Eccleſiæ iura atque Ditiones perpetuo defenſurum, eiuſque ſe ſub poteſtate futurum.

Adolphum Colonienſem Antiſtitem, quod Philippo Regium Diadema ſolemni ritu impoſuiſſet, gradu mouerat Innocentius, ac Brunonem ſuffecerat, hunc Philippus carceri mancipauit. tum Conrado Moguntino ex Oriente vix dum reduci vita functo, Canonicis ſuffragatoribus terrore incuſſo, Lutpoldum Vuormatienſem ſubſtitui curauit. At verò ex Canonicorum numero tres non amplius Philippi minas haud quaquam veriti, ſeceſſione facta, Lutpoldi electionem improbant, Sifridum euehunt, deque his Innocentium certiorem reddunt, fidemque, ac Sedis Apoſtolicæ iudicium implorant. His Germania procellis hoc tempore agitabatur.

Vrſper. Chron.

Ann. Chri. 1202. *l. 5. ep. 26.*

Nulla tamen cura Innocentium magis coquebat, quàm Paleſtinæ ab Sarracenis inſeſſæ recipiendæ; itaq. & Chriſtianos apud eam reliquos ſpe interim alebat, & ne deficerent, neue hoſtium numero, ac viribus abſterrerentur hortabatur; & Chriſtianos per Europam Reges, ac Populos, vt auxilia quæcumque ſub-

mit-

mitterent omni ope impellebat. Philippus ſanè Rex Galliæ abundè omnia collegerat, quæ tranſmittendis in tranſmarinas regiones copijs vſui eſſent, quod & Principes alij, atque Reſpublicæ præſtiterant. Vngariæ Rex Andreas, voto licet nũcupato adſtrictus expeditionem detrectabat, quin voti ipſius ſolutionem a Pontifice expetebat cauſatus Regni curas, ac Seditioſas ſuorum Ciuium molitiones. hunc Pontifex etiam atque etiam monuit votum, vt impleret, Regni curas, ac *ep. 103* patrocinium ſibi permitteret; a ſubditis interim ſibi populis, atque exteris nihil metueret.

Ad veteres Germaniæ turbas ex Regum odijs atque diffidijs, ſubinde nouæ ex Sacrorum quoque Antiſtitum concertationibus, prauiſque moribus accedebat; proinde Innocentio magnopere fuit enitendum, vt Archiepiſcopum Magdeburgenſem per Ioannem Præneſtinum Sedis Apoſtolicæ Legatum ad meliorem frugem reduceret; Lutpoldum verò per Canonicos Eccleſiæ Moguntinæ ab eius Eccleſiæ inuaſione abſtineret. Sed neque apud Siciliam pacatæ res erant, Marcoualdo tyrannicè omnia miſcente, ac ſus deque vertente. Igitur Innocentius VValterum Comitem de

turbæ in Sicilia. VValterus Comes

de Brenna Tancredi olim Regis Generum traijciendis in eam Inſulam copijs præfecit, inque militum ſtipendia Fiſcales Campaniæ atque
ep. 76. 85. 87. Aquilæ redditus Mercatoribus oppignerauit. Iacobo quoque conſobrino ſuo ac Mareſchalco in mandatis dedit, vt vires omnes cũ VValtero iungeret: Ad hæc Petrum Cardinalem Epiſcopum Portuẽſem legati munere fungi ipſa in expeditione voluit, de quo illud traditur memorandum, cum Eccleſiæ copijs bene precatus, male autem hoſtilibus fuiſſet, viſam in aere Crucem ſplendida conſpicuam luce VValterum Comitem anteire, eaque hoſtes perterritos in fugam verſos, & caſtris omnique bellico apparatu exutos, in præda fuiſſe dicitur. Henrici Auguſti Teſtamentum aurea bulla munitum, in quo Is Federico filio hærede inſtituto mandat, vt Regnum beneficiario iure a Romano Pontifice agnoſcat, retineatque, eidemque Mathildis olim Ditiones reddat, tum eidem filio abſq. ſobole decedenti Conſtantiam Vxorem dum viueret, ſi ſuperſit, ac deinceps eandem Rom. Eccleſiam ſubſtituit. Nec cladi ſuperſtes diu fuit Marcouualdus, quo ſublato, integrum Federico Regi adoleſcenti fuit pacato Regno diutius frui.

Crucis oſtētũ.

Henrici Aug. teſtamentũ repertum.

Marcouualdi obitus.

Rex

Rex interim Armeniæ, ac Siſenſis eius Gentis Archiepiſcopus legatione ad Innocentium inſtituta ſuum ipſorum conſenſum cum Catholica fide, ac Romana Eccleſia teſtati ſunt, expoſtulantes quoque apud eum de Tripolitano atque Antiocheno Comitibus, quos habere ſe infeſtos quærebantur, non ſecus ac ipſos Barbaros, ac fidei hoſtes Sarracenos. profeſſi inſuper ea legatione ſunt Armeniæ Regnum Sedi Apoſtolicæ immediatè, vt aiebant, ſubiectum eſſe; proinde ſua Pontifex, vt tutari ne abnueret poſtulabant. Super hæc Archiepiſcopus benedictionem, pallium, anulum, ac mitram expetebat; quare datum in mandatis eſt Soffredo tituli S. Praxedis, ac Petro tit. S. Marcelli Presbyteris Cardinalibus apud Palæſtinam legatis vti Archiepiſcopo morem gererent, vtque noxarum veniam militibus cum Rege Armeno indulgerent. *ep. 43. et ſeqq.*

Eodem fere tempore Caloiannes Bulgarorum Archiepiſcopus & ipſe pallium ab Innocentio expetijt, ac impetrauit; ſimul Belotes eiuſdem Gentis Regulus, coronam, nomenq. Regium ab eodem per Legatos petijt, qua de re Pontifex ſuo inibi Internuncio ſcripſit, vt an id è re Chriſtiana futurũ eſſet exploraret. *ep. 115 et ſeqq.*

Per-

Perrexerat iuriſiurandi religione obſtrictus in Palæſtinam Vngariæ Rex Andreas Regni interim adminiſtratione Banebano credita, Gertruda Vxore eidem commendata. ad eam Frater laſciuus Iuuenis cum veniſſet, Banebani coniugis inſignis fœminæ amore captus, Sororis lenocinio ad eam potiundam eſt vſus. ea igitur ſic in fraudem pellecta, facti pœnitens rem viro detulit. Is, ira percitus Reginam de medio ſuſtulit ac Regem adijt, qui tum Syriam nondum attigerat. Rex igitur eo audito, vultu, atque animo compoſito, *Tu verò*, inquit, *abi, & in Regnum redi, pro me illud, vt antea adminiſtraturus, ſi quando redux, quod Deus annuat, in Regnum fuero, cauſam tum libens cognoſcam. ſi innocens es, ſententiam ne metue, pro te feram; ſin autem nocens, ne nunc quidem damnatum volo, nec expeditionem hãc in hoſtes fidei ſumptam, a Chriſtiano ſanguine auſpicabor.* redditus exinde Regno Rex, & cauſa cognita, pronunciauit Gertrudem Coniugem iure cæſam videri. *Andr. Rex Vngariæ.*

Obijt hoc eodem anno Beatrix inſignis fœmina Federici Aeneobarbi olim Coniux. Eodemque tempore Cunegunda Auguſta, quam ſæpius laudauimus, quamque cum *Cunegunda Aug. inter Sãctos electa* *ſup. ad ann. 1024.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cum Henrico Viro caſtitatem perpetuam ſeruaſſe diximus Sanctorum numero adſcripta eſt.

Alexius Imperiũ latinorũ ope recipit.

Ann. Chri. 1203. *Nicet. l. 3.*

Hoc demum anno, qui ſæculi eſt tertius, Alexius Iunior Iſaaci filius, Alexio Patruo deiecti, paterno Imperio Latinorum, qui in Syriam pergebant, ope eſt reſtitutus, ſtatimque ad Rom. Pontificem literas, *quæ hic recitantur* obſequij plenas *ep. 210* dedit, futurumque ſe perpetuò in illius, ac ſucceſſorum poteſtatem ſpopondit. *rem geſtam fusè Author tradit ex epiſtola, quæ Praneſtino Cardinali Legato tribuitur ad Innocentium Pontificem data.* *epit. 211.* His non dum peractis Latini, quos diximus, ex itinere Iaderam Dalmatiæ Vrbem, quæ Ditionis erat Vngariæ Regis, quē memorauimus, Andreæ, vi ceperant, ac miserè diripuerant. ea re vehementer commotus Innocentius Pontifex raptores diris deuouerat, tum crimen fatentes, ac veniam poſtulantes Petro Capuano tit. S. Marcelli Presb. Card. Legato anathematis vinculis ſoluendos permiſerat, dum captam a ſe Vrbem Socio Regi relinquerent, ablata Ciuibus integrè reſtituerent; paruere ex animo Flandriæ Comes, ac reliqui quotquot erant ex Cruceſignatis Duces, ac milites, præter Dandulum, eiuſque Venetos, qua

Cruceſignatorũ facinus.

a Pontifice vindicatũ.

ex

ex re haud mediocris in vniuerſo Latinorum exercitu orta contentio eſt, aliquibus eos vt contemptores numinis auerſantibus; alijs verò ſine delectu his ipſis pro re nata vtentibus, ac promiſcuè communicantibus. certior itaque Legatorum literis ea de re factus Innocẽtius, eo ne diſſidio expeditio ipſa in Palæſtinam turbaretur, redditis ad Flandriæ Comitem, ac Duces reliquos literis, *Si Veneti*, inquit, *ſatisfacere noluerint, nec abſolui vobis permittimus, vt cum ipſis vſque in terram Sarracenorum, vel Prouinciam (iuxta quod inter vos conuenit, & ipſos vel honeſte conuenerit) nauigio trãſeatis, quanto minus poteritis, cum dolore tamen, & amaritudine cordis, & ſub ſpe veniæ communicantes eiſdem. cum enim iam a vobis maiorem nauli receperint quantitatem; nec ad eam reſtituendam poſſint induci, aut etiam coarctari; ſi aliter fieret, videremini, vos damnum ex pœnitentia, ipſi verò præmium ex contumacia reportare, cum ad hoc debitum exſoluendum ipſi vobis maneant obligati, & ab excommunicatis exigi poſſit, ac recipi quod debetur. eſt autem cautum in iure, quod ſi quiſquam per terram Hæreticorum, aut quorumlibet excommunicatorũ tranſierit, neceſſaria emere, ac recipere*

ep. 102 c. ſi vere. de excõ.

Innocẽtij ad Duces litera.

pere poterit ab eiſdem. Præterea ſi Pater familias domus excommunicationis ſententia fuerit innodatus a participatione illius familia excuſatur. Licet ergo Dux Venetorum Dominus Nauium tanquam Pater familias Domus in excommunicatione perſiſtat, vos tamen tanquam eius familiam, dum in nauibus eius fueritis, ipſius excommunicatio non continget, & excuſabiles eritis apud Deum, ſi in excommunicatorum Nauibus exiſtentes cum dolore cordis ſub ſpe pœnitentiæ communicaueritis ipſis, in quibus eorum communionem non potueritis euitare.

Bellū inter Gallos atque Anglos. Et hæc quidem Innocentius; ceterum non hæc tantum ſacram expeditionem interturbabant, optatāque Sacræ Vrbis, ac Regionis recuperationem morabantur, ſed & iterum coortum inter Galliæ, atque Angliæ Reges bellum maximo erat impedimento, quippe ea de cauſa non Reges modo ipſi ſacræ expeditionis onus detrectabant, & conſilium omne abijciebant, ſed ex ſubditis vtrique Populis rari admodum ſacræ militiæ teſſeram recipiebant. Quare Innocentius non ipſis tantum Regibus, vt arma ponerent, denunciauit, ſed & Epiſcopis nonnullis perſcripſit, vt diſcordia-

Pontificis zelus, & authoritas.

epit. 163 et ſeqq.

diarum cauſas cognoſcerent, pacemque mutuam conciliare aut inducias certè paciſci ſtuderent: ambos aut eorum alterum, per quem pax ſiue induciæ ne coaleſcerent, ſtaret, anathemate percellerent, Regnum Eccleſiaſtico interdicto ſubijcerent.

Andream quoque Vngariæ Regem apud Palęſtinam iam agentem multa diſtinebant, ac rei bene gerendæ impedimento erant; Seditioſorum in Regno metus, ne, ſe interim abſente, res nouarent: diſſidia Procerum, ne Regnum in diſcrimen adducerent. proinde Innocentius datis ad Vngariæ Præſules literis, eiſdem, vti populos in Ladislai Andreæ Regis filij verba adigerent, præcepit, eundemque filium, ipſumque Regnum dum Rex abeſſet, omni ope tutarentur, etiam atque etiam hortatus eſt. inſuper quod Regis fratrem (quem Rex parens morti proximus, Cruce humero impreſſa, ad perſoluendum pro ſe ſacræ expeditionis votum impulerat) rebus apud Palæſtinam gerendis adiumento futurum maximo exiſtimaret, enixè illum monuit, Parenti optimo, vt morem gereret, quodq. haud inuitus receperat quãtocius impleret. tum Regem Fratrem ad ſumptus illi ac neceſſa-

Andr. Vng. Rex.

ep. 48.

ep. 155 et 156

B ria

ria omnia ſuppeditanda haud ægrè adegit. Ferunt Innocentium tanto ſtudio, atque ardore ad ſacrum bellum promouendum incubuiſſe, vt neminem voto ad illud ſubeundum adſtrictum abſoluere voluerit; quin votum huiuſmodi implere abnuentes, aut negligentes è piorum cœtu eximere non dubitaſſe. Ad hæc

Innocētij zelus. Sanctus Pontifex Galliæ Reginam reſtitutam eam quidem, ſed cum qua adhuc Regi non bene conueniebat, ſolatus eſt literis, Regem verò ipſum impenſe monuit, eam vt Vxoris loco haberet, alioqui Eccleſiaſtica ſe animaduerſione vſurum. *ep. 85. 86. & 182.*

Eademque mox ſeueritate aduerſus Angliæ, atque Caſtellæ Reges eſt vſus. in illum quod Epiſcopos nonnullos eieciſſet, alios ratione alia inſectatus fuiſſet, ac bona Eccleſijs rapuiſſet; in hunc quod inceſtas filiæ, ac Regis Legionenſis nuptias dirimi nequaquam ſineret. eodemq. tempore VVlſtanum Cantuarienſem olim Antiſtitem laudatiſſimū Sanctorum albo adſcripſit. *l. 6. ep. 163. et ſeq.*

S. VVlſtanus canonizatur. Præmatura interim mors Hieroſolymitani Patriarchæ Pontificis curas haud mediocriter auxit, donec reſciuit Soffredum Card. Legatum ab eius Eccleſiæ Canonicis in demortui locum ſuffectum. eam itaque electionem ratam habuit. Tum

ye-

verò in Sardiniam,quæ hoc tempo-
re ſub Rom. Eccleſiæ Ditione erat, *Sardi-*
ep. 29. atque in Diui Petri Patrimonio cé- *nia ſub*
& ſeq. ſebatur, Archiepiſcopum Turrita- *Domi-*
num legauit, vt conſuetum ab In- *nio Rõ.*
colis iuſiurandum, ac cenſum an- *Eccle-*
nuum exigeret, tum eoſdem Inco- *ſiæ.*
las a grauaminibus quibuſdam exi-
meret. Conſulibus quoque ac Po- *Ianuẽ-*
pulo Ianuenſi, qui eiuſdem erant *ſis itẽ*
Patrimonij duos ſolidos aſſortiato- *Ciui-*
rum annuatim pro quaque domo *tas.*
cenſus nomine imponebat.

in Flor. Tradit VVeſmonaſterienſis Bri-
hiſt. tannus Auctor, apud Sardenai (Vrbs
eſt non longè a Damaſco) oleum
ex Deiparæ imagine fluxiſſe miræ
ad quoſcumque morbos pellendos
efficacitatis, quo & Soldanus ipſe
Damaſcenorum, oculorum lumen
receperit. hoc idem ante annos
amplius trecentos eadem in Pro-
apud uincia vſu veniſſe Arnoldus Abbas
Bar. Lubecenſis teſtis oculatus tradit, ni-
ad an. ſi ſi quis potius Auctorem modo
Chri. laudatum, errore temporũ lapſum
870. atque hallucinatum putet, oſten-
tumque huiuſmodi a duobus ſic
traditum vnum atque idem fuiſſe *Tu-*
autumet. *mul-*

Ann. Potitus vt diximus Vrbe Regia *tus By*
Chri. Latinorum ope vix dum fuerat Ale- *zãtij*
1204. xius Puer, cum ſeditione in ea exci- *in Ale*
Sabell. tata, atque irruptione in Regiam *xium*
B 2 fa- *Imp.*

facta, parum abfuit, quin trucidare- *Enn. 9.*
tur, clamante in eum multitudine *l. 5.*
quaſi perſoluendæ pecuniæ, quam *Nicet.*
temerè puerilíterq. auariſſimæ La- *l. 3.*
tinorum Genti ac Græci nominis *Annal*
inimiciſſimæ promiſiſſet, Ciues ſuos *Fland.*
ſpoliaturus eſſet. profuit innoxio *l. 7.*
emiſſa vox a multis audita, qua ſe in
Ciuium ſuorum poteſtate futurum
ſpopondit. Sedato itaque hac ra-
tione tumultu, Princeps, conſilio
paucis communicato, Bonifacio
propinquo ſuo, qui militaribus ex-
tra Vrbem copijs præerat, manda-
uit, vt tertia ſequentis noctis vigilia
expeditis cum cohortibus præſto
eſſet, daturum ſe operam, vt Vrbis
porta præſcripto tempore eis pate-
ret. conſilij particeps inter alios
Mirty- fuit Alexius cognomento Myrtilus,
lus Ale quem Iſaacius Augusti Parens ex
xij pro infima plebis condicione ad ſupre-
ditor. mos fermè honorum gradus euexe-
rat. Is per ſummum ingrati animi
vitium atque perfidiam, rem aliqui-
bus ex Seditioſis aperuit, auctorque
his fuit, vt prima nocte tumultum
iterum excitarent, eo igitur ex com-
poſito, exorto, Myrtilus perculſum
metu Principem haud ægre impu-
lit, abditiſſimam ſeſe vt in Regiæ
partem reciperet. tum ipſe Prodi-
tor in publicum egreſſus per ſpeciē
ſedandi motus, ita pro concione
apud

apud inconditam multitudinem verba fecit, vt queſtus primo de rerum ſtatu, deque exteris Græci nominis hoſtibus, qui Vrbem terra, marique obſiderent, non Puero Principe ſed Viro ſtrenuo, ac rerum vſu, prudentiaque prædito opus eſſe diceret, qui rem proſtratam erigeret. his populus ita permotus eſt, vt eum belli Ducem, atque Vrbis Præſidem, mox Auguſtum acclamaret. Id ex voto, Myrtilus aſſequutus, ſatellitio ſtipatus Regiam iterum irrumpit, Auguſtum Puerum eliſis faucibus ipſemet conficit. tum virium ſatis ſibi eſſe ratus ad latinos propulſandos, terreſtres primò Gallorum atque Italorum copias, tum Venetos, ac eorum claſſem ſeorſim aggredi inſtituit. in eos igitur ita aciem inſtruxit, vt in primo agmine Sacerdotes Sacris veſtibus amictos, ac Deiparæ Iconem præferentes eſſe iuſſerit. Eo in prælio Græci fuſi, atque in Vrbem compulſi ſunt, Diuæ Virginis Icon Græcis adempta eſt, hoc Latini pro bono omine acceperunt, quod Diua Vrbis tutelaris ad ſe tranſiſſet. exinde Vrbs Græcis ſeſe intra eam continentibus duo de ſeptuaginta diebus terreſtri maritimoque bello oppugnata, in Latinorum poteſtatem venit, Tyranno interim alia ex parte cum

Imperator acclamatur Alexiũ necat.

Latinorũ copias inuadit.

repellitur.

Byzãtium à Latinis capitur.

Coniuge ac Regia gaza fuga elapſo. è veſtigio tum Sacerdotes Cruces, ſacramque aliam omnis generis ſupellectilem præferentes Victoribus occurrerunt, eorumque pedibus aduoluti, rerum humanarum memores vti eſſent, Victoriam, Imperium, ac nominis immortalitatem quærerent, obſecrabant. a cæde, incendijs, ac direptione abſtinerent; integram, quàm euerſam inanemque Vrbem habere mallent: conſulturos illos non iam rei alienæ, ſed ſuę: turbarum Auctorem, ac Tyrannum amentiæ pœnas daturum: innoxiæ multitudinis alia ſuper aliam parricidarum tyrannide diutius vexatæ miſericordia eos caperet: mitiſſimorum Principum ac Parentum animos induerent. His permoti Duces, cædes, incendia, ac direptiones præconis voce inhibuerunt: ipſi Templa gratias Deo Opt. Max. acturi frequentes adiuerunt. itum deinde eſt eam in ſententiam, vt Imperatorem ex ſua Gente eligerent, qui Chriſtianorum apud Palæſtinam rebus propius opem ferret. admiſſi in Comitia ſunt ex Syriacis Epiſcopi Bethleemites, ac Ptolemaidis, ex Latinis Sueſſionenſis, ac Tricaſſinus. Electio verò ipſa hac ratione peracta eſt. quatuor erant Imperij Candi-

Victorũ clemẽtia.

Modus eligẽdi Imp.

didati; totidem igitur calices Sacerdotibus ſunt traditi, quorum vnus incruentam haberet victimam ceteris vacuis relictis: Candidati ſuum quiſque calicem tollebant ea condicione, vt Imperium illius eſſet, cui Calix diuina cum Victima obtigiſſet; obtigit autem Balduino Flandriæ Comiti, qui ſecundum, ac trigeſimum vixdum annum attigerat, Vir alioquin moribus plane ſenilibus a continentia in primis cõmendatus. Porrò ex initis ante victoriam pactis Creta, & aliæ nonnulli Aegei Maris Inſulæ Venetis ceſſere: Bonifacius Monteferratenſis Theſſaliæ ac Peloponneſi Rex dictus eſt; alia alijs obuenere. *Balduinus Imp.* Ad Balduinum Innocentius ſtatim ſcripſit ipſumque in Sedis Apoſtolicæ ac Principis Apoſtolorum patrocinium recepit; tum ad alios Latinorum eam apud Vrbem Duces ac Proceres, quibus præcepit vti nouo Auguſto in defenſione Regiæ Vrbis, ac totius Orientalis Imperij operam, opemque omnem præſtarent. ceterum cum ex pacto inter Victores inito Eccleſiarum quoque bona diuidere inter ſe ſtatuiſſent, parte modica ad Clericorum, quos accirent, vel quorum fuiſſent, vſum relicta, acriter Inno-

Henricus Dãdulus Dux Venetus. centius Pontifex reſtitit, anathema inſuper in eos, qui id auſi fuiſſent comminatus. Tum Henricus Dandulus Venetorum Dux datis ad eundem Innocentium Literis Eccleſiaſticam cenſuram ob prædam Iaderæ deprecabatur, profeſſus, neſciſſe ſe, Vrbem illam ſub protectione Sedis Apoſtolicæ receptam eſſe. Datum itaque in mandatis eſt Petro Card. Legato, vt redditis, quæ Iadertinis abſtuliſſent, Dandulum ac reliquos affines culpæ ad communionem Eccleſiæ reſtitueret. *ep. 202 et 207*

Ad hæc datus eſt Byzantijs Patriarcha ex Veneta Nobilitate Thomas Maurocenus, qui Romam ſtatim profectus, eam Eccleſiam dudum abſciſſam Romanæ iunxit, nec ita multo poſt Byzantium reuerſus Balduinum diademate ac alijs Auguſti inſignibus decorauit XVII. kal. Iunias.

Magna interim apud Germaniã Othonis Cæſaris rebus acceſſio facta eſt Ottocaro Boemiæ Duce, Philippo abdicato, illius ſeſe partibus adijciente, qua re Ottocarus Innocentium ita ſibi conciliauit, vt titulum nomenque regium ex eo retulerit, tum ab ipſo Othone, eodem Innocentio adnitente, regium diadema. *Ottocarus Boemiæ Dux, Regis titulũ recipit* *ep. 49. 54.*

Oc-

Occiderant ante biennium Conradum Epiſcopum Herbipolenſem Bodo, atque Henricus Lauensburgij alijque ex illorum Satellitio, facti demum pœnitentes, ac veniam poſtulantes, ea lege Anathematis eos vinculis ſoluit Innocentius, libet ipſius verba referre præclarum Eccleſiaſticæ ſeueritatis ad poſteros documentum. *nunquam de cetero niſi contra Sarracenos, vel ad defenſionem vitæ armis vtantur: varium, griſeum, ermelinum, & pannos coloratos non portent: ad publica ſpectacula non accedant: coniugati non contrahant matrimonium poſt mortem Vxorum: eantque quàm cito poterunt in Hieroſolymitanam Prouinciam per quatuor annos ibi contra Sarracenos Domino ſeruituri, & donec Hieroſolymitanum iter arripiũt, ſicut publicè pœnitentes diſcalceati, & laneis induti veſtimentis incedãt: ſecundam, quartam, & ſextam feriam, quatuor tempora, Vigiliaſque Sanctorum ſolemnes in pane, & aqua ieiunent: tres in anno quadrageſimas videlicet ante Reſurrectionem, Pentecoſtem, & Natiuitatem Domini faciant. carnibus niſi tantum in his tribus Feſtiuitatibus non veſcantur. Orationem Dominicam centies decantent inter diem ac noctem; & genuflexiones faciant quinqua-*

pœnitẽtia parricidis iniuncta.

ginta. Corpus, & Sanguinem Domini accipere niſi in vltimò mortis articulo non præſumant: quandocunque in aliquam Alemanicam Ciuitatem poterunt ſecurè intrare ad maiorem Eccleſiam nudi procedant tantùm in bracis, cum torta in collo, & virgis in manu, & à Canonicis eiuſdem Eccleſiæ recipiant diſciplinam, cum verò de partibus redierint tranſmarinis, ad Apoſtolicam Sedem accedant recepturi conſilium & mandatum. Datum Laterani 14. Kal. Maij Pont. noſtri an. 6. Domini verò 1204. Hactenus Innocentius literis ad vniuerſos Chriſtifideles datis.

Porrò cum Rex Angliæ Ioannes *l. 7. ep. 108.* ac Vidua Richardi olim Coniux acriter diſſiderent, cauſæ cognitores Cantuarienſem Archiepiſcopum, ac duos præterea Epiſcopos delegauit, ea tamen lege, vt Acta ipſa ad ſe tranſmitterent. Lundenſi pariter Archiepiſcopo in mādatis dedit, vt cenſum B. Petri apud *ep. 155 et ſeqq* *Dania ac Suecia Rom. Eccl. tributaria.* Daniæ, ac Sueciæ Regna reciperet, ac in Vrbem tranſmitteret. Gherardum tit. S. Hadriani Diac. Card. Lucenſem in Siciliam legauit, qui *l. 7. ep. 36. 129. et ſeqq.* pacem inter Federicum Regem, ac eos, qui Marcoualdo ſtuduiſſent, componeret; tum ſi qui eorum anathemati ea de cauſa ſubeſſent, veniam poſtulantes, Romanæque

Ec-

Eccleſiæ, ac Federico Regi obſequium ſpondentes abſolueret. Leonem tit. S. Crucis in Bulgariam, ac Valachiam miſit, qui Caloiannem Gentis Principem, Vngariæ Rege licet obnitente, Diademate Regio coronaret. Primatem Regni Antiſtitem Trimonitanum diceret, cui & pallium traderet. extat formula *ab Auctore hic relata*, qua Legatus ea in traditione eſt vſus. extat itidem ipſius Antiſtitis iuſiurandum, tum Pontificis ad eundem literæ a Legato redditæ, ex quibus inter cetera illud conſtat, Pallium ex Sacro Principis Apoſtolorum corpore deſumi conſueuiſſe. Eodem tum Legato deferente Rex ipſe ita, vt diximus, inaugurandus a Pontifice ſceptrum, Diadema, ac vexillum Cruce & Clauibus expictum retulit. Subinde Innocentius apud Sardiniam, quæ vt diximus ſub Rom. Eccleſiæ temporali etiã Ditione erat, Marchionem Calaritanum in ſui ac ſucceſſorum verba adegit. Inſulanis autem reliquis, vti Archiepiſcopo Turitano ſuo ibidem legato parerent, pro imperio mandauit. Ad hæc Regem Aragonum Petrum Romæ ſolemni ritu inaugurauit. Porrò Is Regnum Romanæ Eccleſiæ vectigale fecit, Diplomate *hic recitato* ea ſuper re conſcripto, atque edito.

ep. 120 et ſeqq

Sardinia ſub Ditione Rom. Eccleſ.

Bern. Gomeſ in Vit. Iac. Reg. Arag.

Aragonia Rex Rom. Eccl. Vectigalis.

to,

to. Iuris etiam iurandi formula adhuc extat, *hic pariter relata*, quo Petrus ea in conſecratione eſt vſus. Facultas porrò inaugurandi in poſterum apud Cæſarauguſtam Aragonenſium Reges Tarraconenſibus Archiepiſcopis ab eodem tum Pontifice collata eſt.

S. Dominicus. Hoc tempore Dominicus Guſmanus Sacri poſtmodum Prædicatorum Ordinis Inſtitutor inter Exomenſis Eccleſiæ Canonicos cenſebatur, facundiæ haud ſecius laude, ac virtutum fama etiam tum clarus: atrox illi erat pro fide bellum cum Hæreticis Albingenſibus. igitur collato ad hoc cum Epiſcopo Montiſpeſſulani ſtudio, atque opera, haud ægrè homines perditiſſimos doctrina, ac patratis ſubinde miraculis ex errorum tenebris ad veritatis lucem reuocabat. aliquando apud Oppidum, quod Phanum Iouis appellabant, diſputatione cum eiſdem inſtituta, atque in longum iam deducta, *agite*, inquit Dominicus, *ad veritatis notas accedamus: ſcripto veſtra dogmata libello concipite, idem ipſe præſtabo; cuius libellus ſuccenſum ignem euaſerit, illius firma, ſanctaque eſto ſententia*. Aſſenſere Albigenſes: ardebant ligna flammis conceptis; multitudo adſtabat innumera. proiecerunt libel-

Vinc. Bellac. hiſt. l. 30. Petr. Ciſter. hiſt. Albig. c. 8.

Eius miracula.

bellum ſuum primi Albigenſes, quē ſtatim flamma corripuit. iniecit & ſuum Dominicus, atque illæſus ſtatim exilijt; cumque iterum, atque iterum idem præſtitiſſet, bis iam ac tertiò flammas euaſit. Haud abſimile eſt quod de eodem Viro Dei diſerte tradit Petrus Monachus Ciſtercienſis hiſtoriam ſui temporis ſcribens: contigit autem alterum hoc, de quo eſt ſermo, apud Galliā Narbonenſem. Peregrinationem pietatis cauſa inſtituerant in Hiſpaniam ad D. Iacobi apud Compoſtellam Templum Auguſtiſſimum Angli ad quadraginta. Toloſa cum pertranſiſſent, quod ea Ciuitas Eccleſiaſtico ſubeſſet interdicto ingredi eam noluerunt. ad flumen itaq. digreſſi, dum illud nauigio traijciūt, eo depreſſo, ad vnum omnes vorticibus abſorpti ſunt. ad promiſcuum eorum, qui in littore erant, clamorem Dominicus accurrit, miſertuſque illorum condicionem, qui, dum maxime pietatem colerent, periculum ſubijſſent, in preces effuſus, omnium incolumitatem a Deo Opt. Max. impetrauit. igitur ad Sancti Viri preces, omnium cum admiratione, qui diutius abſque ſpe vitæ, ſub vndis fuerant, continuo enatarunt. alia exinde numero non pauca, genere non vulgaria hoc ipſo

Hiſt. Albig. c. 8.

tem-

tempore apud Galliam ab eodem Viro Dei miracula perpetrata, noſſe ſi quis cupiat, *Auctorem hic*, alioſque qui illius res geſtas ſcripſerunt, conſulat.

Pictauienſem Comitatum beneficiario iure a Philippo Gallo Ioannes Rex Angliæ obtinebat. Philippus facti pœnitens, iuriſiurandi neglecta religione, Ditionem eam armis inuadere non dubitauit. Ioannes certiore ea de re Innocentio reddito, cauſam eidem cognoſcendã permittere ſatius duxit. Is tùm, literis hac de re editis, *quæ hic habentur*, ſanè videndis, profeſſus eſt futurum ſe cognitorem cauſæ, non tam feudi eiuſque iurium, quàm facinoris, quo Rex Gallus in pacem publicam, & Chriſtianam legem peccaſſet.

c. nouit. de Iudic.

Sultanus Ionij.

Eodem ferè tempore Iconij Sultanus pollicitus Chriſtianam ſe Religionem amplexurum, Legatos ad Andream Vngariæ Regem miſit, per quos eius ſe ambire affinitatem teſtatus eſt, ipſiuſque neptem matrimonio ſibi iungere. annuit Andreas Rex, ea tamen lege, ſi Romanus Pontifex æqui bonique conſuleret, qua de re ſeſe illum conſulturum haud grauatè recepit: Legatione itaque ad eum inſtituta, illud quoque ex eo petijt, vti Archiepi-

ſco-

ſcopo Strigonienſi poteſtatem faceret Calomanum filium ab Halicienſibus Regem expetitum, ſolemni ritu inaugurandi. *Hoc loco Auctor parum memor Conſtantiæ Augustæ obitum iterum inculcat, traditque hoc tempore deceſſiſſe, quã ante quinquennium obiiſſe iam docuerat; tum*
ad an. Chri. 1186. *vulgatis de eadem fabulis à Baronio antea exploſis parùm ſcitè fidem ſe habere oſtendit. ſed & illud eius oſcitantiam probat, quam enim quinquagenariam nupſiſſe docet, duodeuiginti demum poſt annos, cum deceſſit, ex allato Epitaphio, ſexagenariam fuiſſe tradit.*

Ann. Chri. 1205. *Sabell. Enne. 9. l. 6.* At, quæ rerum humanarum eſt viciſſitudo, Balduinus Hadrianopolim in rebelles Græcos profectus, qui Theodorum Laſcarum ex ſua Gente Auguſtum dixerant, prælio inito, in eorum poteſtatem venit. *Balduinus victus & captus.* Id vt primum reſciuit Innocentius omnem lapidem mouit, vt nouas Henrico fratri ſuppetias mitteret, hortatuſque eum eſt, vt fœdus cum Caloianne Bulgarorum Principe iniret, qua de re ad ipſum quoque Caloiãnem perſcripſit, tum ad Prouinciæ Primatem Archiepiſcopum Trimoritanum. *l. 8. ep. 40. & ſeqq.* Latinis porrò apud Byzantium reliquis edixit, ne hoſtium metu pedem inde efferrent, neue Henricum deſererent. Nec diu

diu ſuperſtes Balduinus hoc eodem anno, mœrore, ac pedore carceris confectus, ſiue, vt alij tradunt, Miſorum Principis ſcelere extinctus eſt. cui Henricus frater Latinorum omnium ſuffragijs ſucceſſor eſt datus.

Henricus Balduini frater Imp.

Hoc tempore Innocentij ſuaſu maxime ex Gallis Clerici ac Monaci innumeri, atque adeo Pariſienſis Academiæ Doctores quaſi in vberiorem meſſem Byzantium profecti ſunt, quo coaleſcentem eam Eccleſiam cum Romana, qua maxima poſſent ratione iuuarent. id ſine Regionum, vnde aberant, incommodo fieri haud quaquam potuit, cum præſertim Pontificis permiſſu Sacerdotia, quæ in patria habuiſſent, haud ſecius retinerent, eorumque redditus perciperent, quod & his fuerat permiſſum, qui apud Palæſtinam degerent. Itaque Philippus in primis Rex Galliæ ea de re cum Pontifice expoſtulauit.

Siffredus interim Card. apud Hieroſolymam Legatus ad Patriarchalem eius Eccleſiæ dignitatem electus adduci nulla vi potuit, vt eam reciperet, quantumuis ab ipſo etiam Innocentio hac de re monitus. erat eadem in Prouincia Epiſcopus Vercellenſis, Is igitur haud indignus viſus eſt, qui ad eum gradum aſcenderet.

ret. eius itaque electionem idem Innocentius ratam habuit. tum ad reliquos Prouinciæ Antiſtites, ac Sacrorum Miniſtros perſcripſit, vti debitum illi obſequium præſtarent.

Auctus regio nomine Romani Põtificis beneficio Caloiannes Bulgarorum Princeps, filium vix dum puberem hoc anno Romam miſit, qui latinas ibidem literas addiſceret.

l.7. ep. 189. et l.8. ep. 1. et 37 Leo quoque Armeniæ Rex ab Innocentio acriter increpitus, quod Templarijs negocium faceſſeret, multaque illis abſtuliſſet, quodque inimicitias cum Tripolitano Comite pluſquam hoſtiles exerceret; paruit ille ex animo, atque ablata illis reddidit, cum hoc verò ad honeſtas pacis condiciones deuenit.

Ann. Chr. 1206. *Nicetas.* Res interim Orientalis Imperij mirum in modum fluctuabat. Græcorum plurimi Imperio inhiantes membratim illud quodammodo diſſecuerant. quippe Theodorus, quem diximus, Bithiniam, Alexius Colchidem, Michael cognomento Angelus Epirum inſederant, Henricus obſeſſo ſimilis extra Vrbem Regiam vix imperabat, inque ea ſeditionibus plurimum laborabat. Ad hęc ipſi ex Latinis Clerici acrius diffidebant Thoma Patriarcha ſuis Venetis plus æquo ſtudente. opus *Imperij Orientalis diuiſio* ita-

itaque fuit Innocentio, ſuam hac in re auctoritatem interponere. Scripſit ille ad ſuos inibi Legatos S.R.E. Cardinales tit. S. Marcelli, ac S. Suſannæ, per quos monitum Mauroenum voluit, ne præpoſtero in Patriam amore diuinas humanaſq. leges conuelleret. cum autem ex Legatis ipſis reſciſſet Venetiarum Duce adnitente iure illum iurando eo pacto pro ſuis ſeſe Ciuibus obſtrinxiſſe, iuſiurandum huiuſmodi, quo lex Chriſti ac pacis bonum violaretur, inane ac irritum pronunciauit.

Porrò cum Latini Imperio Orientali potiti, bona quoque Eccleſiarum, quod antea innuimus, inuaſiſſent, ac partiti inter ſe fuiſſent, ita demum tranſactum inter eos eſt, vt Clericis ac Monacis cum Templis Cœnobia & Clauſtra omnia relinquerentur, tum pro agris alijſq. ablatis decimę ex vniuerſis etiam Laicorum bonis perſoluerentur. hanc itaque concordiam Innocentius pro bono pacis, literis, *quæ hic habentur* hoc anno datis, ratã habuit. Conſultus poſtmodum multis de rebus a Patriarcha, rogatuſque literas, *quæ hic pariter afferuntur*, ad eum reddidit, in quibus mirum eſt quanta cum dignitate pro Romanę Sedis Primatu, ac Maieſtate cum

eo

eo agat multa indulgendo, multa viciſſim abnuendo.

Lex & conſuetudo obtinuerat, vt Patriarcha Antiochenus quarto quoque anno Romam ſe cōferret, tum ad limina Apoſtolorum, tum ad rationem adminiſtrationis Eccleſiæ reddendam. id cum hoc anno non præſtitiſſet, literis ad Innocentium datis, non tam curas atque impedimenta cauſatus eſt, quā negligentiam deprecatus; quem ille officij in poſterum admonitum, noxæ haud grauatè exemit. *Orientaliū obligatio accedēdi ad limina.*

ep. 58. 59. l. 8. Danorum interim Rex ob coniectum in vincula VValdemarum Epiſcopum, acriter ab Innocentio increpitus, atque Anathemate intentato exterritus, literis ad eum redditis paratum ſe omnibus dixit mandatis Sedis Apoſtolicæ obtemperare, teſtatus multa in ſe, maioreſque ſuos eiuſdem Sedis beneficia extare. *Dania Regis in Rō. Sedem obſequium*

t. cōſiliū noſtrū de obſeru. ieiun. Reſcripſit hoc eodem tempore Innocentius Braccarenſi Antiſtiti ſuper ieiunio. Tum Gentiles apud Liuoniam ac Pruſſiam, Sarracenos apud Siciliam, verbi Dei præconibus ad eos miſſis, Chriſtiana fide *ep. 84.* imbuendos curauit. Ottocari Boemiæ Regis cauſam, qui legitimam Coniugem repudiauerat, Archiepiſcopo Salisburgenſi demandauit. *Innocētij zelus.*

Pla-

Placentinos contumaces mulcta- *ep.113*
uit, Epiſcopalem eius Vrbis Sedem *& ſeq.*
aliò tranſtulit, anathemati ſubie-
ctos apud omnes aliarum Vrbium
Eccleſias denunciari præcepit. Flo-
rentinos, ac Fauentinos Hæretico- *ep.71.*
rum de Lugduno receptores, ad *et ſeq.*
eos amoliendos per cenſuras com-
pulit. Vercellenſibus, Alexandri-
nis, Ferrarienſibus, Spoletanis, ac *ep.86.*
nonnullis alijs, vt ſeſe obnoxios eſſe *93.112*
Sedi Apoſtolicæ meminiſſent, in *& 120*
memoriam reuocauit. Piſanos de- *ep. 71.*
nique per eius Vrbis Archiepiſco- *et ſeq.*
pum, ac Epiſcopum Florentinum
ab inuadenda Sardiniæ Inſula
Rom. Eccleſiæ patrimonio, vexan-
doque Calaritano Marchione eiuſ-
dem Eccleſiæ beneficiario deter-
ruit. Per idem quoque tempus ad
Calaritanum Archiepiſcopum eni-
xè poſtulantem paſtorali ſe cura ex
ſolui, prolixas admodum, *quæ hic* *c. niſi*
habentur literas reddidit, dignas *cũ pri-*
cura enimuerò, quæ ab omnibus anima- *dĕ de*
anima rum curam refugientibus inſpician- *renũe.*
rũ non tur.
refu- Obijt hoc eodem anno apud Pi-
gienda ſas vitæ Sanctimonia inſignis Virgo
Vbaldeſca, quæ miraculis quoque
editis clara Sanctorum numero ad
ſcribi meruit.

Vigente, vt cum maxime hoc *Ann.*
tempore inter Othonem, ac Philip- *Chr.*
pum *1207.*

Vrſper. Chron. pum Romani Imperij Petitoribus bello, pro rerum viciſſitudine Germaniæ ſubinde Proceres Victorem ſectabantur. ea ſane de cauſa Innocentio Colonienſis Archiepiſcopus inconſtantiæ ac leuitatis arguendus fuit, Treuirenſis inſuper anathemate feriendus. porro ex Romani Pontificis propenſione tantum ponderis atque momenti alteri ex partibus addi videbatur, vt Philippus hac ratione rebus ſuis conſulturus falſo vulgauerit, Camaldulenſem Priorem alia de cauſa in Germaniam profectum, miſſum illuc a Pontifice fuiſſe, vt ſe in Italiam auocaret ad Imperij coronam capeſſendam. itaque, ne huiuſmodi ex rumore res Othonis nutarent, opus fuit Innocentio nõ ipſum modo, ſed & Principes ferme omnes hac de re certiores reddere. Tum Philippus Aquileiæ Patriarcham Romam ablegauit, per quem Innocentium obteſtatus eſt, vt pro Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ac paterna in omnes charitate inueteratis diſſidijs, ac cruento bello finem aliquando tandem imponeret. audijt eum Pontifex non illibenter, & qui nihil magis quàm vnitatem Imperij ac Reip. Chriſtianæ pacem exoptaret; Vgonem Oſtienſem Epiſcopum ac Leonem tit. S. Crucis

ep. 79. et ſeq.

Rom. Pont. auctoritas.

ep. 142 et ſeq.

Pre-

Presb. Card. in Germaniam legauit, qui pacem æquis condicionibus inter Othonem ac Philippum componerent. Igitur legati annuas inter vtrumq. Principem inducias pacti non ſine ſpe pacis diuturnæ affinitate illos iunxerunt, Philippi filia Othoni tradita, eas porrò ad nuptias conciliandas, vt poté inter ſanguine iunctos diſpenſatione Apoſtolica opus fuit, tum ſponſalia, quæ diximus cum Brabantiæ Ducis filia, quæ Othoni tradita nondum fuerat, exoluenda. Exinde ſemel atque iterum colloquuti inter ſe ſunt, conſcriptaſque vterque copias dimiſerunt.

induciæ & affinitas inter Othonē ac Philippū.

Aucta eſt hoc anno Eccleſia inſigni Martyre Petro de Caſtro nouo Monacho Giſtercienſe Raimundi Comitis Toloſani ſcelere interempto. Quo tempore in Cælum migraſſe ferunt Iulianum Epiſcopum Burgenſem Sanctorum cœtui poſtea adſcriptum.

Petrus Monachus Mart. S. Iulianus Epiſc.

Philippus interim, dum, valetudinem curaturus, ſanguinem è vena ducit, Othonis Bauariæ Ducis opera extinguitur; quo cum diuturnioris Schiſmatis, ac diſſidiorum cauſæ extinctæ ſunt Innocentio in primis adnitente, ne, qui partibus Philippi hactenus ſtuduiſſent, ad nouam electionem coirent, quin Othonem legi-

Philippi Sueui obitus.

Ann. Chr. 1208. *Vrſper. Chron.*

legitimum Auguſtum agnoſcerent. cœterum cum Germaniæ Proceres pleriq. omnes haud ægre id præſtitiſſent, Romani ipſi Ciues hac in re contumaciores fuere. Itaque Innocentio magnopere fuit laborandum in ſeditioſis eorum motibus compeſcendis, de quibus Othonem ipſum certiorem reddidit.

ep. 153

Graſſante in dies magis apud Galliam præcipue Narbonenſem Albigenſium hæreſi, opus fuit Innocentio bellum in nefarios homines non ſecus ac contra infideles indicere, per Crucis, vt aiebant, prædicationem ac noxarum veniæ pollicitationem. Tertius ea denunciatione Raymundus Comes Toloſanus impiorum Patronus, qui hac ipſa de cauſa, tum ob illatam, quam diximus, Petro Monacho necem, anathemate perculſus fuerat, piorum cœtui reſtitui ſe omni ope, ſimulatè licet, curauit. receptus eſt per publicam ſcèlerum expiationem, manuque ex ſtola collo iniecta in Templum ductus nudato tergo flagris ibidem acerrimè eſt cæſus.

In Albigẽſes bellum Sacrũ indicitur.

Ann. Chr. 1209. Conſcripto Crucefignatorum aduerſus Albigenſes exercitu, cui Simon a Monteforti Vir præclarus ac ſtrenuus præfectus eſt, eoque Carcaſſonem, ac Biterras admoto, at-

Antonin. p. 3. t. 9.

atque vtraque Vrbe expugnata; cæſa ſunt impiorum hominum decem ac ſeptem millia. recepto mox Mineruæ Caſtro, ex his ferme ducenti apud illud reperti, captique cremari viui, quàm abiurare hæreſim maluerunt.

Profecturus in Italiam Otho, Diplomate *hic relato*, ac bulla aurea munito, præfatus omnia ſe Deo ipſiuſque in terris Vicario debere, atque accepta referre, priuilegia quæcumque ab Auguſtis Deceſſoribus Romanæ Eccleſiæ conceſſa locupletiſſime confirmauit. Nec ita multo poſt Romam ipſe profectus quinto Idus Octobris Auguſtalibus ab Innocentio titulis, ac Diademate ornatus eſt ipſo in Principis Apoſtolorum Templo auguſtiſſimo. Pontificem exinde in Lateranum proſequuturus, eidem equum aſcendenti ſtapedam Gallorum Cæſarum pietatem æmulatus tenuit; moxque in Tuſciam receſſit. vbi dum hæret per ſummam ingrati animi notam iuriſiurandi, ac promiſſorũ immemor, Siciliæ Regnum, aliaſque Rom. Eccleſiæ Ditiones inuadendi conſilia agitare cæpit. quare cognita Innocentius admonendum eum ſibi eſſe duxit, ne periurij crimen ſubire vellet, neue telis Eccleſiaſticis ſe peti ſineret, quæ, quàm

Otho Roma corona tur.

eius in Pontificẽ obſequium

eius defectio a Pontifice.

Car. Sigon. de Reg. Ital. l. 6.

quàm ſint noxia, ipſius Deceſſores magna ſua calamitate experti fuiſſent. Pontificis monitis Otho (tanta illum æqui ac recti obliuio cepit, ac morum mutatio in eo facta eſt) ita non paruit, vt in eius contumeliam eos, qui Romam religionis cauſa contenderent, capiẽdos, ac ſpoliandos curauerit; mox Peruſiam, Vrbem Veterem, Montemfaliſcorum, Viterbium, ac totum denique D. Petri Patrimonium à Mathilde olim relictum per ſummam iniuriam vi ceperit; tum Ducatum Spoletanum Bertoldo cuidam familiari ſuo dono dederit, mox Apuliam inuaſerit. Ad hæc modeſtiam, ac reuerentiam oblitus omnem literas ad Innocentium arrogantiæ, ac tumoris plenas dedit, ad quem ille ſuas, *quæ hic habentur*, ita reddidit, inque his ſeueritatis acrimoniam, cum manſuetudinis ſeueritate ita temperauit, vt peruicaciorem quemque permoturæ viderentur. Verùm is ita minis non eſt territus aut officijs delinitus, vt acerbiores adhuc ad eum literas dederit, nec tamen deſpondit animum Pontifex. Tradit Vrſpergenſis Abbas, qui tum Romæ erat, Virum religioſum Abbatẽ Morimundi quinquies Innocentij iuſſu quinque intra menſes ad Othonem, qui Capuam perrexerat vltro citroq. commeaſſe:

eius Tyrannis.

Ann. Chri. 1210.

in Chr

C verùm

Otho Imp. deponitur

verùm omnia incaſſum. itaque Innocentius nequaquam ſibi in poſterum diſſimulandum probè iam ſentiens, periurum Principem Eccleſiæ hoſtem denunciauit, ac piorum cœtui exempto Imperij titulos ademit, deq. his Chriſtianos per Orbem Principes certiores reddidit. Ea re apud Germaniam præſertim vulgata, conuenere illius Principes apud Francfordiam ad diem Iduum Decembris, & concordibus ibidem animis Regnum Romanorum Friderico Siciliæ Regi, qui tum decimum ac ſeptimum agebat annum detulerunt, remq. Innocentio per literas ſignificarunt, eundemq. Regem in Germaniam euocarunt.

Fridericus II. eligitur.

Innocentij zelus.

ep. 26. & ſequent. 32. & ſeqq.

Expertus eſt Innocentij zelum Henricus quoque Orientis Imperator, cum etenim edixiſſet, ne quis bonorum immobilium Eccleſiam hæredem inſtitueret, acriores ea de re literas ex eo retulit, coactuſq. eſt legem exlegem abrogare.

ep. 12. & 19.

ep. 20. & 23.

Haud abſimili iuſtitiæ zelo Innocentius in Reges Galliæ, Boemiæ, atque Angliæ vſus eſt; in illos quòd legitimas vxores abdicaſſent, in hūc quod fratris coniugem fortunis omnibus exuiſſet. Sed neque aduerſus Luſitaniæ, ac Siciliæ Reges clementior fuit, quod eorum quiſque cum Epiſcopis diffiderent, atque Eccleſias

diri-

ep. 30. diriperent. Contendebant de Regno Regij apud Poloniam Fratres, diſtractiq. in factiones Populi, Prouinciam quodammodo dilacerabāt. igitur Innocentij authoritate opus fuit, qui ſuo calculo Regnum maiori natu adiudicaret.

Recipientibus ſeſe ad Eccleſiæ gremium Hæreticorum quampluri- mis apud Galliam, Innocentius receptionis formulam, ac iuriſiurandi eis præſcripſit literis ad vniuerſos
ep. 21. Regni Epiſcopos datis xviij. kalen.
& 24. Iulij.

Hiſpaniam Mauri ex Africa infeſtam habebant; non defuit muneri ſuo vbique vigil, ac proſpiciens vndique pius Pontifex, datiſq. ad Pro-
ep. 40. uinciæ Epiſcopos literis, eos etiam, atque etiam hortatus eſt, vt ſubditos ſibi Populos etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellerent, ad Regis Caſtellæ filium belli Ducem; quacumque demum ratione poſſent contra eos iuuandum.

Vigente indicto nuper apud Galliam aduerſus Albigenſes bello, quemadmodum Simon Monfortius, qui Cruceſignatorum copijs præerat, vbique victor fidei hoſtes armis profligabat, ac profana eorum Aſyla expugnabat, ita Viri Apoſtolici inprimis verò B. Dominicus doctrina, ac morum innocentia, atque exem- *Albigenſes belle profligati.*

ad Catholicam ſi ſedem recuocati plo nefarios transfugas ad Chriſti caſtra reuocabant. His hoc pacto ſedulam Eccleſiæ operam, ac præclara nauantibus miracula complura ſunt edita, *quæ ab Authore hic referuntur.*

Innocentij geſta. Pacati hoc eodem tempore ſunt Innocentij opera Gualfredo S.R.E. Cardinali ad hoc miſſo, Peruſini, Vrbeuetani, ac Tudertini inter ſe armis ad internecionem decertantes. Claſſis in Sardiniam tutandæ ab inuaſionibus Inſulæ ab eodem ſubmiſſa: Philippus Rex Galliæ à ferenda lege, vt ne Eccleſiæ hæredes ſcriberentur, anathemate etiam intentato deterritus. Ateſtinis, ſiue Eſtenſibus Dynaſtis qui Ferrariam beneficiario à Romana Eccleſia iure obtinebant, vt tutandæ Vrbi, ac Ditioni Arcem extruerent permiſſum. Miſſus denique in Siciliã Gregorius tit. S. Theodori Diaconus Cardinalis, qui Regis animum exploraret de Imperio capeſſendo, ab eoque iuſiurandum fidelitatis, quod vocant, reciperet: quod quidem Is haud granatè præſtitit. Extat illius formula *ab Authore hic relata*, tum Diplomata ipſius Regis duo, *quæ hic pariter afferũtur*, in quibus, & futurum ſe ſub poteſtate Rom. Eccleſiæ, & Epiſcoporum electiones permiſſurum ſe Clericis pollicetur.

Frãc. Baumont. Annal. Ann. Chri. 1211. *l.* 13. *ep.* 4. & 68. *ep.* 50. & 74. *ep.* 61.

Rebus

Rebus hoc pacto cum Pontifice trãſactis Fridericus in Germaniam, accitu Procerum, conceſſurus, Romam diuertit, ac Pontifice ſalutato, ſuſceptum iter Rhetias per Alpes eſt proſequutus, dum interim Otho proſpero euentu rerum vbique vſus, nobiliora quæque Apuliæ, & Calabriæ Oppida, quà vi, quà Ciuium deditione obtinet. *Fridericus in Germaniam. Otho Apuliam & Calabriã occupat.*

Hoc eodem tempore Innocẽtius Ioannem Angliæ Regem haud ſemel prius nequicquã monitum diris deuouit, tum ſubditis eidem Populis ſacris interdixit, ea præcipuè de cauſa, quod cum Is, ſexennio ferè toto, bello aduerſus Gallos implicitus, pecunia ſubindè ad militum ſtipendia deſtitueretur, ſacras ædes, ac Monaſteria expoliaret, Epiſcopatuum, ac Sacerdotiorum quorumcumque redditus interuerteret, Epiſcopos ipſos extorres ageret.

Ex Africa interim Mauri validis cum copijs in Hiſpaniam traiecerant; Hiſpanis Galli tum religionis cauſa, tum propinqui timore belli auxilio venere. cæterum vt ſuſcepti pro amicis belli ſuum decus facerent, Hiſpanis iungi abnuentes, conſerere cum hoſte manus non dubitarunt; ergo ab his fuſi, ac fugati, documento fuere nihil temerè audendum, cum præſertim cautius agere *Mauri in Hiſpania*

non vetamur. haud tamen ita multo poſt, cum Germani quoque, atque Itali ſubſidio Hiſpanis veniſſent; Mauri viciſſim deuicti, atque ad internecionem ſunt cęſi, nec tamen Prouincia pulſi apud Bethicam conſedere, eamque ad memoriam vſque noſtram incoluere.

Cruce ſignati contra Albigẽſes. Per idem tempus ingens Cruce ſignatorum numerus non ex Gallia modo, ſed etiam ex Germania, Belgio, atque Hiſpania aduerſus Albigenſes in Simonis Monfortij caſtra commeauit. His itaque ille auctus ſuppetijs, oppida complura, in quæ ſeſe hoſtes fidei receperant, vi cepit, deprehenſoſq. inibi refractarios, atque in ſententia perſtãtes magno numero igni tradidit; dum interim B. Dominicus, quique eũ ſectabantur, gladio ſpiritus, hoc eſt verbo Dei, rem agerent, atque incruentas victorias referrẽt. Is à quodam Monacho Ciſtercienſi interrogatus ec quando nam excitatam nuper ab inferis Albigenſium hæreſim finem habituram putaret, inſigni vaticinio, quod ſequenti anno impletum eſt, non niſi Rege antea cæſo, nobiliori quaſi victima placato Deo, deſituram reſpondit. *Anni Chri. 1212.*

Alfonſus interim Caſtellæ Rex cognomẽto Bonus auxiliaribus Nauarræ, atque Aragoniæ Regum viribus *Mari. l. 11. c. 23. Mald.*

vſus

vſus, Mauros iterum adortus, victoria omni æuo memorabili potitus eſt: cæſa ſunt Hoſtium ad ducenta millia; ex Hiſpanis, quod vix credibile videatur, non amplius vigintiquinque deſiderati ſunt.

Quo tempore Innocentius Pontifex Pandulfum tūc Subdiaconum, poſtea tit. SS. Duodecim Apoſtolorum Presb. Cardinalem in Angliam legauit, qui ſupplicem Ioannem Regem, ac ſubiturum ſe noxæ pœnam ſpondentem anathemate exſolueret. Porrò is Legationis munus ita peregit, vt Regem non prius ſolutum edixerit, quam Ille ademptum capiti Diadema ipſi traderet, neque illud Rex prius receperit, quàm vniuerſam Angliam, atque Hiberniam beneficiarió ſe à Rom. Eccleſia iure obtinere profeſſus fuerit, ac perſoluturum ſe cenſum annuum ſpoponderit, pro Anglia quidem auri marcas DCC pro Hibernia veró CCC. & hæc quidem præter denarium S. Petri perſolui hactenus conſuetum. extant adhuc apud Aeliam molem ipſa Archetypa rerum tum geſtarum monumenta *Ab Authore huc allata*.

Exegerat Philippus Rex Altiſiodorenſem Epiſcopum, atque Aurelianenſem; ea de cauſa vniuerſum Gallie Regnum Innocentius Pontifex *Regno Galliæ*

ſacris interdicitur. tifex Eccleſiaſtico Interdicto ſubiecerat, qua re territus Rex, ac facinus deteſtatus, conciliatis ſibi Epiſcopis, Religionis in Regno vſum recepit.

Puerorũ facinus. Ferunt hoc tempore ex Gallia Puerulos neſcio quo impulſu ductos, ac veluti faſcinatos, Cruce ſacræ militiæ teſſera aſſumpta, profectionem in Orientem inſtituiſſe tanto numero, vt ad viginti millia pertingerent; acceſſere autem turmatim eorum aliquot Maſſiliam; alij Genuam, alij vſque Brundiſium mare, indidem traiecturi. Ex his porrò multi, à nefarijs hominibus, Sarracenis venundati perhibentur, multi itinerum incommodis, atque erroribus peſſum ierunt, pauci admodum paternas ædes repetierunt. *Anton. 3. p. tit. 19. c. 8*

Friderici in Rom. Eccleſiam obſequiũ. Delatus in Germaniam Fridericus, exceptuſq. omnium cum plauſu, atque Imperij titulos aſſequutus, nihil prius habuit, quàm vt Romanæ Eccleſiæ iura Diplomate ſuper hoc edito, ſanciret, tum iuſiurãdum ſolemni ritu præſtaret. *vtriuſque exempla ab Authore huc afferuntur omnino videnda.* His apud Aegram peractis profectus Aquiſgranum, ex more inibi Diademate coronandus id non ſine aliquorum Sacerdotalis etiam Ordinis Procerum Othoni adhuc ſtudentium diſſenſu eſt præſtitum; quos tamen Innocentius, *Ann. Chri. 1213.*

terrore

l. 16. ep. 150 terrore incuſſo abductos, aut officijs delinitos, à ſententia reuocauit.

Eodem ferè tempore Innocentius Pontifex in Luſitaniæ Regem, quod iniurius in Sorores innoxias fuiſſet Apoſtolicæ poteſtatis gladiũ exercuit anathemate ipſo damnato, ſubditis vero eidem Populis Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis. Petro quoque Aragoniæ Regi pro imperio edixit, vti, quã expulerat Mariam coniugem Religioſam in primis fœminam, reciperet, & ex dignitate eam regia haberet. Porrò idem Rex malo ſuo facto Raymundi Comitis Toloſani, qui Albigenſium Patronus erat, tutela impiè ſuſcepta, conſcripto exercitu in Galliam perrexit. Addidere ſe ſe illi cum Raymundi copijs Albigẽſes ipſi tanto numero, vt profanis in caſtris centũ armatorum millia fuiſſe tradant, cum in Catholicorum caſtris ne quinquageſima quidem pars numerarentur. Erant enim in his equites octingenti, pedites non amplius mille: prælio inito primo ſtatim impetu Rex ipſe occubuit, cumque eo viginti amplius Hiſpanorum, ac Gallorum Albigenſium millia. Ex Catholicis cruceſignatis pauci admodum deſiderati ſunt. porrò vt præclarè vicerat Monfortius horum Imperator, ita victoria haud

Petr. Mon. hiſt. Albig. c. 1. & ſeqq.

Præliũ inter Catholicos, & Albigenſes.

Rex Aragoniæ caſus.

ſegniter eſt vſus, Toloſa in primis impiorum Aſylo, direpta, oppidiſq. circa eam pluribus receptis. Ferunt hoc tempore, D. Dominicum ex Deiparæ monitu, precationis genus illud, quod Roſarium vocauit, vſurpare instituiſſe. inſtitutionem vero huiuſmodi D.O.M. gratam, ac Religioni proficuam fuiſſe, miracula complura tunc edita, *ab Authore hic relata*, ſatis ſuperque docuerunt.

Roſarij inſtitutio.

Ea Innocentium præ cæteris coquebat cura, vt ſacra Palæſtinæ loca Chriſti Domini olim veſtigijs impreſſa de Sarracenis reciperet. itaq. hoc maxime tempore totus erat in ſacro bello iterum auſpicando. id vt maiori cum dignitate, ac Populorum ardore fieret, Concilium apud Lateranum ex omnibus Chriſtiani Orbis Epiſcopis celebrandum indixit; memor à magnanimo Vrbano olim Deceſſore, Concilio apud Claramontem coacto diuino claſſico in idem bellum Europam pene vniuerſam excitam. ea de cauſa literas prolixas admodum, *quæ hic recitantur* ad vniuerſos Chriſtifideles dedit, noxarum veniam, qui ſacram teſſeram ſuſcepiſſent, quiue milites quoquo modo iuuiſſent, abundè omnibus pollicitus.

Hoc eodem anno Leodienſem apud agrum ad ſuperos migraſſe ferunt

runt Mariam Oegniacenſem inſignem ſanctimonia Virginem, *cuius res geſtas fusè hic Auctor recenſet*.

Cynt. Giral. de Princ. Ateſt. Picenum Pontifex Actio Ateſtino beneficiario Rom. Eccleſiæ iure poſſidendum conceſſerat. eo defuncto Aldobrandinus filius à Picentibus per vim pulſus, exercitu comparato perduelles ſubegit. ergo iterum ab Innocentio Marchionis titulo his præficitur, mox Sicarij, qui in eius famulatu erat, dextera interimitur.

Ann. Chri. 1214. Petro Aragoniæ Rege in acie, vt diximus, cæſo, Iacobus filius adhuc impuber, qui ſub Simonis Monfortij poteſtate erat, ab eo dimiſſus, paternum in Regnum eſt reſtitutus, à Petro autem Beneuentano Card. Legato ſolemni ritu inauguratus. *Iacobus Aragoniæ Rex.*

Henricus interim apud Oriẽtem Auguſtus, tyrannico elatus faſtu, Byzantij Patriarcham contemptui habere cæpit adeò, vt ſub auguſtali eum ſolio, planeq; infra ſuos pedes, ipſis etiam in Templis, ſedere iuſſerit; non tulit æquo animo rem indignam Innocentius, itaq; inſigni eum epiſtola, *quæ hic habetur*, chriſtianæ pietatis, atque officij admonuit. *Henrici Aug. faſtus*

Res hoc tempore apud Galliam accidit ſanè memoranda. Pręſtigiatores quidam ex Albigenſibus mali *Cæſar. l. 9. c. 2* *inſigne miraculũ.*

Dæmonis haud dubiè artibus inſtructi, maximo cum rei Catholicæ detrimento, flumini cuidam inſiſtebant, ſiccisq; illud veſtigijs permeabant; id Catholicus Sacerdos conſpicatus, ſacram hoſtiam pyxide occluſam ad flumen detulit. tum, *adiuro te*, inquit, *Satana per eum, quem manibus fero, vt recedas, ac Præſtigiatores hoſce deſeras*. cum illi haud ſecius perſiſterent, nec mergerentur, Sacerdos, ſeu deſtitutus fide, ſeu Chriſtum Satanæ propius quodammodo admoturus, pyxidem in flumen conijcit. mirum dictu, Præſtigiatores ſtatim vorticibus hauſti ſunt, pyxis flumini ſupernatauit.

Hoc tempore Otho Pſeudo Auguſtus fœdere cum Ioanne Angliæ Rege inito, iunctiſque cum eo viribus, centum ac quinquaginta armatorum millia in Galliam intulit, victus tamē à Philippo Rege, ac profligatus, iuſtas haud iuſti belli pœnas dedit. Ea Othonis clade in rem ſuam vſus Fridericus, Vrbes complures illi adhuc obnoxias ad deditionem compulit. *P. Aemil in Phili.*

Otho victus à Gallis.

Obijt hoc eodem anno VVilhelmus Scotiæ Rex annos tum natus quatuor ac ſeptuaginta. paternum Regnum Alexander filius adeptus eſt. Quo tempore Balduinus Raymundi Comitis Toloſani frater,

VVilhelmus ac Alexāder Reges Scotiæ.

quod fidei Catholicæ acerrimus propugnator nefarijs fratris conatibus aduerſaretur, inſidijs ab eo circumuentus ſuſpendio necatus eſt. Tum verò ipſi Toloſates cum Catholica Eccleſia, à qua turpiter deſciuerant, redire in gratiam cupientes, recepti à Legato ſunt, iureiurando interpoſito, polliciti ſeſe illius mandatis pariturós, datiſq; in id obſidibus viginti ſex.

Ann. Chri. 1215. Accedit annus huius ſæculi decimusquintus ob celebratum Romæ Concilium apud Lateranum celeberrimus. conuenere ex vniuerſo Chriſtiano Orbe Epiſcopi amplius quadringenti, Archiepiſcopi ſupra ſeptuaginta, Cœnobitæ octingenti: ex Orientalibus Patriarchis Byzantinus, ac Hieroſolymitanus; nam Antiochenus aduerſam valetudinem cauſatus Legatos miſit; quod & Alexandrinus præſtitit accedere ipſe à ſuis vetitus. vtriuſque Auguſti tum aliorum Regum Galliæ, Hiſpaniæ, Daniæ, Boemiæ, Cypri, ac Hieroſolymæ Legati. *Concilium Lateranenſe.* Concilio cum præſideret Innocentius Pontifex concionem tam proficuam, quàm diſertam ſemel atque iterum habuit. alteram exorſus eſt à verbis illis Chriſti *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* alteram verò

ab

ab illis Pſalmographi. *Si dormieritis inter medios Cleros, penna columba deargentata, poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Porro ipſius Concili Acta *ab Authore huc allata, peti ex eo poſſunt.*

Eodem in Concilio Toloſanus Comitatus Raymundo Comiti abrogatus eſt, ac Monfortio traditus. cæterum murorum deiectionem, Toloſæ Ciuibus, tum Carcaſſonenſibus, ac Narbonenſibus aliaq; durius eo imperante, ab his Raymundus ex Hiſpania reuocatur; Is igitur Sarracenorum præcipue iuſtructus copijs amiſſam Ditionem recepit, Epiſcopos, alioſque ſacrorum Miniſtros à Monfortio reſtitutos exturbauit.

S. Dominicus. Fulconi Epiſcopo Toloſano Romam ad Concilium proficiſcente, addidit ſe comitem Dominicus Ordinis à ſe recens inſtituti confirmationem à Pōtifice petiturus; expertus autem eſt illum aliquandiu renitentem, quod eodem tempore, & B. Franciſcus vndecim tum ſocios nactus, & ex Carmelo Monte alij nonnulli, & ex D. Auguſtini inſtaurata diſciplina alij, Ordinis quique ſui confirmationem expoſcerent, Annuit is demum opportunè, vt creditur, de cælo monitus, quippe viſus eſt ſibi per ſomnium Latera-

nen-

nenſem Baſilicam collabentem, ac Dominicum, & Franciſcum eam humeris fulcientes intueri. Diplomate igitur hac de re edito, Magiſtro Dominico, ac Fratribus Prædicatoribus inſcripſit, ex quo nomen eidem Ordini eſt inditum. morem deinde pius Pontifex Franciſco pariter geſſit Purpuratorum Patrum compluribus licet obnitentibus.

confirmatio nē Ordinis obtinet. eandē obtinet S. Franciſcus

Ludouicus Philippi Galliæ Regis filius præclaræ indolis adoleſcēs aduerſus Albigēſes Crucem ſacræ militiæ teſſeram aſſumpſerat, ac Monfortio ſubſidio venerat; ergo iterum Raymundus Comes deijcitur: deijciuntur, & Toloſæ mœnia, aliarumque Vrbium, quas memorauimus, ne cui deinceps Eccleſiæ transfugis vſui eſſe poſſent.

Ann. Chri: 1216. *P. Aemil. in Phil.* Ioannes Angliæ Rex Innocentij monitis excitatus minisq; territus, ſimul conſcientiæ ſtimulis adactus, quos ſeptennio perceperat Eccleſiarum redditus rependere cum ſpopondiſſet, cogendi eam in rem auri rationes omnes excogitabat. id ſine ſubditorum iniuria, aut indignatione fieri cum nequijſſet, plerique omnes ab eo deſciuere; tum Regnum Philippo Gallo, legatione ad eum inſtituta, detulere. abnuit Phillppus perduellibus morem gerere; quod induciarum nondum

Angli à Rege rebellant.

tem-

tempus effluxiſſet, permiſit nihilominus Ludouicum filium in Angliã proficiſci. Is igitur haud cunctatus, obſidibus antea receptis deducẽtibus Legatis, Londinum Regiam Vrbem peruenit, atque ibidem Rex ſalutatus, Regijs quoque inſignibus ornatus eſt. Valetudine hoc tempore Ioannes aduerſa adeo vtebatur, vt luctari iam cum morte videretur. itaque à vexatione ſapientior factus, diuinam vltionem agnoſcens ſuperum atque hominum implorare opem occœpit, tum filio Henrico author fuit, vt Regni Proceres, ipſamque adeò Plebem ambitu miſerabili prenſaret. tãta fuit animorum in Anglis conuerſio, vt iuriſiurandi, quo ſe Gallo obſtrinxerant, religionem obliti excedere cum ex Inſula coegerint. Is igitur paternum in Regnum receptus, Apoſtolici Legati ſuaſu obſidibus Anglis auro ſeſe redimendi poteſtatem fecit.

Ludouicum Galliæ Regis filium Regem eligũt.

iidem exturbant.

Henricus interim Gręcorum Auguſtus deceſsit: Imperium Petro Altiſſiodorenſium Comiti ipſius Genero Latinorum omnium ſuffragijs delatum eſt. Eodemque tempore Henricus Caſtellę Rex diem clauſit extremum, cui Ferdinandus huius nominis tertius ex Berengaria ſorore Nepos, Legionis Rege natus, ſublectus eſt. Nec diu ſuperſtes Innocen-

Henrici Aug. obitus Petrus Altiſio dorẽſis ſuccedit.

centius poſtridie Iduum Iulij fato ceſſit, cum annos in Pŏtificatu egiſſet amplius duo de viginti. diſceſſerat ab Vrbe, vt Piſanos cũ Genuenſibus, tum Ciſalpinos inter ſe odijs pluſquam hoſtilibus diſſidentes ad concordiam reuocaret. ex itinere Peruſiam digreſſus, ac morbo inibi correptus ardẽtioris vi febris extinctus eſt. tum ipſo in Maioris Templi Sacrario conditus. *quo ex loco quadringentos demum poſt annos nobis ipſis, qui hanc Epitomen ſcribimus, inſpectantibus à Neapoleone Comitulo eiuſdem Vrbis Epiſcopo vna cum alijs duobus Romanis Pontificibus Vrbano IV. & Martino IV. ipſum in Templum translatus decentiori loco marmoreo tumulo illatus eſt.* *Innocentij Papæ obitus.*

Res ab eo præclarè geſtas præter hactenus recẽſitas ab Authore huc cõgeſtas ex eodem petẽdas relinquimus. illud nequaquã eſt prætereundum, illius opus eſſe celeberrimum Noſocomium expoſitis quoque infantibus enutriendis Romæ in vico Saxonum ædificatum ditatumq; cui à S. Spiritu in Saxia exinde nomen eſt inditum.

Iuſtis demortuo ritè Pŏtifici perſolutis, vndeuiginti, qui tum aderant Cardinales, Comitijs ex more habitis, Cencio Sabello Pontificatum detulere. Is nono Kal. Auguſti

inau-

Honorius III. inauguratus, Honorius hoc nomine tertius dici voluit. mox Romam reuerſus, publica omnium gratulatione exceptus eſt.

Eodem ferè tempore B. Dominicus & ipſe Romam iterum delatus, ſui Ordinis cõprobationem ab ipſo quoque Honorio adeptus eſt, vno atque altero Diplomate, quæ adhuc extant, per eum editis *ab Auctore hic relatis*.

B. Veronica Sudarium. *Hoc loco Author occaſione arrepta, multa cõgerit ex antiquis monumentis de Veronica Sudario ſacroſancto Chriſti Domini imagine mire impreſſo, quod in Principis Apoſtolorum Templo ſeruatur adhuc, ac religioſè colitur.*

Honorius Pontificatum ſtatim adeptus Federicum Aug. de ſua ipſius electione certiorem fecit, officijq; atque obſequij erga Rom. Sedem admonuit; ad hæc hortatus eum eſt, vt quando Imperator iam eſſet, Siciliæ ſeſe Regno abdicaret. Is tùm Pontificis monita æqui boniq; faciens, ſimulatq; Imperij Diademate ornatus eſſet, emancipaturum ſe, ac Siciliæ Regem dicturum Henricum filium recepit, ſi modo ipſe Pontifex tanto illum munere dignaretur. Ann. Chri. 1217.

Petrus Griëtis Sub idem tempus Petrus Altiſiodorenſis, quem ad Orientale Imperium

perium euectum diximus, Romam delatus cum Iolante Coniuge ipſo in Templo D. Laurentij extra muros ab Honorio Imperij titulis, ac Diademate ornatus eſt. *Imper Roma coronatur.*

Deceſſerat haud ita pridẽ Ioannes Angliæ Rex Henrico filio, ipſoque Regno Summo Pontifici, vtpotè directò, vt vocãt, Domino, commendatis. Igitur Honorius Henricum Regem adoleſcẽtem Romanæ Eccleſię Clientem omni ope tutandũ ratus aduerſus finitimos Reges, Regniq; Proceres, ſi qui adhuc minùs æqui in eum eſſent, Iacobum Cicallam S. R. E. Cardinalem in Angliam Legauit, ſimul Alexãdrum Scotorum Regem, qui exercitu cõparato, Angliæ Regnum inuaſerat, conteſtatus eſt Anathemati ſe illum, Regnum verò vniuerſum Eccleſiaſtico interdicto ſubiecturum ni recederet. quod ſi quid iuris habere ſe in Henricum Regem, eiuſue Regnum exiſtimaret, auditurum ſe vtrumque, æquumq; iudicem futurum ſpopondit, aut Legato ad hoc miſſo cauſæ cognitionem delegaturum. haud abſimili ratione cum Ludouico quoq; Philippi filio egit, qui Ciſmarinas Regiones inuaſerat, magnaq; iam ex parte vi ceperat. *Ioãnis Angliæ Regis obitus Henricus filius ſuccedit.*

Subinde Honorius pacta inita inter Fridericum, ac VValdemarum

Da-

Danorum Regem, Romani Imperij Principibus adnitentibus, Apoſtolicæ ſententiæ firmitate roborauit. Tum ex Lateranenſis Synodi decreto animum ad bellum ſacrum adiecit, parataq; à Venetis Claſſe, copias vndique Cruceſignatorum collectas in Palæſtinam tranſmiſit. in his omnium clariſsimum, ac religioſiſſimum fuiſſe conſtat Norwegiæ Regem, qui floreñtiſſimas ex ſua Gente copias ſecum adduxit, qua de re & gratiæ illi ab Honorio ſunt redditæ, ipſiuſq; Regnum ſub patrocinio Apoſtolorum Principis, ac Sedis Apoſtolicæ receptum eſt.

Apparatus belli ſacri.

Ottocarus porrò Boemiæ Rex quo minus copias, quas maximas contraxerat, in Orientem tranſmitteret, impedimento fuit impius, ac perduellis ex fratre nepos, quem tamen Honorij Pontificis authoritate ad ſaniora poſtmodum conſilia reuocauit.

SS. Dominici & Franciſci.

Hoc tépore Dominicus ac Franciſcus ſuo quiſque Ordini propagãdo operam, opemq; omnem impendebât. Dominicum Honorius Pontifex datis ad eum hoc anno literis ad opus incitauit. Franciſcum ſolatus eſt ipſe Deus, dum ea de cauſa angeretur, quod multi auſteriorem illam inuectam à ſe viuendi rationem exhorreſcerent, atque adeò de-

ep. 247 S. Bonauent. in vit.

deſerent. itaq; Deo vt cum maxime fidens, comitijs poſtea Aſſiſij habendis ad quinque Fratrum millia coituri cum eſſent, vetuit ad eos recipiendos alendoſq; aliquid parari: nec ſpe fruſtratus à Deo eſt; quippè his Aſſiſij coactis tantus fuit ex vicinis Vrbibus, ac Pagis hominum ac iumentorum cõcurſus annonam, atque omnis generis ſupellectilem deferentium, vt abundè omnia ſuppeditauerint.

Paleõ. Carm antiq. lib. 3. Hoc eodem anno Honorius, diuinitùs, vt ferunt, admonitus, Carmelitarum ſacrum Ordinem, diplomate ſuper hoc edito, comprobauit. *Carmelitarum Ordo.*

Ann. Chri. 1218. Nouo ſubeunte anno pius Pontifex immiſſis à Deo cladibus, aut cõminatis auertendis, ſupplicationes indixit publicas. proceſſit verò ipſe nudiſpedibus Populo eum innumero proſequente à Baſilica Lateranenſi ad Eſquilias, Templumq. inibi B. Mariæ ad Præſepe, prælatis eadem in proceſſione Diuorum Petri, & Pauli capitibus. *Supplicationes publicæ.*

P. Aemil. in Phil. p. Receſſerat ab Vrbe Petrus Imperij titulos adeptus, cui Honorius Pontif. Ioannem Columnam Card. Legatum, & Guidonem Caſtellum Vicarium adiunxerat. Dyrrhachium inde profectus, dum eam Vrbem ac Portum à Theodoro Prætore græcæ fidei homine recepturum ſe putat, *Io. Columna Card. Petrus Imp. dolo captus ac caſus.*

[illegible] eo comprehenſas, morti [illegible] per [illegible] pœnam [illegible] eſt quamquam autem cæ[illegible] parata eſt, eo inte[illegible] Latinorum [illegible] vires mirum in[illegible] nam & apud [illegible] Vngariæ [illegible] conſtitutæ [illegible] apud Occiden[illegible] pes plerique [illegible] Ma[illegible] Neſtorij [illegible] one, [illegible] Arago[illegible] [illegible] eſſet [illegible] [illegible] Gal[illegible] ditus, [illegible] fidelius [illegible] nor[illegible] mo[illegible] etiam in[illegible]

[illegible] apud F iſtam [illegible] Pro[illegible] vt Vr[illegible] eos in[illegible] mēta, [illegible] ho[illegible] abſum[illegible]

Vinc. Bel-luac. l. 30. c. 75.

P. Cir. Herc. Hiſt. Albig. c. 165.

Quo

Vrſpe. Chron. Sigon. l. 16. de Regn. Ital. Crant. Ann. Chri. 1219.

Quo tempore Otho PſeudoAuguſtus à Friderico ſæpius victus, atque omnium ope deſtitutus, anteactæ vitæ crimina deteſtatus, fato ceſsit.

Conatu interim maximo Germani, ac Galli ſacram expeditionem perurgebant; Principibus licet ipſis Friderico in primis Auguſto, ſegniter agentibus. itaque Ioannes Biennus totius belli Dux, apud quem ob Violãtem Vxorem Iſabellæ Balduini Quarti ſororis filiam Hieroſolymitani Regni iura erant ac tituli, Gallorum copias magno numero eduxit, claſſe inſuper Anglorum impetrata, excitiſq; Pariſiorum, Eduorum, ac Lexouiorum Epiſcopis ſequuti ſunt iniecta æmulatione Germaniæ Populi tanto numero, vt rei bene gerendæ, ac Terræ ſanctæ de Sarracenis recipiendæ ſpes maxima affulſerit. Ventum eſt Damiatam, olim Peluſium, tutiſsimum Aegypti ad Nili oſtia propugnaculum. eam dum obſident Germani, & Galli, ac vi maxima oppugnant, ſubſidio venere Itali, Mediolanenſi, Brixienſi, Fauentino, ac Regienſi Epiſcopis deducentibus. Ad eam Chriſtiani dum ſedent, Coradinus idem Damaſci ac Hieroſolymorum Rex Legatos ad eos miſit, pollicituſq; eſt ſi obſidionem eam ſoluerent, pacemq;

belli ſacri apparatus.

Damiata obſidetur.

cemq; ſibi, atque Aegypti Sultano darent, æquo ſe animo non Hieroſolymam tantum, ſed quicquid ipſe, Paterue ipſius, aut Saladinus olim Chriſtianis abſtuliſſent, redditurum. Ducum præcipui Hoſtis poſtulata, paciſq; leges huiuſmodi nequaquam aſpernandas putabant, neque enim alia de cauſa arma ſumpta, quam vt parta olim Chriſtianorum Ducum virtute, amiſsaq; reciperentur, eluereturq; ignominia. his receptis nullam amplius belli cauſam ſubeſſe. Pelagio tamen Oſtienſi Epiſcopo Card. Legato intercedente, atque ad bellum hortante, pacis conditiones reiectæ, Legati re infecta dimiſſi ſunt, quod male tum quidem Chriſtianis vertit, quippe Eteſijs inſperato, præterque morem excitatis, Niloq; inde ante conſuetum exuberante, obſidentium caſtra euerſa, cibaria omnis generis corrupta, ſterilitas exinde maxima, tum dira fames, ac vulgares lues exiſtere, tantiq; apparatus belli ferè in nihilum recidere; peruicit tamen Chriſtianorum Ducum, ac militum conſtantia, per quam omnibus naturæ, ac fortunæ incommodis, atque aduerſis ſuperiores extitere, quod ſequenti demum anno contigit. Proſperè interim cum Mauris apud Luſitaniam pugnatum eſt, cæſiq;

condiciones pacis reiectæ

obſidio ſoluta.

Mauri apud Luſitaniam victi.

ex

ex eorum Regibus duo Geenſis, ac *item à* Cotdubenſis. Sancius itidem Rex *Sancio* Nauarræ alia ex parte eoſdem Bar- *Na-* baros egregiè vicit, quem idcirco *uarræ* Honorius Põtifex victoriam ſimul, *Rege.* ac virtutem eidem gratulatus, vnà cum Regno in ſuum, ac Rom. Eccleſiæ patrocinium recepit datis ad eum literis 15. Kal. Iunij. Egit quoque apud Philippum Galliæ Regem, effecitque vti Henrico Anglo inducias ad quadriennium concederet.

Simoni Comiti Monfortio Simon Aimericus filius ſuperſtes paternæ gloriæ æmulus, virtuteque ac pietate par, Ludouici Galliæ Principis auxilijs auctus, victorias hoc tempore inſignes de fidei hoſtibus referebat.

Hinc iterum Author ad D. Dominici, ac ſociorum res praclare geſtas diuertit, quas fuſe admodum recenſitas apud eum lector requirat.

Ann. Chri. 1220. *Vrſper Chron.* Profecturus in Italiam Fridericus Honorij accitu ad Imperij titulos, ac Diadema capeſſendum, iuſiurandum ex more præſtitit, priuilegiaque Romanæ Eccleſiæ, Diplomate ſuper hoc edito, confirmauit, legeſque omnes, ſeu conſuetudines contra Eccleſiaſticam immunitatem latas, ſiue inductas antiquauit. donationes eidem Ec-

Fridericus Romæ coronatur.

cleſiæ per Deceſſores Principes, aut quoſcunque alios factas ratas habuit. Ipſe dein Romam profectus ipſo die Cęciliæ Virgini ſacro Diademate à Pontifice ornatus eſt. Pollicitus Auguſtus fuerat traiecturum ſe claſſe in Aegyptum, ac Damiatam obſidentibus adfuturum. eo tamen haud ex recepto moras nectente, Vrbs ea poſt annuam obſidionem in Chriſtianorum poteſtatem venit exhauſta ciuibus adeo, vt ex ſeptuaginta plus millibus, tria vix millia ferro, ac fame, peſtilentiaque abſumptis alijs, reperta in ea fuerint. vis tamen auri, argentique maxima inuenta eſt, tum omnis generis ſupellectilis.

Damiata capta.

Iacobus de Vitriaco, & Vincentius Beluacenſis.

Florebant hoc tempore doctrinę laude Iacobus de Vitriaco Epiſc. Aconenſis, poſtea vero S.R.E. Epiſc. Cardin. Tuſculanus, ac Vincentius Epiſcopus Beluacenſis, quorum eximiæ lucubrationes ad noſtra hęc tempora peruenere.

Martyrio hoc eodem anno affectus eſt apud Siciliam Angelus Carmelitanus, Hæreticorum, quos inſectabatur, ferro peremptus.

Io. Columna Card. Chriſti Co-

Quo tempore Ioannes Columna Cardinalis, Legatus ab Honorio in Aegyptum, ac Palæſtinam miſſus, Romam redux columnam ſacroſan-

ſanctam, ad quam Chriſtus Dominus vinctus, ac flagris cæſus fuiſſe dicitur, ſecum detulit, quam in D. Praxedis Templo collocatam, hodieque veneramur. *lumnã Romã defert.*

Petro, vt diximus, Græcorum Auguſto apud Dyrrachium capto, ac cuſtodiæ tradito, Ioanna Coniux, virilis animi fœmina, Imperij habenas tandiù prudenter æquè, ac fortiter eſt moderata, quoad Robertus Filius, ex Gallia Byzantium delatus eſt. acceſſit autem non ante hoc tempus biennio fermè à Patris infortunio, dictuſque eſt omnium, qui aderant, Latinorum aſſenſu, ac ſuffragijs Orientis Imperator. *Robertus Orientis Imp.*

Ann. Chri. 1221. *P. Aemil. & Nau. Cler.* Decem vix dum effluxerant menſes à Damiata poſt diutinam obſidionem capta, cum maximo cum rei Chriſtianæ detrimento, atque dedecore amiſſa eſt. Erant apud Chriſtianorum caſtra armatorum millia ad ſeptuaginta. his copijs legatus euerſurum ſe Aegyptum vniuerſam ſpem certam conceperat, immemor, quæ haud ita pridem incommoda, atque aduerſa ex cœli, ac ſoli iniurijs, ac præſertim ex Nili ingenio perpeſſi eſſent; nec ſatis gnarus belli caſuum, aut regiminis militum, ac diſciplinæ. ergo promoueri ad Cairum, ſeu Mem- *Damiata amiſſa*

phim caſtra pro imperio mandat, renuentem Ioannem Regem, Duceſque alios, ac profectionem in Palæſtinam, quò ſacra ipſa expeditio ſpectare videbatur, ſuadentes, anathemate etiam intẽtato à conſilio, vt poſtea euentus docuit, ſalutari, reuocat. admotæ igitur ad Vrbem regiam Chriſtianorum copiæ, obſeſſis ſtatim itineribus, omni propemodum commeatu interclusæ ſunt, ſiuè qui Nilo ſubuehi, ſiuè qui aliundè comportari poſſet. ad hæc Nilus ipſe conſueto magis exundans facultatem iumentis paſcendi omnem ademit, quæque demeſſa erant, ſtramina corrupit: deplorata erat exercitus totius ſalus: cum, Deo ita moderante, Sultanus Legatos de pace ad Ioannem Regem, ac Legatum miſit, quæ hoc demum pacto compoſita eſt, vti Chriſtiani Damiata excederent, Sultanus viciſſim partem Crucis Dominicæ, quam Hieroſolymis auexerat, eiſdem traderet: captiui hinc indè dimitterentur. Porro ipſum Sultanum Chriſtiani nominis hoſtem, & laceſſitum eum quidem, tanta noſtrorum militum commiſeratio cepit, vt cum cognouiſſet dira eos fame confici, commeatus abunde omnibus abſque vllo precio ſuppeditauerit. tum na-

Chriſtiani ad Cairum.

recedere coguntur.

Sultani laus

naues receſſuris, aut itinerum duces, itinere terreſtri diſceſſuris tribuerit, dato inſuper Filio obſide, ne quid metuerent, quin etiam ad ſua cuique euehenda, ſiuè quæ in caſtris, ſiuè quæ apud Damiatam haberet, anni ſpatium conceſſit: Ipſi autem Chriſtiani Duces, ac milites pauci admodum in Palæſtinam profecti, plerique omnes in Europam reuerſi ſunt, inter quos Ioannes Brennus Hieroſolymorum Rex. qui Romam delatus, honorificè ab Honorio exceptus eſt. Rei inuidia in Fridericum Auguſtum maximè redundauit, cuius perfidia, aut negligentia factum aiebant, vt Chriſtiani Aegypto, ac Palæſtina potiti non fuerint. ergo ab Honorio iterum, atque iterum hac de re monitus muneri ſuo ſatis ſe facturum putauit, ſi Imperij Principes, quod præſtitit, ad ſacrum bellum impelleret. in eo poſtmodum eidem Honorio morem gerere nequaquam abnuit, dum Siculum Regnum in Henricum filium tranſtulit, quem & Romanorum Regno apud Aquiſgranum inaugurari curauit, & Margaritæ Leopoldi Auſtriæ Ducis filiæ matrimonio iungi.

Cruce ſignati ex Aegypto remigrant.

Henricus Siciliæ & Rom. Rex.

Monendi hoc tempore Honorio fuere Hiſpaniæ Reges Ferdinand

Danorum Regem, Romani Imperij Principibus adnitentibus, Apoſtolicæ ſententiæ firmitate roborauit.

appa-ratus belli ſacri. Tum ex Lateranenſis Synodi decreto animum ad bellum ſacrum adiecit, parataq; à Venetis Claſſe, copias vndique Crucefignatorum collectas in Palæſtinam tranſmiſit: in his omnium clariſsimum, ac religioſiſſimum fuiſſe conſtat Noruegię Regem, qui florentiſſimas ex ſua Gente copias ſecum adduxit, qua de re & gratiæ illi ab Honorio ſunt redditæ, ipſiuſq; Regnum ſub patrocinio Apoſtolorum Principis, ac Sedis Apoſtolicæ receptum eſt,

Ottocarus porrò Boemiæ Rex quo minus copias, quas maximas contraxerat, in Orientem tranſmitteret, impedimento fuit impius, ac perduellis ex fratre nepos, quem tamen Honorij Pontificis authoritate ad ſaniora poſtmodum conſilia reuocauit.

SS. Dominicus & Franciſcus. Hoc tẽpore Dominicus ac Franciſcus ſuo quiſque Ordini propagãdo operam, opemq; omnem impendebãt. Dominicum Honorius Pontifex datis ad eum hoc anno literis ad opus incitauit. Franciſcum ſolatus eſt ipſe Deus, dum ea de cauſa angeretur, quod multi auſteriorem illam inuectam à ſe viuendi rationem exhorreſcerent, atque adeò *ep. 247 S. Bonauent. in vit.*

de-

deſe rerent. itaq; Deo vt cum maxime fidens, comitijs poſtea Aſſiſij habendis ad quinque Fratrum millia coituri cum eſſent, vetuit ad eos recipiendos alendoſq; aliquid parari: nec ſpe fruſtratus à Deo eſt; quippè his Aſſiſij coactis tantus fuit ex vicinis Vrbibus, ac Pagis hominum ac iumentorum cōcurſus annonam, atque omnis generis ſupellectilem deferentium, vt abundè omnia ſuppeditauerint.

Paleõ. Carm antiq. lib. 3. *Carmelitarum Ordo.* Hoc eodem anno Honorius, diuinitùs, vt ferunt, admonitus, Carmelitarum ſacrum Ordinem, diplomate ſuper hoc edito, comprobauit.

Ann. Chri. 1218. *Supplicationes publicæ.* Nouo ſubeunte anno pius Pontifex immiſſis à Deo cladibus, aut cōminatis auertendis, ſupplicationes indixit publicas. proceſſit verò ipſe nudispedibus Populo eum innumero proſequente à Baſilica Lateranenſi ad Eſquilias, Templumq. inibi B. Mariæ ad Præſepe, prælatis eadem in proceſſione Diuorum Petri, & Pauli capitibus.

P. Aemil. in Philip. *Io. Columna Card. Petrus Imp. dolo captus ac caſus.* Receſſerat ab Vrbe Petrus Imperij titulos adeptus, cui Honorius Pontif. Ioannem Columnam Card. Legatum, & Guidonem Caſtellum Vicarium adiunxerat. Dyrrhachium inde profectus, dum eam Vrbem ac Portum à Theodoro Prætore græcæ fidei homine recepturum ſe putat,

putat, ab eo comprehenſus, morti denique per ſummam perfidiam addictus eſt, quamquam autem cædes non ſtatim patrata eſt, eo interim in vinculis habito. Latinorum apud Orientem vires mirum in modum concidere. nam & apud Palæſtinam receſſu inde Vngariæ Regis iniquo plane loco conſtitutæ videbantur. Porro apud Occidentem Reges ac Principes plerique omnes inter ſe digladiabantur. Maximo autem rei Catholicæ detrimento accidit Simonis Monfortij cædes, qui Toloſana in obſidione, quam tum Vrbem Iacobus Aragoniæ Rex tutandam ſuſceperat, ſaxo è catapulta excuſſo ictus ceciderat. Id vbi primum ab Honorio reſcitum eſt; literis ad Philippum Gallum ac Iacobum Aragonium datis, illum vt auxilia Catholicis aduerſus impios Toloſates ſubmitteret hortatus eſt, hunc ab iliis quoquo modo iuuandis anathemate etiam intentato deterruit.

Simonis Mõfortij cædes.

Vinc. Belluac. l. 30. c. 75. P. Ciſterc. Hiſt. Albig. c. 165.

inundatio maris apud Friſiã.

Hoc eodem anno apud Friſiam maritimã inferioris Germaniæ Prouinciam mare excreuit adeo, vt Vrbes nonnullas ſubuerterit, vicos innumeros deleuerit, præter armẽta, atque omnis generis animantia, hominum ſupra centum millia abſumpſerit.

Quo

l

Vrſpe. Quo tempore Otho PſeudoAu-
Chron. guſtus à Friderico ſæpius victus, at-
Sigon. que omnium ope deſtitutus, antea-
l. 16. ctæ vitæ crimina deteſtatus, fato
de ceſsit.
Regn. Conatu interim maximo Germa-
Ital. ni, ac Galli ſacram expeditionem
Crant. perurgebant; Principibus licet ipſis
Ann. Friderico in primis Auguſto, ſegni-
Chri. ter agentibus. itaque Ioannes Bren-
1219. nus totius belli Dux, apud quem
ob Violãtem Vxorem Iſabellæ Bal- *belli*
duini Quarti ſororis filiam Hieroſo- *ſacri*
lymitani Regni iura erant ac tituli, *appa-*
Gallorum copias magno numero *ratus.*
eduxit, claſſe inſuper Anglorum im-
petrata, excitiſq; Pariſiorum, Eduo-
rum, ac Lexouiorum Epiſcopis ſe-
quuti ſunt iniecta æmulatione Ger-
maniæ Populi tanto numero, vt rei
bene gerendæ, ac Terræ ſanctæ de
Sarracenis recipiendæ ſpes maxima
affulſerit. Ventum eſt Damiatam,
olim Peluſium, tutiſsimum Aegypti *Da-*
ad Nili oſtia propugnaculum. eam *miata*
dum obſident Germani, & Galli, ac *obſide-*
vi maxima oppugnant, ſubſidio ve- *tur.*
nere Itali Mediolanenſi, Brixienſi,
Fauentino, ac Regienſi Epiſcopis
deducentibus. Ad eam Chriſtiani
dum ſedent, Coradinus idem Da-
maſci ac Hieroſolymorum Rex Le-
gatos ad eos miſit, pollicituſq; eſt
ſi obſidionem eam ſoluerent, pa-
cemq;

cemq; ſibi, atque Aegypti Sultano darent, æquo ſe animo non Hieroſolymam tantum, ſed quicquid ipſe, Paterue ipſius, aut Saladinus olim Chriſtianis abſtuliſſent, redditurum. Ducum præcipui Hoſtis poſtulata, paciſq; leges huiuſmodi nequaquam aſpernandas putabant, neque enim alia de cauſa arma ſumpta, quam vt parta olim Chriſtianorum Ducum virtute, amiſſaq: reciperentur, eluerecurq; ignominia. his receptis nullam amplius belli cauſam ſubeſſe. Pelagio tamen Oſtienſi Epiſcopo Card. Legato intercedente, atque ad bellum hortante, pacis condiciones reiectæ, Legati re infecta dimiſſi ſunt, quod male tum quidem Chriſtianis vertit, quippe Eteſijs inſperato, præterque morem excitatis, Niloq; inde ante conſuetum exuberante, obſidentium caſtra euerſa, cibaria omnis generis corrupta, ſterilitas exinde maxima, tum dira fames, ac vulgares lues exiſtere, tantiq; apparatus belli ferè in nihilum recidere; peruicit tamen Chriſtianorum Ducum, ac militum conſtantia, per quam omnibus naturæ, ac fortunæ incommodis, atque aduerſis ſuperiores extitere, quod ſequenti demum anno contigit. Proſperè interim cum Mauris apud Luſitaniam pugnatum eſt, cæſiq;

condiciones pacis reiecta

obſidio ſoluta.

Mauri apud Luſitaniam victi.

ex

ex eorum Regibus duo Geenſis, ac *item* Cotdubenſis. Sancius itidem Rex Nauarræ alia ex parte eoſdem Barbaros egregiè vicit, quem idcirco Honorius Pōtifex victoriam ſimul, ac virtutem eidem gratulatus, vnà cum Regno in ſuum, ac Rom. Eccleſiæ patrocinium recepit datis ad eum literis 15. Kal. Iunij. Egit quoque apud Philippum Galliæ Regem, effecitque vti Henrico Anglo inducias ad quadriennium concederet. *À Sancio Nauarræ Rege.*

Simoni Comiti Monfortio Simon Aimericus filius ſuperſtes paternæ gloriæ æmulus, virtuteque ac pietate par, Ludouici Galliæ Principis auxilijs auctus, victorias hoc tempore inſignes de fidei hoſtibus referebat.

Hinc iterum Author ad D. Dominici, ac ſociorum res præclare geſtas diuertit, quas fuſe admodum recenſitas apud eum lector requirat.

Ann. Chri. 1220. *Vrſper Chron.* Profecturus in Italiam Fridericus Honorij accitu ad Imperij titulos, ac Diadema capeſſendum, iuſiurandum ex more præſtitit, priuilegiaque Romanæ Eccleſiæ, Diplomate ſuper hoc edito, confirmauit, legeſque omnes, ſeu conſuetudines contra Eccleſiaſticam immunitatem latas, ſiue inductas antiquauit. donationes eidem Ec-

Friderricus Roma corona tur. cleſiæ per Deceſſores Principes, aut quoſcunque alios factas ratas habuit. Ipſe dein Romam profectus ipſo die Cęciliæ Virgini ſacro Diademate à Pontifice ornatus eſt. Pollicitus Auguſtus fuerat traiecturum ſe claſſe in Aegyptum, ac Damiatam obſidentibus adfuturum. eo tamen haud ex recepto moras nectente, Vrbs ea poſt annuam obſidionem in Christianorum poteſtatem venit exhauſta ciuibus adeo, vt ex ſeptuaginta plus millibus, tria vix millia ferro, ac fame, peſtilentiaque abſumptis alijs, reperta in ea fuerint. vis tamen auri, argentique maxima inuenta eſt, tum omnis generis ſupellectilis.

Damiata capta.

Iacobus de Vitriaco, & Vincẽtius Beluacenſis. Florebant hoc tempore doctrinę laude Iacobus de Vitriaco Epiſc. Aconenſis, poſtea vero S.R.E. Epiſc. Cardin. Tuſculanus, ac Vincentius Epiſcopus Beluacenſis, quorum eximiæ lucubrationes ad noſtra hęc tempora peruenere.

Martyrio hoc eodem anno affectus eſt apud Siciliam Angelus Carmelitanus, Hæreticorum, quos inſectabatur, ferro peremptus.

Io. Columna Card. Christi Co- Quo tempore Ioannes Columna Cardinalis, Legatus ab Honorio in Aegyptum, ac Palæſtinam miſſus, Romam redux columnam ſacro-

ſan-

ſanctam, ad quam Chriſtus Dominus vinctus, ac flagris cæſus fuiſſe dicitur, ſecum detulit, quam in D. Praxedis Templo collocatam, hodieque veneramur. *lumnã Romã defert.*

Petro, vt diximus, Græcorum Auguſto apud Dyrrachium capto, ac cuſtodiæ tradito, Ioanna Coniux, virilis animi fœmina, Imperij habenas tandiú prudenter æquè, ac fortiter eſt moderata, quoad Robertus Filius, ex Gallia Byzantium delatus eſt. acceſſit autem non ante hoc tempus biennio fermè à Patris infortunio, dictuſque eſt omnium, qui aderant, Latinorum aſſenſu, ac ſuffragijs Orientis Imperator. *Robertus Orientis Imp.*

Ann. Chri. 1221. P. Aemil. & Nau. Cler. Decem vix dum effluxerant mẽſes à Damiata poſt diutinam obſidionem capta, cum maximo cum rei Chriſtianæ detrimento, atque dedecore amiſſa eſt. Erant apud Chriſtianorum caſtra armatorum millia ad ſeptuaginta. his copijs legatus euerſurum ſe Aegyptum vniuerſam ſpem certam conceperat, immemor, quæ haud ita pridem incommoda, atque aduerſa ex cœli, ac ſoli iniurijs, ac præſertim ex Nili ingenio perpeſſi eſſent; nec ſatis gnarus belli caſuum, aut regiminis militum, ac diſciplinæ. ergo promoueri ad Cairum, ſeu Mem- *Damiata amiſſa.*

phim caſtra pro imperio mandat, renuentem Ioannem Regem, Duceſque alios, ac profectionem in Palæſtinam, quò ſacra ipſa expeditio ſpectare videbatur, ſuadentes, anathemate etiam intẽtato à conſilio, vt poſtea euentus docuit, ſalutari, reuocat. admotæ igitur ad Vrbem regiam Chriſtiauorum copiæ, obſeſſis ſtatim itineribus, omni propemodum commeatu interclusæ ſunt, ſiuè qui Nilo ſubuehi, ſiuè qui aliundè comportari poſſet. ad hæc Nilus ipſe conſueto magis exundans facultatem iumentis paſcendi omnem ademit, quæque demeſſa erant, ſtramina corrupit: deplorata erat exercitus totius ſalus, cum, Deo ita moderante, Sultanus Legatos de pace ad Ioannem Regem, ac Legatum miſit, quæ hoc demum pacto compoſita eſt, vti Chriſtiani Damiata excederent, Sultanus viciſſim partem Crucis Dominicæ, quam Hieroſolymis auexerat, eiſdem traderet: captiui hinc indè dimitterentur. Porrò ipſum Sultanum Chriſtiani nominis hoſtem, & laceſſitum eum quidem, tanta noſtrorum militum commiſeratio cepit, vt cum cognouiſſet dira eos fame confici, commeatus abunde omnibus abſque vllo precio ſuppeditauerit. tum na-

Chriſtiani ad Cairum.

recedere cogũtur.

Sultani laus

naues receſſuris, aut itinerum duces, itinere terreſtri diſceſſuris tribuerit, dato inſuper Filio obſide, ne quid metuerent, quin etiam ad ſua cuique euehenda, ſiuè quæ in caſtris, ſiuè quæ apud Damiatam haberet, anni ſpatium concesſit: Ipſi autem Chriſtiani Duces, ac milites pauci admodum in Palæſtinam profecti, plerique omnes in Europam reuerſi ſunt, inter quos Ioannes Brennus Hieroſolymorum Rex. qui Romam delatus, honorificè ab Honorio exceptus eſt. Rei inuidia in Fridericum Auguſtum maximè redundauit, cuius perfidia, aut negligentia factum aiebant, vt Chriſtiani Aegypto, ac Palæſtina potiti non fuerint. ergo ab Honorio iterum, atque iterum hac de re monitus muneri ſuo ſatis ſe facturum putauit, ſi Imperij Principes, quod præſtitit, ad ſacrum bellum impelleret. in eo poſtmodum eidem Honorio morem gerere nequaquam abnuit, dum Siculum Regnum in Henricum filium tranſtulit, quem & Romanorum Regno apud Aquiſgranum inaugurari curauit, & Margaritæ Leopoldi Auſtriæ Ducis filiæ matrimonio iungi.

Cruce ſignati ex Aegypto remigrant.

Henricus Siciliæ & Rom. Rex.

Monendi hoc tempore Honorio fuere Hiſpaniæ Reges Ferdinandus

Caſtellæ, Alphonſus Legionis, Iacobus Aragoniæ, quod Iudæis à ſecretioribus conſilijs, iiſque Legatis ſtultiſſimè vterentur ad ardua, quæque cum Mauris Regibus tranſigenda. tum Luſitaniæ Rex Alphonſus, quod Bracarenſem Antiſtitem mire vexaret. ac denique Iſabella Ioannis Angliæ olim Regis Vxor, quod, maternæ pietatis immemor, Henricum filium conſcripto exercitu, extortoque à ſubditis iureiurando, Regno pellere conaretur.

Gregorius Creſcētius Card. Regibus exinde alijs poſtulantibus Leſco Polono, Ottocaro Boemo, Valdemaro Dano, Henrico Sueco, Honorius Pontifex Gregorium Creſcētium Diaconum Card. Tit. S. Theodori Legatum ad eos miſit, qui politicum æquè, atque Eccleſiaſticum rerum ſtatum componeret.

Septē martyres Franciſcani Martyrij palmam hoc tempore adepti ſunt apud Mauritaniæ ſepta ex D. Franciſci diſciplina fratres ſeptem.

S. Dominici obitus. Obijt hoc eodem anno Vir Sanctiſſimus Dominicus, *cuius elogium apud Authorem hic require*.

Friderici tyrānis. Fridericus interim Auguſtus promiſſorum immemor, ac iuriſiurandi ſpreta Religione, Pontificiam Ditionem inuadere, vectigalia ab *Ann. Chri. 1222.*

Ec-

Eccleſijs exigere, Sacerdotia pro libidine demandare inſtituit. improbitate denique, ac Tyrannide cum Henrico Patre, ac Friderico Auo certare. proinde monitus ab Honorio, atque adeo territus dirarum metu, edicto Veruchis, vbi tum erat, promulgato Præſidibus apud Siciliam, ac reliquis Adminiſtris mandauit, ne in poſterum Eccleſias, Rectoreſque earum, ac Clericos quoſcunque exactionibus vexarent, ſed vetera illis priuilegia illibata ſeruarent. memorem ſe quoque ſacri belli, ac propediem in Palæſtinam traiecturum ſpopondit.

Nice. ph. Gr. l. 2. Obijt hoc tempore Theodorus Laſcarus, qui Græcorum ope aduerſus potentiam Latinorum Augusti nomen inuaſerat. eo ſublato Ioannes Ducas eiuſdem Gener Latinorum etiam non paucis ſuffragantibus, Imperij titulos adeptus eſt. hos non dolis modo, atque inſidijs, ſed palam etiam armis in Robertum agentes veluti nefarios transfugas Honorius Pontifex diris deuouit. *Theodori Laſcari Imp. Græc. obitus. Ioannes Ducas ſublegitur*

Sigon. de Regn. Ital. l. 7. Hic idem annus prodigijs plurimis inſignis fuit, terræ in primis motu vehementiori, quo Germaniæ Vrbes aliquot, Italiæ, ac Cypri concuſſæ ſunt: Montium nuta-

runt culmina: Flumina aut ſubſtiterunt, aut retro etiam ceſſerunt.

Hiſce cladibus auertendis, diuinoque placando numini, ac fœlicem ineuntis anni curſum implorando Honorius Pontifex ſupplicationes indixit publicas, tum congiarium Ipſe in mille pauperes elargitus eſt. Ann. Chri. 1223.

Philippi Galliæ Regis obitus. Quintum iam, & quadrageſimũ in Regno annum exegerat Philippus Gallus cognomento Auguſtus, quem & Deodatum alij appellant, decem amplius vixerat, cum hoc demum anno morte ſublatus eſt, Ludouico filio hærede inſtituto, ac ſexaginta aureorum millibus Ioãni Brenno Hieroſolymorum Regi, ac duobus Templariorum, atque Hoſpitalarium Magiſtris in ſacri belli ſumptus legatis, Filioque Rege ad idem bellum poſtremis tabulis incitato. *Ludouicus VIII. ſuccedit.* Porrò is Guilielmo Rhemenſi Antiſtite adminiſtrante ad 8. Idus Auguſti auito Regno inauguratus eſt. ad quem literas Honorius ſtatim dedit, hortatuſque eum eſt ad Romanam Eccleſiam materno honore pro maiorum ſuorum more, atque inſtituto proſequendam, tum ad bellum ſacrum ſummis viribus capeſſendum.

Robertus Imp. Robertus interim, qui apud Orientem imperabat, Ioannem Ann. Chri. 1224.

Du-

Nice-ph.Gr. l.2. Ducam poteſtatis æmulum deie-ctꝰurus, armis petere non dubita-uit, prælio tamen inito, fuſus ipſe, ac fugatus eſt: illud vero mirum-tum accidit, quemadmodum enim Robertus aduerſus Ducam Græcos proceres Alexium, atque Iſaacium Comnenos adiutores habuit; ita viciſſim Ducas in Robertum Lati-nos, in quibus Burgundum Comi-tem, à quo ille ſponſam Græcam Virginem, illius forma captus, ſub-ripuerat, ac ſibi matrimonio iun-xerat.

Alphonſo Regi apud Luſitaniam vita functo Sancius filius ſuccedit paterni vt Regni, ita inſtituti hæ-res, itaque Bracarenſi Antiſtiti æ-què ac Parens infeſtus, monendus & ipſe ab Honorio fuit, atque-acrius increpandus. *Alphõſi Luſit. Regis obitus Sãcius filius ſuccedit.*

Sub idem ferè tempus Ioannes Hieroſolymorum Rex Toletum ve-nit, exceptuſq; à Ferdinando pom-pa regia, nuptias ibidem cum Be-rengaria illius ſorore celebrauit.

Hic idem annus eſt, quo Di-uus Pater Franciſcus ſacra ſtigma-ta à Deo retulit, nec ita multo poſt inſtitutum ab eo ſacrum ordinem, ac viuendi Regulam Honorius Pon-tifex nouo Diplomate comproba-uit. *S. Frã-ciſci ſtigmata.*

Ann. Chri. 1225. Conſcriptis iterum apud Gal-

liam Crucesignatorum aduerſus Albigenſes copijs, ventum eſt Auenionem, quæ Vrbs auſu temerario, non aditu eas modo, ſed etiam tranſitu prohibere non dubitauit; obſeſſa igitur, ac vi maxima oppugnata, poſt alterum ab acceſſu mẽſem Ciuium deditione recepta eſt, ac mœnibus nudata; foſſa inſuper impleta eſt, æquatæque ſolo ædes trecentæ. cæterùm inopia commeatus, ac pabuli (nam Raymundus Comes annonam in tutiora oppida importari iuſſerat, nouoque doli genere prata vbique omnia aratro proſcindi) vulgarem in caſtra luem inuexit, quæ vniuerſam deinde Galliam corripuit, ſacramque eam expeditionem fermè diſſecit.

Auenio capta, ac mœnibus nudata.

Profecturus in Germaniam Fridericus, Parauij dum moratur, plures vno eodemque tempore, *quæ hic habentur*, in fidei Catholicæ deſertores, eorumque receptores ſanctiones edidit ſanè memorandas.

Vigeſimus à Balduini Orientis olim Auguſti obitu agebatur annus, cùm Impoſtor quidam è Campania Regione Galliæ oriundus, Balduinum ſeſe eſſe ſimulauit. delatus itaque in Flandriam quaſi in auitam ditionem, apud quam

Impoſtor Balduinũ redíui uumſe ſimulat.

Ioan-

Ioanna Balduini ipſius filia hoc tẽpore imperitabat, Nobilium quorumdam, ac Populi in ſe oculos, ac ſtudia conuertit. ætas quidem ipſa ac forma, aliaque multa mirè congruebant. ad hæc muliebris Imperij tædium, atque contemptus e re erant Impoſtoris. itaque Ioanna, quod recipere hominem abnueret, impietatis in parentem rea veluti conſtituta, ac populi concurſu penè interempta, Ludouici Galliæ Regis conſobrini implorare opem coacta eſt. Is igitur Impoſtorem in iudicium ad ſe vocatum, conuictumque, ac crimen faſſum exauctorauit, impunitum tamen dimiſit, quod ſub fide publica veniſſet. mox tamen apud Burgundiam captus, ac Ioannæ traditus, ſuſpendio necatus eſt; non tamen ſine plebeculæ rumore, quæ Patrem à Filia impiè necatum tunc, & diu poſtea pro libidine differebat. *conuictus necatur.*

Ann. Chri. 1226. Funeſtus admodum Italiæ annus voluitur, ob Friderici Aug. improbitatem, qua factum, vt Galliæ Ciſalpinæ Vrbes fœdere inter ſe inito arcere illum armis decreuerint. Cum vero Is Epiſcopos pro libidine inſtitueret, inſtitutos deturbaret, ſacra denique, ac profana omnia miſceret, inſuper & ſacræ expeditionis curam omnem abij-

ceret à Pontifice haud ſemel monitus, denique anathemate percuſſus eſt. dato nihilominus ad reſipiſcendum termino, & ad belli ſacri conſilia ineunda.

Ludouici VIII. obitus. Ludouicus IX. postea ſanctus ſuccedit. Obijt hoc anno Ludouicus Galliæ Rex florenti adhuc ætate Ludouico duodenni filio ſuperſtite huius nominis nono, qui poſtea virtutum merito ſanctorum numero adſcriptus eſt. eius tutelam Rex deceſſor Blanchæ Vxori poſtremis tabulis cum demandaſſet, illa omnem operam in eo collocauit, vt ſanctis Viris Puerum traderet inſtituendum.

S. Franciſci obitus. Diuus quoque Franciſcus æternæ vitæ præmia morte obita eſt conſecutus 4. Nonas Octobris, quo die annua eius memoria ab Eccleſia celebratur.

Honorij Papæ obitus, Gregorius IX. ſuccedit. Sacri belli noua expeditio. Nec diu ſuperſtes Honorius Pontifex vndecimum Pontificatus annum agens deceſſit. Altero ab illius obitu ſtatim die Gregorius hoc nomine IX. ſublegitur, Vgolinus antea vocatus Innocentij ex Fratre Nepos, à quo inter Purpuratos Patres adlectus fuerat. Is igitur Eccleſiæ regimen vix dum auſpicatus, Fridericum de ſua ipſius electione certiorem redditum, ſimul ad ſacrum bellum tandem aliquando promouendum impenſius hortatus eſt. *Ann. Chri. 1227.* *Sigon. de Regn. Ital. l. 17.*

eſt. Paruit Ille ſiue ex animo, ſiue ex arte, vtque Brunduſium, quo ſe venturum pollicitus eſt, quicunque militiæ ſacræ teſſeram recepiſſent, conuenirent, edixit, tantus fuit ea ex denunciatione omnium motus, vt ex vno Angliæ Regno ſexaginta amplius armatorum millia excita ſint. Iunio menſe nondum exacto ex omnibus Chriſtiani Orbis Prouincijs innumera Militum multitudo Calabriæ, atque Apuliæ littora iam oppleuerat. cęterum cunctante Auguſto, caloribus porrò conſueto magis in dies ſæuientibus, plerique omnes aduerſa valetudine tentari ſunt cępti, morbiſque ingraueſcentibus extincti, in quibus Auguſtanus, atque Andegauenſis Epiſcopi, ac Turingiæ Lantgrauius: qui ſuperfuere, nauigandi poteſtate illis facta, poſt Idus Auguſti ſoluerunt, haud dubia ſpe freti Auguſtum mox adfuturum. adfuit ille quidem nec ſatis inſtructus, nec pro dignitate militum aut genere, aut numero ſtipatus. conſcenſiſque nauibus triduo non amplius prouectus impa-rem ſe maris iactationibus atque incommodis faſſus, inſuper aduerſam valetudinem cauſatus, proras verti, repeti Italiam iuſſit; quo comperto qui claſſem antea con-

Friderici nequitia

ſcen-

ſcenderant quadraginta millium numerum excedentes & ipſi reditum maturauere. id vbi vuulgatum eſt, ſpes Chriſtianorum omnes defecerunt, animi ac vires conciderũt, Gregorius autem exarſit adeo, vt contemptorem Superum, atque hominum, ac bonorum omnium odio laborantem Auguſtum ſolemni ritu diris deuouerit.

excõmunicatur Gregorio.

Defecerant à Ludouico Rege, Marchiæ ac Campaniæ Comites, tum Britannorum Dux: Regis itaque auſpicijs ac Blanchæ Matris, quæ Regnum adminiſtrabat, exercitu in eos comparato, multa illis adempta ſunt; arma dein verſa in Henricum Anglum, qui Marchiæ Comitem Vitricum fouebat. Gregorio tamen intercedente, vtrique Regno pax reddita eſt.

S. Fräciſcicanonizatio. Ann. Chri. 1228.

Peruſiam hoc tempore delatus Gregorius Pontifex, ibi dum moratur, Franciſcum Sacri Ordinis Minorum Conditorem Sanctorum numero adſcripſit, Diplomate, quod adhuc extat, ſuper hoc edito.

Friderici tyrãnis.

Fridericus, qui ſemel verecundiæ fines tranſiſſet, vt nauiter ſeſe impudentem eſſe palam faceret, pecuniam ad ſacrum bellum Eccleſijs ipſis, ac earum Rectoribus à Pontifice imperatam, bello inte-

rim

rim neglecto, exigere, atque in profanos vſus vertere, ne dicam impios, non erubuit: Templariorum, ac Hoſpitalarium apud Siciliam, atque Apuliam redditus intercepit: Subditos vbique populos ſubinde nouis, acerbiſque vectigalium exactionibus exhauſit: Conrado cuidam, qui apud eum ordines ducebat, vti Spoletanam vallem inuaderet, ac ſubactam diriperet, Peruſiam quoque munitam Vrbem tentaret, imperauit: Rainaldum Laniſtam alium in Picenum immiſit. Guelforum denique ac Gibellinorum fatalibus Italiæ nominibus, factionibuſque, aut inuectis, aut reuocatis, eam miſerè lacerauit.

Papir. Maſſ. in Lud. Hiſt. Albig. M. S. Vatic. *Belli ac ſectæ Albigenſis finis.* Hoc eodem anno finem aliquando bellum Albigenſium accepit, ipſiuſque adeo ſectæ vires omnes concidere Raimundo Comite Ludouici Regis auſpicijs debellato, ac pacem quibuſcunque condicionibus petere coacto. venit is ea de cauſa Pariſios, atque ibidem coram Legato Apoſtolico Hæreſim, quam tuebatur, ſolemniter eiurauit, ſpopondítque in poteſtate ſe in poſterum Romanæ Eccleſiæ futurum, Hæreticos profligaturum, Ioannam filiam, quam vnicam habebat, alicui ex Regijs Fratribus ma-

tri-

trimonio iunctum, Theologis quatuor, Iuriſconſultis duobus, ſex artium liberalium profeſſoribus, inſuper Grammaticis duobus Toloſæ docentibus annuum ſtipendium numeraturum, ſe autem Cruce aſſumpta, toto quinquennio aduerſus Sarracenos ſuis impenſis militaturum. Hæc Pariſijs Maiori in Templo ſolemni ritu peracta ſunt. porro ipſe Comes linea in veſte, Legato adminiſtrante, Anathemate ſolutus eſt. pace hoc pacto firmata Ludouicus in Hæreticos luculẽtam edidit ſanctionem *ab Autore hic relatam*, cui & Raimundus Comes ſubſcripſit. tum vero ipſe Comes multiplicem in eoſdem legem perſcripſit, *quæ hic pariter recenſetur*.

Iole Friderici Vxor. Deſponderat Ioannes Brennus Friderico Iolem filiam, apud quam iura erant Hieroſolymorum Regni, quæ idcirco in Fridericum ipſum ac poſteros translata ad omnes deinceps Siciliæ, Apuliæque Reges ſpectare viſa ſunt. ex ea naſcitur hoc anno Conradus filius, ex quo poſtmodum Corradinus, de quo alibi ſermo erit. Nec diu illa fuit ſuperſtes hoc eodem anno extincta eſt male, vt ferunt, à viro habita, calcibus quoque violata, arctaque ſub cuſtodia habita poſt thori iniurias,

Corradũ parit. moritur ex Viri ſæuitia.

rias, & pediſſequam eidem nefariè ſuperinductam. exinde impius Auguſtus crimen operturus, & ne gratis Hieroſolymitani Regni titulos vſurpare videretur, profectionem in Palæſtinam maturauit. ceterum apud eam ſeptem ipſos menſes deſes planè cum ſediſſet, ad pacis demum condiciones cum Sultano deſcendit turpes adeò atque inhoneſtas, vt Templarij ac Patriarchæ his ſubſcribere abnuerint. In his erat, vt Hieroſolyma ita vt erat, nudata mœnibus Friderico traderetur, cumque ea Vrbes aliquot Aegyptum verſus, ſed Sanctiſſimum Christi Domini Sepulcrum ipſis fidei hoſtibus cuſtodiendum relinqueretur. Cupido interim eum inceſſit coronam Regni illius à Patriarcha aut alio Antiſtite recipiendi: cum nemo eſſet, qui diris deuotum caput corona regia ornare vellet, aut auderet, ipſe ad Aram maximam accedens, coronam inde abreptam ſibi impoſuit, atque enſem accinxit, tum litteras ad Gregorium Pontificem, ac Ludouicum Regem, alioſque Chriſtianos Principes iactantiæ, atque inanis lætitiæ plenas dedit. At vero Patriarcha per Cæſarienſem Archiepiſcopum Hieroſolymæ Templa interdicto ſuppoſuit, deque

Fridericus in Palæſtinam.

Ann. Chri. 1229.

cũ Sultano tranſigit.

ipſum ſe coronat.

his

his Gregorium ex fide certiorem reddidit, inaneſque Auguſti pollicitationes aut viciſſim minas contempſit.

Roberti Imp. obitus. Balduinus filius ſuccedit.

Per idem tempus Roberto Auguſto Byzantij extincto Balduinus filius ſucceſſit Græcorum Cæſarum hoc nomine ſecundus. Is, vt Imperium ſibi, ac Latinis ſtabiliret, Ioannis Laſcari affinitatem ambiebat. interceſſere ex Latinis Proceribus multi, ac potiores, nouumque Auguſtum monuere, caueret à Græcorum fide; Petrum Auum, dum ſe Theodoro credit, extremum infortunium, ac improuidi hominis notam ſubijſſe: Sanctiores nuptias Latino Principi circumſpiciendas: Socerum, à quo nullus metus, nulla ſubſit ſuſpicio, quærendum: Brennum Regem perſpectæ fidei, virtutiſque Virum, ſi Socer adſciſcatur, paternum animum allaturum, filiam nubilem adhuc reliquam eidem eſſe Martham Virginem Nobiliſſimam pulcherrimàque: placuit itaque Ioannem euocare, atque Imperij adminiſtratorem dicere, tum eius filiam Auguſtam optare. Balduinus porrò adoleſcens relicto Byzantij Socero, eiuſdem hortatu ad opem ab Regibus Latinis implorandam, ac Patriam reuiſendam, in Italiam, at-

Martham Brẽni filiam uxorẽ ducit.

que

que inde, Pontifice Romæ ſalutato in Galliam, ac Flandriam venit, auitaſque inibi Ditiones recepit. *Italiã ac Galliã petit.*

Ann. Chri. 1230. Redierat è Palæſtina in Italiam Fridericus. igitur ſeu Eccleſiæ cenſuris, ſeu fœderatorum metu territus, armiſque fractus Meſſanenſi Epiſcopo, ac Teutonicorum Militum Magiſtro ad Gregorium Legatis, pacem ab eo, ac ſolutionem à ſacris vinculis ſupplex petijt. annuit ille, qui nihil æquè ac Eccleſię pacem optaret, miſſoſque ſuos & ipſe Legatos Ioannem Epiſcopum Sabinenſem, ac Thomam tit. S. Sabinæ Cardinales, conuenire iuſſit apud S. Germanum, quo ſe Auguſti Legati receperant, quibuſcum adfuere Bertoldus Patriarcha Aquileienſis, Eberhardus Salisburgenſis ac Siffridus Ratiſponenſis Epiſcopi, Leopoldus quoque Auſtriæ, Bernardus Carinthiæ, Otho Meraniæ Duces: tranſactum eſt ibidem in hæc pacta; vti Fridericus quæcunque Rom. Eccleſiæ, aut cuicunque alij abſtuliſſet, bona fide redderet, eidemque Rom. Eccleſię ob illata vtcumque damna vnciarum auri centum ac viginti millia perſolueret, iura illius in Regno Siculo integra eſſe fineret, electioneſque ſacrorum Antiſtitum liberas eſſe per- *Pax inter Pōtificem & Imperatorem.*

permitteret, neue Rex adminiſtrandis ſeſe Eccleſijs immiſceret: iureiurando, ac Diplomate, quæ pollicitus fuiſſet, ſtabiliret: Supplex ipſe Anagniam ad Pontificem accederet: munitiora aliquot caſtra Theutonicorum Militum Magiſtro obſidum, & cautionis loco traderet Rom. Eccleſiæ nomine, ipſius vero Auguſti ſumptibus cuſtodienda. eam cõcordiam vt vniuerſus Chriſtianus Orbis gratulatione ſumma exciperet, Gregorius Pontifex literis ad Ludouicum Galliæ, alioſque Reges, ac Principes teſtatam voluit. Stetit promiſſis tum quidem Fridericus, atque Anagniam venit, ibidemque ad Pontificis pedes prouolutus, anathemate ſolutus eſt; ac menſæ aſſedit Pontificiæ, tum verò ab eodem Pontifice exoratus, nouas ſeſe Chriſtianis apud Palæſtinam ſuppetias miſſurum recepit. *ep. 166*

Feſti Corporis Chriſti inſtitutio. *Hoc loco Auctor illuſtrium Virorum complurium ex DD. Franciſci aque, ac Dominici Alumnis res præclare geſtas fusè admodum recenſet ex eodem petendas; tum ex Ioanne Dieſtemio refert, vnde ortum habuerit celebritatis annua Chriſti Corporis inſtitutio Leodij tum quidem recoli capta, poſteà verò apud Vrbem veterem, ac vniuerſam deinceps*

Ca-

Catholicam Eccleſivm Vrbani IV. Pontificis iuſſu.

Ann. Chri. 1231. Subit annus ſæculi alter ac trigeſimus, quo inter cęli Ciues receptus eſt D. Franciſci Familiæ eximium decus Antonius vulgo Patauinus appellatus, cum tamen Luſitanus eſſet apud Vliſſiponem natus. *eius res geſtas ſatis illas quidem vulgatas fusè hic Auctor recenſet.* Hunc altero ſtatim ab exceſſu anno (tanta erat illius fama Sanctitatis) Gregorius Pontifex Sanctorum cœtui adſcripſit. Obijt & Illuſtris tum Natalibus, tum vitæ ſanctimonia Princeps Eliſabetha Andreæ Vngariæ Regis filia, Ludouici Haſſiæ, ac Turingiæ Lādgrauij Coniux, quam vitæ meritis Gregorius idem cœlo adſcriptam, quadriennio demum elapſo pronunciauit. *Huius quoque res geſtas noſſe ſi quis cupit Auctorem conſulat, eas hic fusè referentem.*

S. Antonius Patauinus. canonizatur. S. Eliſabetha Vng. Reg. filia.

Gregorius interim Pontifex Peruſiam conceſſit ad motus inibi Ciuium componendos; ibi dum moratur, ſeditio in Vrbe maxima exorta eſt Annibale Anibaldo Senatore tum electo Pontifici parum ęquo faces ſubdente. res eò deuenit, vt perduelles Ciues infeſto agmine Viterbium delati, Vrbem Gregorio addictam inuadere non du-

Gregorius Peruſiæ. Romani ab eo deficiūt.

dubitauerint. addidit ſeditioſis ciuibus vires, atque animos Fridericus Pontificis deprimendi, vlciſcendique vt cum maxime auidus. vltus tamen perduelles eſt Deus, vulgari quippe immiſſa lue poſt Tyberis eluuionem decima vix eorum pars cladi ſuperfuit, quam & Petrus Capocius, qui Pontificijs pręerat copijs, cumulauit.

Ezzelinus Tyrãnus. Hoc tempore Ezzelinus, qui Patauij imperitabat, intolerandę tyrannidis exempla edebat ſuorum carnifex, exterorum proditor, iniurius omnibus ac violentus, in primis verò in ſacratos Deo Viros; contemptor ſuperùm atque omnis expers Religionis. Nō defuit muneri ſuo Gregorius Pontifex, *ep. 119* cæterum quod probè noſſet Tyrannum fruſtra admoneri, literas ad Patauinos dedit, laudataque eorum aduerſus Sedem Apoſtolicam obſeruantia, enixè eos obteſtatus eſt omni ope curarent ſæuum Dominum, ſi fas, ab impio in religioſos præcipue viros bello abſterritum ad manſuetudinem, pietatemque Chriſtianam adducere, atque impellere. tum Mantuano, Brixienſi, alijſque finitimis Epiſcopis edixit, ni iuſtis monitis Tyrannus pareret anathemate illum percellere non dubitarent.

Hoc

Hoc eodem anno 7. Kal. Auguſti Reate data legitur luculentiſſima Gregorij de Primatu Epiſtola ad Germanum Byzantij Patriarcham, quam Ille quæſtionem ſuis ad Gregorium antea literis refricauerat.

Ordinis ſeruorum origo.

Quo tempore Florentiæ ortum habuit Sacer Ordo Seruorũ B. Virginis, *de quo multa hic Auctor ex peculiari commenenario ab Archangelo Gianio hac de re edito, tum ex literis quæ hic recitantur Gregorij huius nominis XIII. P. M. datis 12. Kal. Maij Chriſt. ann. MDLXXVIII.*

Mauri apud Hiſpaniam victi.

Apud Hiſpaniam hinc Sancius Nauarræ, ac Iacobus Aragoniæ Reges iunctis viribus, inde autem Ferdinandus Tertius hoc nomine Caſtellæ Rex ſuis tantum auſpicijs Mauros non vno prælio ſuperatos ex vniuerſa propemodum Prouincia aut eiecerunt, aut tributarios fecerunt.

Pax inter Frid. Imp. & fœderatas Vrbes.

Ann. Chri. 1232. Sequenti anno ad 3. Idus Maij firmata pax eſt inter fœderatas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes, ac Fridericum Auguſtum, qui ea de cauſa Patauium perrexerat.

Ann. Chri. 1233. Receptis, quas diximus, Gregorij literis Germanus Patriarcha, eidem ſpem fecerat eius Eccleſiæ cum Romana vniendæ. igitur Gregorius ad rem tranſigendam biennio

nio ferè poſt, ſuos Byzantium Apocriſarios miſit Aymonem, ac Rodulphum ex Minorum Ordine, Hugonem, ac Petrum ex Prædicatorum Familia; literas quoque ad Germanum addidit, *quæ hic recitantur*. ab his non modo Primatus cauſa eſt perorata, verum etiam de diuina S. Spiritus proceſſione, quo de fidei formulam *hic relatam* edidere.

Tranſlatio Corporis D. Dominici. Duodecimo ab exceſſu anno facta eſt translatio Corporis D. Dominici. qua de re encyclia extat epiſtola, *quæ hic habetur*, Fr. Iordanis hoc tempore totius Ordinis Magiſtri ad omnia eiuſdem Ordinis Cœnobia.

Senenſes interim Politianos aggreſſi eorum Vrbem vi captam muris nudauerant. id fœderati cum Politianis Florentini ſuam iniuriam interpretati, Senenſem agrum ferro, ac flamma populati ſunt, & oppida ex eo quadraginta amplius cepere. Pacem inter eos conciliaturus Gregorius Pontifex Fr. Ioãnem Vincentium ex Sac. Prædicatorum Ordine eximiæ Sanctitatis Virum Bononiæ tum agentem ad eos miſit, Hic eſt ille Frater Ioannes, cuius res præclarè geſtas Sigonius quoque perſequitur. *l. 17. de Regn. Ital.*

Per idem tempus Chriſtiani Hi-

ſpa-

ſpaniæ Reges egregias de Mauris victorias retulere ; quemadmodum & Veneti de Græcis, qui Byzantium obſederant. *Victoria de Mauris ac Græcis*

Ann. Chri: 1234. ep.142. Subinde Gregorius Pontifex Dominicum miraculorum fama increbreſcente, Sanctorum albo adſcripſit, literis, *quæ hic habentur*, ad vniuerſos Eccleſiarum Præſides hac de re datis. Eã S. Viri canonizationẽ ſequuta ſunt miracula alia cõplura, miruſque in eum omnium, ipſiuſq; ſacrum ordinem animorum ardor. *S. Dominici canonizatio.* Eodemque tempore celebratum eſt Romæ Concilium, cui Fridericus ipſe Auguſtus, tum Patriarchæ Byzantinus, Antiochenus, ac Hieroſolymitanus, Epiſcopi verò, atque Archiepiſcopi magno numero interſuere. Horum omnium aſſenſu maximo decreta eſt generalis aduerſus Palæſtinæ Saracenos expeditio. *Concilium Romæ.*

Poſt hæc Pontifex Peruſiam ſe contulit, vt extorres ab ea Ciues aut reduceret, aut à populationibus, ac cædibus deterreret. Anni Chri. 1235. Mox Viterbium conceſſit, atque indidem excommunicationis ſententiam *ab Authore hic relatam* aduerſus Patarenos, alioſq; eius æui Hæreticos pronunciauit. Porrò cum Romani Ciues parum æqui hoc tempore in Gregorium eſſent,

E inque

ſcenderant quadraginta millium numerum excedentes & ipſi reditum maturauere. id vbi vuulgatum eſt, ſpes Chriſtianorum omnes defecerunt, animi ac vires concidérũt, Gregorius autem exarſit adeo, vt contemptorem Superum, atque hominum, ac bonorum omnium odio laborantem Auguſtum ſolemni ritu diris deuouerit.

excõmunicatur Gregorio.

Defecerant à Ludouico Rege, Marchiæ ac Campaniæ Comites, tum Britannorum Dux: Regis itaque auſpicijs ac Blanchæ Matris, quæ Regnum adminiſtrabat, exercitu in eos comparato, multa illis adempta ſunt; arma dein verſa in Henricum Anglum, qui Marchiæ Comitem Vitricum fouebat. Gregorio tamen intercedente, vtrique Regno pax reddita eſt.

S. Frãciſci canonizatio. Ann. Chri. 1228.

Peruſiam hoc tempore delatus Gregorius Pontifex, ibi dum moratur, Franciſcum Sacri Ordinis Minorum Conditorem Sanctorum numero adſcripſit, Diplomate, quod adhuc extat, ſuper hoc edito.

Friderici tyrãnis.

Fridericus, qui ſemel verecundiæ fines tranſiſſet, vt nauiter ſeſe impudentem eſſe palam faceret, pecuniam ad ſacrum bellum Eccleſijs ipſis, ac earum Rectoribus à Pontifice imperatam, bello interim

rim neglecto, exigere, atque in profanos vſus vertere, ne dicam impios, non erubuit: Templariorum, ac Hoſpitalarium apud Siciliam, atque Apuliam redditus intercepit: Subditos vbique populos ſubinde nouis, acerbiſque vectigalium exactionibus exhauſit: Conrado cuidam, qui apud eum ordines ducebat, vti Spoletanam vallem inuaderet, ac ſubactam diriperet, Peruſiam quoque munitam Vrbem tentaret, imperauit: Rainaldum Laniſtam alium in Picenum immiſit. Guelforum denique ac Gibellinorum fatalibus Italiæ nominibus, factionibuſque, aut inuectis, aut reuocatis, eam miſerè lacerauit.

Papir. Maſſ. in Lud. Hiſt. Albig. M. S. Vatic. Hoc eodem anno finem aliquando bellum Albigenſium accepit, ipſiuſque adeo ſectæ vires omnes concidere Raimundo Comite Ludouici Regis auſpicijs debellato, ac pacem quibuſcunque condicionibus petere coacto. venit is ea de cauſa Pariſios, atque ibidem coram Legato Apoſtolico Hæreſim, quam tuebatur, ſolemniter eiurauit, ſpopond itque in poteſtate ſe in poſterum Romanæ Eccleſiæ futurum, Hæreticos profligaturum, Ioannam filiam, quam vnicam habebat, alicui ex Regijs Fratribus ma- *Belli ac ſectæ Albigenſis finis.*

tri-

trimonio iuncturum, Theologis quatuor, Iuriſconſultis duobus, ſex artium liberalium profeſſoribus, inſuper Grammaticis duobus Toloſæ docentibus annuum ſtipendium numeraturum, ſe autem Cruce aſſumpta, toto quinquennio aduerſus Sarracenos ſuis impenſis militaturum. Hæc Pariſijs Maiori in Templo ſolemni ritu peracta ſunt. porro ipſe Comes linea in veſte, Legato adminiſtrante, Anathemate ſolutus eſt. pace hoc pacto firmata Ludouicus in Hæreticos luculẽtam edidit ſanctionem *ab Autore hic relatam*, cui & Raimundus Comes ſubſcripſit. tum vero ipſe Comes multiplicem in eoſdem legem perſcripſit, *quæ hic pariter recenſetur*.

Iole Friderici Vxor. Deſponderat Ioannes Brennus Friderico Iolem filiam, apud quam iura erant Hieroſolymorum Regni, quæ idcirco in Fridericum ipſum ac poſteros translata ad omnes deinceps Siciliæ, Apuliæque Reges ſpectare viſa ſunt. ex ea naſcitur *Corradũ parit. moritur ex Viri ſæuitia.* hoc anno Conradus filius, ex quo poſtmodum Corradinus, de quo alibi ſermo erit. Nec diu illa ſuperſtes hoc eodem anno extincta eſt male, vt ferunt, à viro habita, calcibus quoque violata, arctaque ſub cuſtodia habita poſt thori iniu-

rias,

rias, & pediſſequam eidem nefariè ſuperinductam. exinde impius Auguſtus crimen operturus, & ne gratis Hieroſolymitani Regni titulos vſurpare videretur, profectionem in Palæſtinam maturauit. ceterum apud eam ſeptem ipſos menſes deſes planè cum ſediſſet, ad pacis demum condiciones cum Sultano deſcendit turpes adeò atque inhoneſtas, vt Templarij ac Patriarchæ his ſubſcribere abnuerint. In his erat, vt Hieroſolyma ita vt erat, nudata mœnibus Friderico traderetur, cumque ea Vrbes aliquot Aegyptum verſus, ſed Sanctiſſimum Chriſti Domini Sepulcrum ipſis fidei hoſtibus cuſtodiendum relinqueretur. Cupido interim eum inceſſit coronam Regni illius à Patriarcha aut alio Antiſtite recipiendi: cum nemo eſſet, qui diris deuotum caput corona regia ornare vellet, aut auderet, ipſe ad Aram maximam accedens, coronam inde abreptam ſibi impoſuit, atque enſem accinxit, tum litteras ad Gregorium Pontificem, ac Ludouicum Regem, alioſque Chriſtianos Principes iactantiæ, atque inanis lætitiæ plenas dedit. At vero Patriarcha per Cæſarienſem Archiepiſcopum Hieroſolymæ Templa interdicto ſuppoſuit, deque his

Fridericus in Palæſtinam.

Ann. Chri. 1229.

cũ Sultano tranſigit.

ipſum ſe coronat.

bis Gregorium ex fide certiorem reddidit, inaneſque Auguſti pollicitationes aut viciſſim minas contempſit.

Roberti Imp. obitus. Balduinus filius ſuccedit.

Per idem tempus Roberto Auguſto Byzantij extincto Balduinus filius ſucceſſit Græcorum Cæſarum hoc nomine ſecundus. Is, vt Imperium ſibi, ac Latinis ſtabiliret, Ioannis Laſcari affinitatem ambiebat. interceſſere ex Latinis Proceribus multi, ac potiores, nouumque Auguſtum monuere, caueret à Græcorum fide; Petrum Auum, dum ſe Theodoro credit, extremum infortunium, ac improuidi hominis notam ſubijſſe: Sanctiores nuptias Latino Principi circumſpiciendas: Socerum, à quo nullus metus, nulla ſubſit ſuſpicio, quærendum: Brennum Regem perſpectæ fidei, virtutiſque Virum, ſi Socer adſciſcatur, paternum animum allaturum, filiam nubilem adhuc reliquam eidem eſſe Martham Virginem Nobiliſſimam pulcherrimáque: placuit itaque Ioannem euocare, atque Imperij adminiſtratorem dicere, tum eius filiam Auguſtam optare. Balduinus porrò adoleſcens relicto Byzantij Socero, eiuſdem hortatu ad opem ab Regibus Latinis implorandam, ac Patriam reuiſendam, in Italiam, at-

Martham Breni filiam vxorē ducit.

que

que inde, Pontifice Romæ ſalutato in Galliam, ac Flandriam venit, auitaſque inibi Ditiones recepit. *Italiã ac Galliã petit.*

Ann. Chri. 1230. Redierat è Palæſtina in Italiam Fridericus. igitur ſeu Eccleſiæ cenſuris, ſeu fœderatorum metu territus, armiſque fractus Meſſanenſi Epiſcopo, ac Teutonicorum Militum Magiſtro ad Gregorium Legatis, pacem ab eo, ac ſolutionem à ſacris vinculis ſupplex petijt. annuit ille, qui nihil æquè ac Eccleſię pacem optaret, miſſoſque ſuos & ipſe Legatos Ioannem Epiſcopum Sabinenſem, ac Thomam tit. S. Sabinæ Cardinales, conuenire iuſſit apud S. Germanum, quo ſe Augusti Legati receperant, quibuſcum adfuere Bertoldus Patriarcha Aquileienſis, Eberhardus Salisburgenſis ac Siffridus Ratiſponenſis Epiſcopi, Leopoldus quoque Auſtriæ, Bernardus Carinthiæ, Otho Meraniæ Duces. tranſactum eſt ibidem in hæc pacta; vti Fridericus quæcunque Rom. Eccleſiæ, aut cuicunque alij abſtuliſſet, bona fide redderet, eidemque Rom. Eccleſię ob illata vtcumque damna vnciarum auri centum ac viginti millia perſolueret, iura illius in Regno Siculo integra eſſe fineret, electioneſque ſacrorum Antiſtitum liberas eſſe *Pax inter Põtificem & Imperatorem.*

per-

permitteret, neue Rex adminiſtrandis ſeſe Eccleſijs immiſceret: iureiurando, ac Diplomate, quæ pollicitus fuiſſet, ſtabiliret: Supplex ipſe Anagniam ad Pontificem accederet: munitiora aliquot caſtra Theutonicorum Militum Magiſtro obſidum, & cautionis loco traderet Rom. Eccleſiæ nomine, ipſius vero Auguſti ſumptibus cuſtodienda. eam cōcordiam vt vniuerſus Chriſtianus Orbis gratulatione ſumma exciperet, Gregorius Pontifex literis ad Ludouicum Galliæ, alioſque *ep. 166* Reges, ac Principes teſtatam voluit. Stetit promiſſis tum quidem Fridericus, atque Anagniam venit, ibidemque ad Pontificis pedes prouolutus, anathemate ſolutus eſt; ac menſæ aſſedit Pontificiæ. tum verò ab eodem Pontifice exoratus, nouas ſeſe Chriſtianis apud Palæſtinam ſuppetias miſſurum recepit.

Feſti Corporis Chriſti inſtitutio. *Hoc loco Auctor illuſtrium Virorum complurium ex DD. Franciſci aque, ac Dominici Alumnis res præclare geſtas fusè admodum recenſet ex eodem petendas; tum ex Ioanne Dieſtemio refert, vnde ortum habuerit celebritatis annua Chriſti Corporis inſtitutio Leodij tum quidem recoli cepta, poſteà verò apud Vrbem veterem, ac vniuerſam deinceps*

Catholicam Eccleſivm Vrbani IV. Pontificis iuſſu.

Ann. Chri. 1231. Subit annus ſæculi alter ac trigeſimus, quo inter cęli Ciues receptus eſt D. Franciſci Familiæ eximium decus Antonius vulgo Patauinus appellatus, cum tamen Luſitanus eſſet apud Vliſſiponem natus. *eius res geſtas ſatis illas quidem vulgatas fusè hic Auctor recenſet.* Hunc altero ſtatim ab exceſſu anno (tanta erat illius fama Sanctitatis) Gregorius Pontifex Sanctorum cœtui adſcripſit. Obijt & Illuſtris tum Natalibus, tum vitæ ſanctimonia Princeps Eliſabetha Andreæ Vngariæ Regis filia, Ludouici Haſſiæ, ac Turingiæ Lādgrauij Coniux, quam vitæ meritis Gregorius idem cœlo adſcriptam, quadriennio demum elapſo pronunciauit. *Huius quoque res geſtas noſſe ſi quis cupit Auctorem conſulat, eas hic fusè referentem.*

S. Antonius Patauinus. *canonizatur.* *S. Eliſabetha Vng. Reg. filia.*

Gregorius interim Pontifex Peruſiam conceſſit ad motus inibi Ciuium componendos; ibi dum moratur, ſeditio in Vrbe maxima exorta eſt Annibale Anibaldo Senatore tum electo Pontifici parum ęquo faces ſubdente. res eò deuenit, vt perduelles Ciues infeſto agmine Viterbium delati, Vrbem Gregorio addictam inuadere non du-

Gregorius Peruſiæ. *Romani ab eo deficiūt.*

dubitauerint. addidit ſeditioſis ciuibus vires, atque animos Fridericus Pontificis deprimendi, vlciſcendique vt cum maxime auidus. vltus tamen perduelles eſt Deus, vulgari quippe immiſſa lue poſt Tyberis eluuionem decima vix eorum pars cladi ſuperfuit, quam & Petrus Capocius, qui Pontificijs pręerat copijs, cumulauit.

Ezzelinus Tyrãnus. Hoc tempore Ezzelinus, qui Patauij imperitabat, intolerandę tyrannidis exempla edebat ſuorum carnifex, exterorum proditor, iniurius omnibus ac violentus, in primis verò in ſacratos Deo Viros; contemptor ſuperum atque omnis expers Religionis. Nõ defuit muneri ſuo Gregorius Pontifex, cœterum quod probè noſſet Tyrannum fruſtra admoneri, literas ad Patauinos dedit, laudataque eorum aduerſus Sedem Apoſtolicam obſeruantia, enixè eos obteſtatus eſt omni ope curarent ſæuum Dominum, ſi fas, ab impio in religioſos præcipue viros bello abſterritum ad manſuetudinem, pietatemque Chriſtianam adducere, atque impellere. tum Mantuano, Brixienſi, alijſque finitimis Epiſcopis edixit, ni iuſtis monitis Tyrannus pareret anathemate illum percellere non dubitarent. *ep. 119*

Hoc

Hoc eodem anno 7. Kal. Auguſti Reate data legitur luculentiſſima Gregorij de Primatu Epiſtola ad Germanum Byzantij Patriarcham, quam Ille quæſtionem ſuis ad Gregorium antea literis refricauerat.

Quo tempore Florentiæ ortum habuit Sacer Ordo Seruorũ B. Virginis, *de quo multa hic Auctor ex peculiari commenerario ab Archangelo Gianio hac de re edito, tum ex literis qua hic recitantur Gregorij huius nominis XIII. P. M. datis 12. Kal. Maij Chriſt. ann. MDLXXVIII.* *Ordinis ſeruorum origo.*

Apud Hiſpaniam hinc Sancius Nauarræ, ac Iacobus Aragoniæ Reges iunctis viribus, inde autem Ferdinandus Tertius hoc nomine Caſtellæ Rex ſuis tantum auſpicijs Mauros non vno prælio ſuperatos ex vniuerſa propemodum Prouincia aut eiecerunt, aut tributarios fecerunt. *Mauri apud Hiſpaniam victi.*

Ann. Chri. 1232. Sequenti anno ad 3. Idus Maij firmata pax eſt inter fœderatas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes, ac Fridericum Auguſtum, qui ea de cauſa Patauium perrexerat. *Pax inter Frid. Imp. & fœderatas Vrbes.*

Ann. Chri. 1233. Receptis, quas diximus, Gregorij literis Germanus Patriarcha, eidem ſpem fecerat eius Eccleſiæ cum Romana vniendæ. igitur Gregorius ad rem tranſigendam bien-

nio

nio ferè poſt, ſuos Byzantium Apo-criſarios miſit Aymonem, ac Rodulphum ex Minorum Ordine, Hugonem, ac Petrum ex Prædicatorum Familia; literas quoque ad Germanum addidit, *quæ hic recitantur*. ab his non modo Primatus cauſa eſt perorata, verum etiam de diuina S. Spiritus proceſſione, quo de fidei formulam *hic relatam* edidere.

Translatio Corporis D. Dominici. Duodecimo ab exceſſu anno facta eſt translatio Corporis D. Dominici, qua de re encyclia extat epiſtola, *quæ hic habetur*, Fr. Iordanis hoc tempore totius Ordinis Magiſtri ad omnia eiuſdem Ordinis Cœnobia.

Senenſes interim Politianos aggreſſi eorum Vrbem vi captam muris nudauerant. id fœderati cum Politianis Florentini ſuam iniuriam interpretati, Senenſem agrum ferro, ac flamma populati ſunt, & oppida ex eo quadraginta amplius cepere. Pacem inter eos conciliaturus Gregorius Pontifex Fr Ioānem Vincentium ex Sac. Prædicatorum Ordine eximiæ Sanctitatis Virum Bononiæ tum agentem ad eos miſit, Hic eſt ille Frater Ioannes, cuius res præclarè geſtas Sigonius quoque perſequitur. *l. 17. de Regn. Ital.*

Per idem tempus Chriſtiani Hiſpa-

ſpaniæ Reges egregias de Mauris victorias retulere; quemadmodum & Veneti de Græcis, qui Byzantium obſederant. *Victoria de Mauris ac Græcis*

Ann. Chri: 1234. ep.142. Subinde Gregorius Pontifex Dominicum miraculorum fama increbreſcente, Sanctorum albo adſcripſit, literis, *quæ hic habentur*, ad vniuerſos Eccleſiarum Præſides hac de re datis. Eã S. Viri canonizationẽ ſequuta ſunt miracula alia cõplura, miruſque in eum omnium, ipſiuſq; ſacrum ordinem animorum ardor. *S. Dominici canonizatio.* Eodemque tempore celebratum eſt Romæ Concilium, cui Fridericus ipſe Auguſtus, tum Patriarchæ Byzantinus, Antiochenus, ac Hieroſolymitanus, Epiſcopi vero, atque Archiepiſcopi magno numero interfuere. Horum omnium aſſenſu maximo decreta eſt generalis aduerſus Palæſtinæ Saracenos expeditio. *Concilium Romæ.*

Poſt hæc Pontifex Peruſiam ſe contulit, vt extorres ab ea Ciues aut reduceret, aut à populationibus, ac cædibus deterreret. Anni Chri. 1235. Mox Viterbium conceſſit, atque indidem excommunicationis ſententiam *ab Authore hic relatam* aduerſus Patarenos, alioſq; eius æui Hæreticos pronunciauit. Porrò cum Romani Ciues parum æqui hoc tempore in Gregorium eſſent,

Romani in Pontificẽ parum æqui. inque apertam rebellionem erupturi viderentur, Is à nefarijs eos conſilijs reuocaturus, Romanum Epiſcopum Portuenſem, Ioannem Columnam tit. S. Praxedis, ac Stephanum S. Mariæ Tranſtyberim Cardinales ad eos miſit, qui haud ita multo poſt ex animi ſententia re peracta ad D. Stephani in Monte Cælio ſacramentum ab eis fidelitatis, vt vocant, receperunt. *reconciliantur.*

Byzãtium à Bulgaris obſideтur Ioannes interim Hieroſolymorum Rex, qui Orientale Imperium pro Balduino Genero, vt diximus, adminiſtrabat, in maximum diſcrimen adductus eſt à Ioanne Aſane Bulgarorum Rege Byzantij obſeſſus; itaque Gregorio in primis adnitente, ſuppetijs actutum ex Occidente ſubmiſſis, Auguſtum Generum, Calomannum, ac Belam Fratres Slauorum & Vngariæ Reges alioſque Principes adiutores habuit, tum Sacerdotalis etiam Ordinis Viros Senonenſem, Strigonienſem, ac Colocenſem Archiepiſcopos.

Iordanes Dominicanæ familiæ Magiſter nau- Iordanes Sacræ Prędicatorum Familię Generalis Magiſter quatuordecim eo in munere annos exegerat, cum illum cupido inceſſit inuiſendi ſacrum Chriſti ſepulchrum, conſcenſa proinde naui, non longe a Ptolemaida naufragio facto Ann. Chri. 1236.

ſacto extinctus eſt, eque mundi huius ſalo, ad æternæ fœlicitatis portum emerſit. *eius res geſtas fusè hic Author commemorat tum alios nonnullos ex eodem Ordine inſignes Viros collaudat.* *fragio perit.*

Conſcriptæ apud Galliam Cruceſignatorum copiæ non contemnendæ in Palæſtinam profecturæ è Prouincia nondum digreſſæ, quæ in Sarracenos arma induerant, in Iudæos vertunt, tribus propemodum millibus ex eis omnis ſexus, omniſque ætatis trucidatis, non aliam ob cauſam, quàm quod Chriſtiani eſſe detrectarent. præpoſterum illorum zelum, ac fanaticam ſanè pietatem ęgerrimè Gregorius Pontifex tulit. literis itaque ad Ludouicum Regem datis eum monuit, vt hominum audaciam reprimeret, atque ex præſcripto legum mulctaret, ablataque Iudæis reddi curaret, eos vero ſuis vti moribus, ac lege fineret. *Iudaeorum apud Galliã cædes.* *ep. 213*

Quo tempore Iacobus Columna Cardinalis Prænestinus Politianum Gregorij iuſſu profectus, diuturno Florentinorum cum Senenſibus, ac Piſanis bello finem impoſuit, collata opera cum Ioanne Vicentino eximiæ Sanctitatis, magnæque authoritatis Viro, quo de alibi meminimus. *Iacobus Columna Cardinalis. Bello hetruſco finẽ imponit.*

Friderici cũ Mediolanenſibus bellũ. Nouæ interim diſſidij cauſæ inter Fridericum Aug. & Mediolanenſes ſubortæ ſunt, quo factum, vt is Laudem Pompeiam Mediolanenſibus amicam Vrbem obſeſſam arctius vi ceperit, ac diripuerit; Nobiliores autem quoſque ex Ciuibus captiuos in Apuliam miſerit, tum Mediolanenſem agrum ferro, ac flamma ſubdiderit. huiuſmodi incendio extinguẽdo Pontifex Rainaldum Epiſcopum Oſtienſem, ac Thomam Capuanum Cardinales legauit, qui diſſidij cauſas cognoſcerent, ac diſſidentes componerent, ipſumque adeo Auguſtum ad uertenda in Palæſtinam arma, ſi fas, adigerent. Ann. Chri. 1237. *ep.* 88. *&* 284

Byzãtiũ obſeſſum. Grauioribus haud dubie fluctibus Orientale Imperium agitabatur, Byzantio à Bulgaris iterum obſeſſo. tutata eſt tamen eo in diſcrimine tum Regiam Vrbem Venetorum Claſſis, à qua Hoſtium copiæ diſiectæ, obſidio ipſa ſoluta eſt. *à Venetis liberatum.* Veneti ouantes Vrbem iniere. miſit & Gregorius Pontifex Epiſcopum Peruſinum ad Regem Bulgarorum, qui eum non à bello modo Latinis inferendo, ſed à græcanico etiam ſchiſmate reuocare omni ope ſtuderet, minatus, ſi aſpernaretur, Regem Vngarum, ac Cruceſignatorum copias ſeſe in eũ immiſſurum.

Fri-

Ann. Chri. 1238. Fridericus Ezzelino faces miniſtrante, Ciſalpinos, quibuſcum pacem ſæpius inierat, iterum aggreſſus, Brixiam tres amplius menſes obſedit. Ticinum mox cepit. Taruiſium à fœdere diſiunxit, ſibique obnoxium fecit, dein Ferrariam, aliaque oppida, quę ad Rom. Eccleſiam ſpectabant, eripuit. Hentium filium illegitimum Sardiniæ, quæ eiuſdem Eccleſiæ Patrimonium erat, Regem impoſuit. cæterum Mediolanenſes haudquaquam territi, auctique viribus haud ita multo poſt Ticinum recipiunt, Brixiæ obſidionem ſoluunt, Auguſti copias in fugam vertunt, in quibus non Chriſtiani modo erant, ſed etiam Sarraceni ab eo ex Africa per ſummam impietatem euocati, quos & Apuliæ accolas eſſe permiſit, ac Nuceriam eis attribuit, quæ Paganorum poſtea ea de cauſa eſt appellata. Porro à Friderici tyrannide Genuenſes quoque ac Veneti ſibi metuentes vetera inter ſe odia poſuere, ac fœderatarum Vrbium vires auxere. *Friderici Tyrannis*

Obijt hoc tēpore Ioannes Brennus, qui Orientale Imperium curabat, eximiæ cum fama Sanctitatis, quippe ante ipſum extremum morbum Diui Franciſci ſeſe Alumnis addiderat, quo comperto Bal- *Breni obitus D. Frāciſci habitū an-*

tri obitũ ſumit. Balduinus Byzãtiũ repetit duinus Gener, qui in Gallis adhuc hærebat, maturare ſtatim reditum Byzantium cogitur. iunxere ſeſe illi Theobaldus Rex Nauarræ, Petrus Dux Britanniæ, Aimericus Monfortius, alijque Galliæ, atque Angliæ Proceres magno numero; inferioris autem notæ Ducum, ac militum multitudo ferè innumera.

Valentia de Mauris recepta. Eodemq; tempore Iacobus Aragoniæ Rex Valentiam nobilem etiã tum Vrbem de Mauris recepit; ex qua Barbari, qui eam incolebant, ad quinquaginta millia, cum ita pacti eſſent, aliò commigrarunt. *Mariã l. 12.*

Mediolanum Friderico deditur. Obſeſſi à Friderico Mediolanenſes, ſiue obſidionis tædio, rerumque inopia, ſiue illius pollicitationibus permoti, eius ſeſe poteſtati permiſerant. Vrbi tum prçerat Venetorum Ducis filius, hunc Fridericus in Apuliam amandatum in carcere mori coëgit. Pataùium exinde petijt, vbi dum moratur, Ann. Chri. 1239.

Fridericus excommunicatur. Petrus de Vineis Fride- Gregorius Pontifex ipſo die cænæ Domini Anathematis ſententiam ſolemni ritu in eum pronunciauit, *cuius exemplum apud Authorem hic habes*. Id vbi Patauij reſcitum eſt impius Auguſtus Petrum de Vineis ſuum ipſius Cancellarium ad Populum verba facere iuſſit. Is profano Oratore dignam panegyrim, non ex aliqua ſacrarum lite-

rarum

rarum ſententia, ſed ex huiuſmodi Ouidij diſticho exorſus eſt. *ricum defendit.*

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt;
Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

Ea præfatus in Auguſti laudibus multus fuit, tum Gregorium ſatis procaciter incuſauit. Porro ipſe Auguſtus Apologeticum aculeis in Gregorium refertum promulgauit; tum ad Cardinalium cœtum, ac Chriſtianos Principes literas haud abſimiles dedit. Matthæus quoque Paris homo Anglus, ac Germani nonnulli Tyranno turpiter ea in re ſeruierunt. contra alij complures, & melioris quidem notæ Scriptores illius ſcelera in Solis lucem (vt dicitur) protulerunt. Ipſe autem Gregorius Pontifex literis, *quæ hic habentur* prolixe omnia eſt proſequutus, quas ad omnes Chriſtiani Orbis Principes deferri curauit. Tum verò Fridericus Romam iter direxit Romanos ipſos Ciues Gregorij regimen pertæſos ipſam ſibi dedituros ratus. cœteram ea fuit ſacri Antiſtitis Religio & facundia, vt ſtatim atque à ſacra proceſſione (qua nudis pedibus è Laterano ad Vaticanum capita ipſa Principum Apoſtolorum præferens delatus eſt, ſuggeſtum *Matthæus Pariſ.* *Fridericus in Pontificem vim parat. ſpe deijcitur*

conſcendit, mirè ſibi omnium animos conciliauerit, quo factum vt nemo Crucem ſacræ militiæ teſſeram non ſuſceperit, paratumque ſe ad pugnam pro aris, ac foris, proque Optimo omnium Parente non oſtenderit. quo cognito Fridericus Vrbe haud quaquam tentata, in Campaniam perrexit, Beneuentum non tam vi, quàm dolò interceptum, mœnibus nudauit, Picenum deinde petijt, relictoque inibi Hentio filio in Aemiliam ipſe delatus eſt. Ferunt eo in diſcurſu in Cruceſignatos milites, qui in ipſius poteſtatem veniſſent, ita ſæuiſſe, vt eorum frontes cauſmate in Crucis formam aduſſerit, aut capita aut pectora decuſſatim vulnerauerit, multos quoque Clericos in primis, aut Monachos igni cremauerit, aliaque pluſquam barbara per ſuos maxime Sarracenos ſæuitiæ exempla atque impietatis ediderit. Sed neque dum hæc ageret à conuicijs in Pōtificem abſtinuit; cui aliquando huiuſmodi Diſtichon miſiſſe fertur.

vim alió vertit

eius in Gregorium conuicia.

Roma diu titubans longis erroribus acta
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.

Ad id Pontifex ita reſcripſit.

Niteris incaſſum nauem ſubmer-

ge-

gere Petri.
Fluctuat, at numquam deſinet
eſſe ratis.

Rurſum idem Fridericus inepti-re adhuc pergens, hæc ſcribe-bat.

Fata volunt, ſtellaque docent, auiumque volatus;
Quod Fridericus Ego malleus Orbis ero.

Cui Pontifex diuino veluti vatici-nio;

Fata volunt, ſcriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.

Ea dum ratione ſimul armis, atque conuicijs ab impotenti Auguſto Gregorius Pontifex impeteretur, decreto ſanxit, quod poſtea ad hæc vſque tempora Eccleſia ſeruauit, vti diluculo, veſpertinoque crepu-ſculo ad campani æris ſonum ter genuflexo Angelica ab vnoquoque ſalutatio recitaretur; vtque in ſa-croſancto ſacrificio. ad ipſam cor-poris Chriſtique ſanguinis confe-ctionem tintinnabulum Populo ad pietatem excitando, quateretur.

mos ſalutãdi Virginẽ ad cãpana ſonum. item pulſandis crepitaculum in confectione corporis, & ſang. Chri.

Peruenerat Byzantium Theobal-dus Nauarreus, alijq; cum eo Prin-cipes, qui ſacræ expeditioni nomi-na ſuperiori anno dederant, dela-tique inde in Ciliciam ad Tauri

Sacra expeditio male cedit. Montis anguſtias à circumfuſis Turcis, alijſque incommodis magnam copiarum partem amiſerant; qui cladibus ſuperfuere ſquallore, atque illuuie deformes Antiochiæ recepti ſunt. Templariorum mox aucti milite populabundi Gazam vſque perrexere, collatiſque iterum ſignis, Theobaldus ipſe Rex, ac Petrus Britanniæ Dux in Hoſtium poteſtatem venere. cęterum iureiurando ab eis præſtito de reducendis innoxijs in Europam copijs dimiſſæ ſunt. haud abſimili euentu alia poſtmodum expeditio hoc eodem anno inſtituta eſt ab Anglis Richardo Angliæ Regis Fratre Cornubiæ Comite deducente, quippe illorum claſſis, in qua militum ad quadraginta millia fuiſſe perhibent per Gaditanum Fretum in Mediterraneum cum euaſiſſet vi tempeſtatis ita diſiecta eſt, vt paucis nauibus, iiſque laceris ex ea reliquis, Richardus Angliam repetere coactus ſit.

Synodus Lateranen. Gregorius interim Synodum Romæ apud Lateranum celebrandam indixit. eò dum contendunt Otho, ac Iacobus Cardinales, qui legatione apud Galliam, atque Angliam functi erant, conſcenſaque Genuenſium claſſe Epiſcopos complures ex iiſdem Regnis ſecum ad- Ann. Chri. 1240.

adducunt ; obuiam Piſanis facti , quibuſcum Henrius Auguſti filius erat , claſſem autem habebant triremium quadraginta , inire cum his prælium coacti ſunt, victique haud ægre , in hoſtium poteſtatem venere , & Galli quidem , atque Angli Epiſcopi ſui quique Regis precibus dimiſſi ſunt ; Legati autem atque Itali Epiſcopi cuſtodiæ ſunt traditi , inque Apuliam tranſmiſſi . *Legati Apoſtolici & Epiſcopi capiuntur.*

Hoc eodem anno Ferdinandi Caſtellæ Regis iuſſu Gymnaſium ab Alphonſo Auo Palentiæ conſtitutum Salmãticam tranſlatum eſt , auctumque adeo , vt vix alibi maiora præclaris artibus præmia , earumque Profeſſoribus ſtipendia vberiora propoſita ſint . *Gymnaſiũ Salmãticen.*

Ann. Chri. 1241. Subinde Tartari , qui olim Scythæ , Vngariam hinc , Poloniam inde magno numero ingreſſi , vtrũque Regnum clade maxima affecerunt . *Tartari Vngariã ac Poloniã vaſtant.*

His alijſque perculſus cladibus Gregorius ad decimum Kal. Septembris curarum pondere occubuit . cui ſublegitur Cæleſtinus huius nominis IV. duodeuiginti non amplius dierum Pontifex , quo ſublato , interregnum ad ſeſquiannum , eoque amplius productum eſt . *Gregorij obitus. Caleſtinus ſuccedit moritur*

Subit annus quemadmodum ab

Eccleſiæ orbitate parum lætus, ita à rebus memoratu dignis plane obſcurus, niſi quantum à complurium coronis Martyrum illuſtratur, quorum ſex Toloſæ Comitis iuſſu obtruncati, ceruicem quemque ſuam ad cœnobium vſque detuliſſe ferunt miraculo omni æuo memorando. Ann. Chri. 1242.

Innocentius IV. Poſt diutinum tandem interregnum, Cardinalibus qui ſub vinculis erant, ab Auguſto dimiſſis, Pontificatum adeptus eſt Innocentius huius nominis IV. Patria Genuenſis Gente Fliſca ex Comitibus Lauaniæ; ſtatimque vniuerſos Chriſtianos Principes, in primis verò Fridericum ea de re certiores reddidit. Anagnia dein Romam delatus, atque inibi ſolemni ritu inauguratus, Beneuentum ad eundem Fridericum honorificam triũ S.R.E. Cardinalium inſtituit Legationem, qua tamen nihil tum quidem peractum eſt, Tyranno ſimulate omnia agente, ac dolos vndique circumſpiciente. Poſthæc idem Pontifex vbi Chriſtianos Principes ad ſacrum bellum iterum hortatus eſt, pecuniam quoque viritim colligendam ſacræ Vrbis mœnibus inſtaurandis imperauit. Ann. Chri. 1243.

Migrauit hoc eodem tempore ad ſuperos illuſtris fœmina Hedui-

uigis Poloniæ Princeps, quam virtutum merito, ac miraculorum fama celebrem tres demum ac viginti poſt annos Clemens IV. Sanctorum albo adſcripſit. *eius res geſtas fusè hic Author recenſet, quem require.*

Ann. Chri. 1244. Vulgauerant Iudæi apud Galliã in Chriſtianæ Religionis probrum nefarios quoſdam libros, in quibus Thalmud portentoſis refertum fabulis, ac blaſphemijs commentarium, id ne impune deinceps ab ijs fieret, datis ad Ludouicum Regem literis, *quæ hic habentur*, Innocentius edixit. *Talmud Iudeorum.*

Per idem fere tempus Raymundus Comes Toloſanus Anathemate haud ſemel damnatus, Romam expiationis gratia conceſſit, eque Eccleſiæ diſciplina multatus, piorum cœtui eſt reſtitutus. *Raymundi Toloſani pœnitentia.*

Conuenerat inter Innocentium & Fridericum, vt ad concordiæ rationes ineundas, & (ſi fas) ſtabiliendas, ambo Veios, quæ nunc Ciuitas Caſtellana dicitur, ad certam diem accederent. acceſſit Põtifex, ac diutius inibi Auguſtum præſtolatus, probe iam ſentiens alia eum omnia potius quam pacem optare, nam & Viterbium interim, & Faliſcos, aliaque oppida vi ceperat, ac diripuerat, conſcenſa

clam

Innocẽtius in Galliam.

clam veſano Tyranno Genueſium Claſſe in Galliam ad Ludouicum Regem perrexit.

Synodus Lugduni.

Ann. Chri. 1245. Blond. dec. 2. l. 7.

Lugdunũ aduerſo Rhodano delatum Innocentium ſummo cum honore, atque obſequio excipi Rex curauerat. indicta eſt celebranda inibi Synodus ad feſtum diem Diui Præcurſoris, cumque alijs Chriſtiani Orbis Principibus certior ea de re factus eſt Balduinus Imperator, qui haud ita pridem in Occidentem remeauerat, Romæque coram Pontificem alloquutus conciliando Eccleſię Friderico operam piam, ac ſedulam interpoſuerat. Ad Synodum interim Patres vndique dum conueniunt, Innocentius ad ſeptem, quos ſecum adduxerat S. R. E. Cardinales duodecim ex varijs nationibus probatos Viros adiunxit, quos & rubrum deinceps galerum deferre iuſſit, nimirum vt oſtenderet, capita eos pro tuenda Eccleſiæ libertete ferro etiam obijcere debere. Porro impius Auguſtus cum ſe quoque ad Synodum vocari intellexiſſet, Capua diſcedens Romam pertranſiit, ac Veronæ demum conſedit, conuentuque inibi Principum indicto, apud eos verba fecit, tum encyclias ad alios vbique Principes literas dedit, quæ à Petro Vinea,

rubri galeri vſus Cardinalibus præſcriptus.

quem

quem diximus, conceptæ *ab Authore* hic referuntur.

At vero Innocentius Patribus Lugduni magno numero iam coactis cum quibus Patriarchæ Byzantinus, & Antiochenus, ac Balduinus ipſe Auguſtus interfuere, miro omnium conſenſu Friderico Auguſti titulos abrogauit, deque ea re literas, *quæ hic recitantur* ad vniuerſos Chriſtianos Principes, atque Reſpublicas dedit. Actum quoque eodem in Concilio de ſubmittendis ad Palæſtinæ, ac Orientalis Imperij tutelam Cruceſignatorum auxilijs, tum de Tartaris repellendis. de moribus quoque tum Cleri, tum Populi inſtituendis. *cæterum qui res in eo geſtas ac pertractatas enucleatius ſcire cupit, Authorem conſulat eas hic fuſius referentem.*

Ex eiuſdem Synodi decreto miſſi ad Tartarorum Regem ſunt Religioſi aliquot Viri ex vtroque ſacro Ordine Prædicatorum, ac Minoritarum. horum opera, cum eam apud Gentem Euangelium late promulgatum fuiſſet, ſubinde alijs Verbi Dei Præconibus ſubmiſſis, res inibi Chriſtiana fœliciter adminiſtrata eſt. Sunt qui tradant Camum ipſum Gentis Principem Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe.

Eo-

Eodem ferè tempore Chriſtiani apud Hieroſolymam, atque adeo apud ipſum Chriſti Domini ſepulchrum magno numero à Sarracenis cæſi dicuntur. tum VValterus Ioannis Brenni germanus frater, qui ſubſidio his venerat, vna cum Gerino Magiſtro Militum Hieroſolymitanorum & ipſe victus, in captiuitatem abductus eſt.

Hæc inter Fridericus Mediolanenſes iterum aggreditur, repulſuſque ab Vrbe; agrum populatur. dein Parmam obſidet. porro cum obſidio illa in longum duceretur, obſeſſi autem crebris cum eruptionibus carperent, eodem, quo caſtra munierat, loco Vrbem condidit, ac Victoriæ nomen indidit, apud quam, ac ſi in ſummo eſſet ocio, theatralia edidit munera ex priſtino Rom. Imperij ſplendore longe celeberrima, belluis ex Africa ab amicis Regibus ad ſe tranſmiſſis; pomaria quoque ac viridaria inſtituit pellicum, exoletorum, ac ſpadonum gregibus alendis, inter quos vitam agere inſtituit, belli dedecus domeſtico nimirum probro cumulaturus.

Friderici nequitia ac, ſæuitia.

Nec libidinis tantum, ſed ſæuitiæ quoque exempla edidit pluſquã tyrannica. captos enim ex Placentinis, Regienſibus, ac Bononienſibus.

Ann. Chri. 1246.

bus, aliarumque aduerſarum ſibi Vrbium Ciuibus nonnullos ante obſeſſę Vrbis portas ſupplicijs acerbiſſimis addixit: horum aliquot catapultis, ac maioribus Balliſtis impoſitos intra ipſam Vrbem, proiecit. quodque illius ſæuitiam commendat magis, ipſum Petrum de Vineis Capuanum primæ notæ illius æui Iureconſultum addictiſſimum ſibi hominem, quaſi præuaricatorem, quique apud Concilium officio ſuo defuiſſet, ærea candenti patera oculis obiecta excæcauit, dein catenis onuſtum in Apuliam amandauit, vbi demùm ſeu pædore carceris, ſeu laqueo Tyranni iuſſu eliſis faucibus, ſeu, quod alij tradunt, exitu ab ipſomet, parieti illiſo capite, accerſito, interijt; vtcunque iuſtas eum dediſſe pœnas nemo non credidit, quod ante annos aliquot Patauij pro concione proteruè admodum in Chriſti Vicarium inuectus fuerit. *Petri de Vineis infœlix exitus*

His permotus Innocentius Germaniæ Principes ad noui Romanorum Regis electionem hortatus eſt; qua illi denunciatione exciti ex more apud Francfordiam coacti, Henricum Turingiæ Lantgrauium concordibus inter ſe animis, elegerunt. Hunc Fridericus, quique ab *Henricus Imp.*

ab eo ſtabant, Eccleſiaſticorum, Regem per contemptum appellabant.

Deceſſerat per idem tēpus Raymundus Prouinciæ Comes à literarum amore, ac poetices ſtudio in primis commendandus. huic quatuor erant filiæ nuptui iam traditæ Margarita natu maxima Ludouico Regi, Eleonora Henrico Anglo, Sanctia Ricardo Henrici fratri, Beatrix Carolo Andegauenſi Ludouici Regis fratri. Hæc licet natu poſtrema, quod in eam, ac Virum Prouinciales eſſent propenſiores, paternis tabulis, Ludouico etiam Rege, eiuſque coniuge adnitentibus, paternæ Ditionis hæres inſtituta eſt; Henrico, ac Ricardo expoſtulantibus, ac paternas reſcindi tabulas apud Innocentium Pontificem acrius inſtantibus.

Prouincia ad Carolū Andegauēſem dolata

Alterum iam annum obſeſſam apud Parmam ea, qua diximus, ratione effœminatus Fridericus, ſedebat; cum eruptione ex ea facta turpiter fuſus, fugatuſque caſtris omni opulentia plenis exutus eſt. in præda fuiſſe dicitur Auguſtale ipſum maximi precij Diadema, tum vaſa aurea, atque argentea magno numero, ac pondere. ea ex fuga Cremonam venit, nec tamen eam ingredi eſt auſus, quod mul-

Fridericus à Parmēſibus fuſus

Ann. Chri. 1247.

multi ea in clade ex illius ciuibus cecidiſſent. receſſit inde in Hetruriam Hentio haud ſecius filio ad Fauentiæ obſidionem relicto. porro cum reſciſſet, fœderatas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes reſumptis viribus copias vndique contrahere, relicta Hetruria fugienti ſimilis in Apuliam conceſſit, vbi aucupio, ac libidinibus ſeſe iterum dedidit, mentitus interim auxilia ſe ex Africa Sarracenorum expectare, quibuſcum primum auctus fuiſſet vltionem de Parmenſibus, ac perduellibus alijs ſumpturum.

Henricus interim nouus Cæſar Legatos ad Innocentium miſit, qui iuſiurandum ex more dicerent, ac Diploma confirmationis iurium Rom. Eccleſiæ auro ſignatum eidem exhiberent. auditi ſunt à Pontifice perlibenter, qui Lugduni adhuc agebat, vnde & literas ad Hēricum reddidit tertio nonas Iulij.

ep. 25. Cæterum Henricus armis à Conrado adoleſcente, quem Fridericus Pater Germaniæ Regem dixerat, petitus, etſi principio fœliciter pugnauit, haud tamen ita multo poſt in ipſa expugnatione Vlmæ ſagitta veneno illita confoſſus interijt. Eo ſublato, Petro Capocio Cardinali Apoſtolico Legato id agente, coactis iterum Germa- *Hērici Imp. obitus.*

Guillelmus Imp. manis Proceribus Guillelmus Hollandiæ Comes Cæſar dicitur Nonis Octobris, deque ea electione Innocentius Pontifex certior redditur.

S. Ludouicus ſacrã expeditionem adornat Vigeſimum iam annum Sanctus Rex Ludouicus apud Galliam regnabat, cum mortifero correptus morbo, ex quo voce cum reliquis ſenſibus eſt deſtitutus, vbi primum ad ſe rediijt, Crucem, inquit, ſacræ militiæ ſignum poſco. & comparaturus ſtatim erat exercitum, ac in Orientem deportaturus, licet valetudine nondum ſatis confirmata, ni eum Pōtifex inhibuiſſet, vtque ad certam diem à Sede Apoſtolica deſignandam præſto eſſe ſatis haberet, admonuiſſet, celeberrimæ expeditioni, vti alij quoque Chriſtiani Principes ſeſe adiungerent Innocentius etiam atque etiam apud eos inſtitit.

Innocētius Aemiliã recipit. Nouo ineunte anno Innocētius, quod Fridericum malè apud Apuliam feriatum cerneret, exercitu comparato, cui Octauianum Vbaldinum Cardinalem Legatum præfecit, Aemiliæ Vrbes pleraſque omnes Ciuium ferme deditione, incruenta vſus victoria ſtatim recepit. Ann. Chri. 1248.

S. Ludouici ſacra expeditio Rex interim Ludouicus Pontifice iam permittente, ac fauſta omnia

nia precante vnà cum Carolo, ac Roberto fratribus (nam Alphonſus qui erat reliquus, ſubſiſtere tum quidem coactus, Claſſem poſtea ſequutus eſt) atque Othone Cardinali Legato in Orientem traiecturus Maſſiliam venit; ſoluitque inde ad 8. kal. Septembris, qui dies poſtea ipſius memoriæ in Diuorum numerum relati conſecratus eſt. 11. kal. Octobris Cyprum Inſulam attigit, exceptuſque apud eam eſt à Luſiniano Rege nullo officij atque obſequij genere ab eo prætermiſſo: cæterum exorta vulgaris lues, licet non tam funeſta, quàm minax Sanctum Regem coegit copias vicatim diuidere, ac valetudini conſulere. dum hoc pacto detinetur à quodam Tartarorum magni apud ſuos nominis Principe Legati venere teſtantes, Illum, antea Idolatram, Chriſti fidem amplexum, ſacro fonte renatum eſſe; id religioſorum, quos diximus Virorum opera factum par eſt credere.

ad Cyprũ excèdit.

Tartari Principis Legatos audit.

Kalendis Nouembris Conrado Antiſtite Colonienſi adminiſtrante peracta eſt Guillelmi Cæſaris apud Aquiſgranum inauguratio. libet rem geſtam, atque inaugurationis ritum ex Hirſaugienſi Chronico, quod compendij modum non

VVillelmi Cæſaris inaugratio.

excedat, referre, quod ſic habet.

VVillelmus Comes Hollandiæ contra Fridericum Imp. & Conradum eius filium in Regem Romanorum electus vltima die Menſis Octobris Regiam Ciuitatem Aquiſgranum cum magna Procerum multitudine intrauit, & ſequenti die ideſt in feſto Omnium Sanctorum per duos Epiſcopos Mindenſem & Monaſterienſem Archiepiſcopo Colonienſi in templo ad benedictionem oblatus eſt. venientem duo alij Epiſcopi Traiectenſis, & Leodienſis in modum Diaconi Dalmatica induerunt, indutum Archiepiſcopus Conradus cum magna ſolemnitate in Regem Romanorum vnxit, & coronauit. Conſecratione peracta idem Archiepiſcopus eum in Sede Caroli Magni locauit dicens Super thronum ſedis glorioſæ ſedeas, & iudicium, & iuſtitiam in terra facias. *Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus cum oleo ſanctificato dexteram eius foris inunxit, dicens.* Cõſecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui Dauid per manus Samuelis Prophetæ inungi iuſſit ſuper populum Hebræorum.

Arnoldus Archiepiſcopus Treuerorum manus ſuper caput eius impoſuit dicens; Deſcendat ſuper te Spiritus ſapientiæ, intelligentiæ, ſcien-

ſcientiæ, pietatis, fortitudinis, & conſilij, repleariſque ſpiritu timoris Domini.

Ludouicus Comes Palatinus Rheni Archidapifer Regni globum aureum in manus illi dedit dicens. Accipe globum ſphæricum, vt omnes terræ nationes Romano Imperio ſubijcias, & Auguſtus glorioſus appellari valeas.

Marchio Brandeburgenſis Camerarius Regis annulum in manum tradidit dicens. Accipe ſignaculum Monarchiæ, vt Rom. Imperium in ſuo rigore conſerues, & inuicta virtute ab omni Barbarorum incurſione defendas.

Dux Saxoniæ Regis Enſifer gladium ei dedit dicens; Accipe ſceptrum regium, vt rebelles ſeuera correptione potenter affligas, omneſque beneuolos in tranquilla pace gubernes.

Rex autem Boemiæ Pincerna Imperij de conſenſu Archiepiſcopi Colonienſis coronam argenteam capiti Regis impoſuit dicens. Accipe Diadema ſplendidum, vt ſis virtuoſis actibus adeo coruſcus in terris, quatenus merearis coronam æternæ fœlicitatis haberr in cælis. Amen.

Profectus inde Coloniam ab Alberto Magno, qui Gymnaſio ibi- *Albertus Magnus.*
dem

dem fratrum Prædicatorum præerat, ſolemni epulo exceptus eſt.

Kalendis deinde Maij ſequentis anni ex caſtris apud Ingelheim literas ad Innocentium dedit, quibus Eccleſiæ Romanæ iura ex Sacramento Legatis præſtito confirmauit. Ann. Chri. 1249.

At vero Fridericus ex Apulia in Siciliam cum traieciſſet, Inſulanos, Clericos in primis, ac Monachos acerbiſſimis exactionibus vexauit. inuiſi Principis rapacitatem portendiſſe antea viſa ſunt locuſtarum agmina, quæ ſegetes ſimul atque arbores depaſta cladem maximam intulerunt.

S. Ludouicus in Aegyptũ. Auctus interim Ludouicus Rex Peloponneſiaca Guillelmi claſſe, qui, francus genere, Achæis imperitabat, tum Roberti Burgundi copijs, relicta Cypro, vela in Aegyptum fecit, quo vbi peruenit, hoſtium ſtatim claſſem, ac littorales eorum copias diſiecit eminus; exſcenſione tum ad Damiatam facta illius incolas, quique apud eam præſidio erant milites ita exterruit, vt natura atque arte munitam Vrbem, quamque olim inſtructiſſimæ Chriſtianorum copiæ non niſi poſt annuam obſidionem ceperant, igne antea iſi eam iniecto, intempeſta nocte deſerere non dubita- *Damiatã hoſtes deſerunt.*

ue-

nerint. Igitur Franci flammas conſpicati, reque explorata, Vrbem euestigio ingreſſi, quam ciues perdere conati fuerant, igne extincto ſeruarunt. Inuenta apud eam eſt præter alia frumenti vis maxima. itum deinde eſt in ſententias, quid tùm facto opus eſſet. Fuere inter copiarum duces, qui dicerent vtēdum victoria: recenti terrore hoſtes debellari poſſe; rerum arcem Gentis Regiam Memphim, ſeù Cairum petendum: inuenturos omnia perſonantia, permixtaque fletu virorum ſimul, ac fœminarum, nondum religatis vulneribus eorum, qui ex fuga ſe recepiſſent, quorum aures attonitæ adhuc eſſent. hæc ſententia plauſibilior viſa eſt, ſed illa cautior ob memoriam ſuperioris belli, ne ante exactam, qua Nilus redundare conſueuit, diem, caſtra mouerentur. hæc cum potior viſa eſſet, ſubſtitere, crebris interim velitationibus hoſtes laceſſentes, ab ijſque viciſſim laceſſiti, in quibus vt illorum non pauci cecidere, ita ex noſtris vnus multorum inſtar Robertus Dux, Regius frater occubuit.

Ann. Chri. 1250. Promouere dein Caſtra placuit per inſulam, quam bipartitus Nilus efficit. tum vero ex paluſtri ſo-

lo, ac cæli grauitate cum alijs per-multis, primi etiam nominis Ducibus tentari ægritudine Rex ipſe eſt cœptus, ea porro ingraueſcente, enixè illum Proceres hortati ſunt, vt ſecundo flumine Damiatam ſe reciperet valetudinem inibi curaturus. negauit Sanctus Rex ſuos ſe eo in diſcrimine deſerturum. ea re comperta Barbari, tranſmiſſo flumine, Inſulam & ipſi inſedere inter Damiatam, ac Francorum castra, ne hi mutuis auxilijs iuuarentur. tum vero eorum naues, quæ eadem ex Vrbe aduerſus fluēta nitebantur cibarijs onuſtæ, aut captæ à Barbaris, aut depreſſę ſpem omnem rei bene gerendæ in poſterum ademere, eo in diſcrimine conſtituti Galli conſerere cum hoſte manus coacti, clade maxima affecti ſunt. Rex ipſe, ac fratres capti, ea demum lege dimiſſi, vt Damiata excederent, exercitum Ægypto deportarent, octo millia auri pondo perſoluerent, quatuor tum millibus repræſentatis, pro alijs quatuor Alphonſo altero ex fratribus obſide relicto; tum captiui hinc inde dimitterentur, non modo qui eo in bello, ſed etiam qui in ſuperioribus capti fuiſſent. erant apud Barbaros duodecim ferè Latinorum millia, ex his quadrin-

Æmil. in lud. 9.

S. Ludouicus captiuus cum fratribus.

drin-

dringenti tantum dimiſſi, reliqui per ſummam perfidiam abducti, miſerrimam ſeruitutem ſeruire adhuc coacti ſunt. eos poſtmodum Ludouicus ſoluto ſeorſim precio redimere haud quaquam neglexit, quemadmodum & alios permultos apud Syriam, quò Aegyptiacam poſt cladem conceſſit, indeque in Galliam, licet nonniſi poſt quadriennium regreſſus eſt. porro ex triginta amplius millibus, qui ad Damiatam exſcenderant, ad ſex non amplius millia reduces in Galliam venere. Antequam è Palæſtina diſcederet Sanctus Rex, ne inanis, ac gratuita eſſet Syriaca expeditio, aliquem inde ſi non belli, at pietatis fructum referre ſtatuit, itaque ſacra illa Palæſtinæ loca Chriſti Domini veſtigijs impreſſa, religioſiſſimè inuiſit.

Vgo Cardinalis. Florebat hoc tempore doctrinæ laude Vgo S.R.E. Cardinalis ex ſacro Prædicatorum Ordine, quem Innocentius ipſo in Concilio Lugduni habito ad eum gradum euexerat. Hic dum diuinos libros commentarijs illuſtrat, Concordantias; quas vocant, Bibliorum infinitum penè opus excogitauit, & quingentorum fratrum, vt fama eſt, opera adiutus perfecit maximo ſacræ eruditionis bono.

Vincẽtius Bellnacẽſis.

Vgoni coæuus Author Vincentius Bellnacenſis ex eodem inſtituto, incredibili legendi, ſcribendique ſtudio memorabilis, ſcripſit in Examerοn volumen ingens duobus ac triginta magnis libris diuiſum, quod idcirco ſpeculum naturale inſcripſit, quia in eo complexus eſt, ac veluti in ſpeculo exhibuit, quicquid principio temporis à Deo conditum, perfectumque eſt. Scripſit idem ſpeculum doctrinale libris decem, ac ſeptem comprehenſum, in quo de liberalibus Artibus, ac ſcientijs pertractat, tum Hiſtoriale; nam quod morale dicitur an opus illius ſit, non vſque adeo exploratum eſt.

Hentius à Bononienſibus captus.

Hoc eodem anno Bononienſes collatis ſignis cum Hentio Friderici filio victoriam memorabilem retulerunt, eodem Hentio capto, & cuſtodiæ tradito, in qua & deceſſit. ea ex re mœrore tanto impotens Pater affectus eſt, vt haud diu ſuperuixerit, quamquam is non tam morbo, quo fuerat correptus, quam acceſſito per Manfredum filium æquè illegitimum exitu puluinari obſtructis faucibus extinctus dicitur. diuino autem id factum conſilio par eſt credere, vt qui piam matrem Eccleſiam diutius vexauerat, ab impio ipſe

Friderici Imp. obitus

ſe filio perimeretur.

Heredem Italicarum Ditionum, atque adeò, ſi fas, Imperij, condito haud ita pridem teſtamento, inſtituerat Conradum filium; earundem porro ditionum adminiſtrationem Conrado apud Germaniam agente, crediderat Manfredo, cui & Tarentinum Principatum legauerat. Is igitur à Patris obitu ſtatim gerere ſe pro Rege cœpit, aut verius pro Tyranno, nulla ipſius Conradi ratione habita, cui nec res interim Germanicæ magnopere cordi erant. *eius teſtamentum.*

Ann. Chri. 1251. Quamquam haud ita multo poſt à ſomno veluti experrectus in Italiam venit, ac Venetorum ope, conſcenſa eorum claſſe in Apuliam delatus eſt. Manfredus cum ſimulatione ſibi agendum ratus, Conrado apud Piſcariam occurrit, Regemque illum venerabundus ſalutauit, nihil ſe maius quàm Procuratorem fratris profeſſus. huiuſmodi obſequium Conradus æqui bonique cum feciſſet benemerenti, pioque vt rebatur, fratri, in primis verò Italicarum rerum gnaro nihil non credidit, cōtulitque. *Conradus in Italiā.* *Paul. Aemil in lud. 9.*

ſcripſerat interim Innocentius Pontifex Siculis, Appuliſque, ne iniuſſu Romanæ Sedis Regem quemqnam reciperent, aut agnoſcerent: eius itaque *Iuuenat. in Annal.*

que authoritatem ſequuti Aquinates, Neapolitani, ac Capuani Manfredum mœnibus excluſerant, ea de re apud Conradum rei à Mãfredo Maieſtatis acti, eius in ſe arma prouocarunt. obſeſſa primo Neapolis, octauo dein menſe fame in deditionem accepta, muris nudata eſt. Capua quoque haud abſimilem fortunam tulit; Aquinum incendio inſuper fœdatum eſt.

Neapolim, Capuam, atque Aquinũ capit.

Tum verò Innocentius Vgone tit. S. Sabinæ Cardinali in Germaniam miſſo Guillelmum Cæſarem, vt capeſſendo Romani Imperij Diademati dignum ſe, vt par erat, exhiberet, admonuit, & Regni Principes ad eum omni ope tutandum, iuuandumque etiam atque etiam hortatus eſt: quo comperto Conradus, vtcumque rebus apud Siciliam, atque Apuliam compoſitis Germaniam repetit; atque impetu in Ratiſbonam aduerſam ſibi Vrbem facto, eam capit, ac diripit. præſto ſtatim fuit Guillelmus exercitu Crucefignatorum inſtructus, ergo impar viribus Conradus turpem in fugam ſtatim coniectus eſt.

in Germaniã remigrat.

Subinde Pontifex Raynaldum de Comitibus, Oſtienſem, ac Petrum de Collemedio Albanum Epi-

Epiſcopos Cardinales Legatos in Campaniam, atque Apuliam, indeque in Siciliam miſit, qui Populos in fide, atque obſequio Rom. Eccleſiæ continerent. eodemque tempore Petrum Veronenſem ex ſacro D. Dominici inſtituto doctrinæ, ac ſanctimoniæ fama celebrẽ hæreticæ prauitatis quæſitorem, Inſubribus præpoſuit. Hunc Como, vbi Cœnobio præfuerat, Mediolanum proficiſcentem ex inſidijs ſicarius ab Hæreticis precio emptus pluribus affectum vulneribus confecit. Ferunt, eum, dum animam cum ſanguine effunderet, fidei ſymbolum non voce modò recitaſſe, ſed fluente etiam ſanguine ſolo inſcripſiſſe. ſequuta illius obitum ſunt miracula nec pauca, nec vulgaria, quibus permotus Innocentius elapſo nondum anno Sanctorum martyrum eum numero adſcripſit, Diplomate, *quod Author hic refert* ſuper hoc edito. *S. Petrum mart.*

Poſt hæc Pontifex Lugduno, vbi aliquot iam annos conſederat, profectus, reuiſere Italiam ſtatuit. Genuam itaque patrium in ſolum delatus, aliquandiu apud eam ſubſtitit. tum Mediolanum venit, quo eam Vrbem cum fœderatis reliquis arctiori amicitiæ vinculo ſociaret. Hetruriam mox petijt. Peruſiæ dum *Innocêtius in Italiã redit Genuæ ſubſiſtit. tũ Mediolani*

tū Peruſia. duin moratur, milites apud eam conſcripſit ſubſidio eos Neapolitanis miſſurus, vbi & Sanctum Martyrem Petrum, vt diximus, catalogo Sanctorum addidit, quod ſequenti anno peractum eſt 19. Kal. Aprilis.

Delatum iterum in Italiam Conradum Innocentius de pace interpellare operæ precium duxit, legatione itaque ad eum miſſa enixè illum ad eam hortatus eſt, docuitque quantopere Chriſtianum Principem deceat communem omniū Parentem Rom. Eccleſiam obſequio proſequi, officio demereri, quamque, male ceſſerit Patri dum hoſtiliter cum ea diffidere ſatius duxit. cœterum neque officia quicquam, neque argumenta, exemplaue apud profanum Principem valuere, & ſpes quidem tum pacis omnis abiecta eſt. Proinde Innocentius Siciliæ, atque Apuliæ Regnum Carolo Andegauiæ, ac Prouinciæ Comiti D. Ludouici germano fratri Nuncio ad eum miſſo, beneficiario Rom. Eccleſię iure obtulit, eo vero tum abnuente, Edmundo Angliæ Regis filio minori natu. *Ann. Chri. 1252.* *ep. 25.* *Sicilia Regnū Carolo Andegauēſi oblatū*

Ezelini Tyrannis Hoc tempore impius Ezelinus in ſubditos ſibi populos ita graſſabatur, diramque adeo in eos lanie-

nam

nam exercebat, vt non tàm princeps, quàm excitatum ab inferis monſtrum in eorum perniciem videretur. illius exempla ſæuitiæ numquam antea edita, auditaue ex Authore, qui peculiari ea commētario complexus eſt, tum ex Monacho Patauino petere curioſus lector poterit. *unde horum quoque Annalium Author multa huc conglobatim congerit.*

Authorvita Ezelini. Monach. Patau. in Chron l. 1.

Obijt hoc eodem anno Ferdinandus Caſtellæ Rex, cui a morum probitate, Sancti nomen eſt inditum; *eius elogium ex Authore hic pete.* Patris morte Regnum ad Alphōſum filium delatum eſt eo nomine X. qui tantam rei aſtronomicæ ſcientiam adeptus eſt, quantam vix priuatæ condicionis, ac ocioſus quiſpiam ſit aſſequutus. de Hiſpanica etiam Hiſtoria præclara edidit volumina. mirum tamen eſt tanto eum ſapientiæ præſidio munitum, cui externa Regna oblata fuerint, ſuum tueri nequiuiſſe. Sed de his alibi dicendum erit.

Ferdinandi Caſtellæ Regis obitus. Alphōſus X. Aſtrologus.

Eodem fere tempore in viuis eſſe deſijt Blanca D. Ludouici Mater, eo in Syria adhuc agente. quam haud ita multo poſt ſequuta eſt Clara D. Franciſci Alumna, *de qua multa hic Author.* natalem illius diem annua memoria Eccleſia re-

Sur. in Aug.

S. Clara.

recolit pridie Idus Auguſti.

Peruſiæ Pontifex diutius moratus, Aſſiſium conceſſit, ibidemque in Sāctorum numerum retulit Stanislaum Epiſcopum Cracouienſem qui ante annos centum, ac ſeptuaginta quinque martyrio inibi affectus fuerat. *Ann. Chri. 1253.*

Cōradi obitus. Conradus porro Anathemate iam damnatus, conuentu apud Melphim habito, dum poſt Neapolim, Vrbeſque alias Campaniæ direptas Apuliam, ac ſubinde Brutios, ac Siculos populaturus properat, correptus morbo Manfredi iuſſu veneno à Medico clyſteri, vt fama eſt, indito extinguitur. Moriturus *Conradinus.* Corradinum triennem filium hæredem dixit, quem ex Margarita Leopoldi Auſtriæ Ducis filia ſuſceperat, Tutoribus illi Bauaris Principibus, quos ſecum adduxerat, attributis. Antequam morbo corriperetur, facinus Tyranno dignum *Cōradi ſcelus.* edidit. Henricum duodecim annorum fratrem, quem Pater in ſpem Regni educauerat, cuique pecuniæ vim magnam reliquerat, ex Sicilia accitum, vt Regno ſimul abſque æmulo, ac theſauro potiretur, occidi iuſſit. *Blond. Fazell Naucler. & Iuuenat.*

Conrado extincto Campaniæ Vrbes ab eo euerſæ, aut mulctatæ, cum Germanorum Imperium exo-

ſum habe ent, Manfredo ſeſe haud ægrè dedidere. cum is præſertim, qua erat ſagacia, apud Pontificios Innocentij partes tueri ſe oſtenderet, apud Germanos autem tutelam ſe Pueri ſuſcipere mentiretur, Conradi quoque teſtamentum vulgari voluit, conſcijs ſi qui erant, veneno ſublatis. ferunt munuſcula eum quædam veneno illita fratri Puero in Germaniam miſiſſe. *Manfredus*

Subinde Pontifex, cum Ezelinus atrociora in dies patraret, Romam euocatum, cum eidem literas incolumitatis præſtitiſſet, adeſſe renuentem piorum cœtu exemptum pronunciauit. *Sententiæ exemplum ab Authore huc affertur.*

Ann. Chri. 1254. Poſt hæc Neapolim a ciuibus iam refectam, ipſorum legatione inuiratus valido cum præſidio profectus eſt, vbi Manfredus, conſuetis artibus vſus, ſumma cum obſequij, ac Religionis ſignificatione præſto fuit; vt qui antea, quod patris partes ſequutus fuiſſet, Eccleſiæ hoſtis appellatus, ac piorum cœtu indignus fuerat habitus, tunc in ſummum gratiæ locum apud Innocentium reciperetur, nouiſque honoribus cumularetur, Tutorum interim authoritate multis partibus imminuta. Neapolitanis porro, aliarumque Vrbium, ac totius Si- *Innocentius Neapoli.*

ciliç Regni legatis in Pontificis verba ex more adactis, ipſius iuſſu, ac præſcripto illud additũ conſtat; *Cõradini Pueri iure ſaluo, ſi quod habet.*

Innocẽtij obitus. His ex animi ſententia peractis Innocentius ætate iam, curiſque maximis confectus ad 7. Idus Decembris deceſſit. Mortem nondum *Mãfredi perfidia.* obierat, cum Manfredus audita ſtatim illius aduerſa valetudine, tumultuarijs conſcriptis copijs, excitiſque qui Nuceriæ erant, Sarracenis, Pontificios milites, quos ipſius hortatu Innocentius in hyberna turmatim diuiſerat, nil tale metuẽtes hoſtiliter adortus eſt, equiſque, atque armis, omnique bellico apparatu exuit.

Alexãder IV. Iuſtis defuncto, antiquo ex ritu, perſolutis, quatuordecim, qui tum erant, Cardinales, comitijs ex more habitis, haud cunctati Raynaldum, ex Comitibus Signiæ Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem, ac Veliternum Summum Pontificem elegerunt, atque Alexandrum huius nominis IV. appellatum ipſo die Natalis Domini in Petri ſolio collocauerunt.

Is nihil prius habuit, quàm vt Manfredum officij admoneret, miſſoque ad eum fulginatium Epiſcopo à nefarijs illum conſilijs reuocare, & ad debitum Rom. Eccleſiæ obſe- *Ann. Chri. 1255.*

obſequium præſtandum impelleret curaret, cumque nihil perficere ſeſe animaduerteret, exercitu comparato, eique Octauiano Vbaldino Cardinali Legato impoſito Apuliæ Vrbes compliures, terrore incuſſo, aut ciuium ſpontanea deditione obtinuit.

Submiſerat Manfredes in Germaniam nefarios homines, qui Corradinum veneno, aut alia quacumque demum ratione de medio tollerent: id cum ſubodorata eſſet Mater, ſatius duxit clam eum ſubducere, tum alium quam ſimillimũ eorum poteſtati permittere. peregere illi vtcumque meditatum facinus, repetita mox Italia, Pueri obitum euulgarunt. Igitur Manfredus nihil ſibi deeſſe ratus, vt qui Rex iam eſſet, Rex quoque diceretur, Regni Vrbes, ac Populos in ſui verba adigere inſtituit, idque haud ægrè perfecit; tum regijs munire ſeſe affinitatibus curauit, ſorore Ioanni Ducæ Græcorum Auguſto nuptui tradita (quæ tamen infelici coniugio vſa eſt pellice à Viro ſuperinducta) Conſtantia porro filia, quam maſcula deſtitutus prole, in ſpem Regni educabat, Petro Aragonicæ Iuuentutis Principi Iacobi filio oblata. Iacobus ſanè conditionem haud quaquam aſper-

Mãfredi actus, ac ſcelus.

Niceph. Gr. Marian. l. 13. c. 13.

nandam ratus, conſulendum tamen ſibi eſſe duxit Romanum Antiſtitē, illiuſque aſſenſum obtinendum. cum non impetraret, huiuſmodi tum quidem tractatio diſcuſſa eſt.

Guillelmi Cæſaris obitus. Guillelmus interim Cæſar Coloniæ Conuentu Principum habito, *Naucl gen. 4.* indictaque in Italiam profectione, tum pro Imperij titulis, ac Diademate obtinendis, tum pro Rom. Eccleſiæ tutela, ac Manfredi tyrannide amolienda à Friſonibus petitus armis, prælio cum ijs inito, extinctus eſt.

Per idem tempus Sanctus Rex Ludouicus poſt diutinam apud Syriam moram, non ſine periculo naufragij, incolumis in Galliam reuerſus eſt.

Hoc eodē anno Alexander Pontifex Legatum ad fœderatas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes deſtinauit, qui eas in profanum Ezelinum incitaret. *quo loco Author multa iterum de Tyranni moribus, ac ſæuitia pluſquā barbara in medium affert auditu horrida ac plane deteſtanda.*

tres cōpetitores Imperij Triceps hoc tempore apud Samnites enatum monſtrum, tres Romani Imperij Cōpetitores a Guilelmi obitu exortos portendiſſe viſum eſt. Hi fuere Conradinus Conradi filius. Richardus Henrici An- *Ann. Chri. 1256.*

gliæ

gliæ Regis frater, atque Alphonſus Caſtellæ, ac Legionis Rex. & à Conradino quidem maximè auerſus erat Alexander Pontifex, tum quod Puer etiamnum eſſet, tum quod mali corui nonniſi malum ouum futurum videbatur; proinde diras eis comminatus eſt, qui promouere illum ad Imperium conarentur, literis ea ſuper re ad Sigefridum Moguntinum datis, *quarum exemplum hic habes*. Alphonſum belli, paciſque artes, in primis verò facundiæ, ac doctrinæ fama commendabat. Richardus apud Moguntinum & Colonienſem Antiſtites, ac Palatinũ Rheni potior erat. Romanus Pontifex equa vtrumque lance appenſum, non hunc magis quam illum recipere paratus erat. & hæc quidem apud Germaniam agitabantur. Italiam hinc Manfredus, hinc ſæuiſſimus Ezelinus pro libidine infeſtam habebant, ac ſus, deque miſcebant. Manfredus non beneficiario, non hæreditario, ſed belli iure iam ſe Regem appellabat. itaque Margaritæ Conradini Matri filio Regnum per Nuncios repoſcenti, bello a ſe illud quæſitum reſpondit, velleque illo, dum viueret, potiri; liberaliter ſe tamen cum Puero acturum, atque hæredem ex aſſe ſcripturum, ſi modo illum

Iuuenat. Annal.

Mãfredi aſtus.

illum mater addiſcendis Italię moribus impuberem ad ſe tranſmitteret, huiuſmodi enim, ac Matrem illecebra captare ſe poſſe Veterator exiſtimauit. Legatus inde Apoſtolicus crucesignatorum copijs in Ezelinum conſcriptis Patauium recepit, Anſedìſio illius ex fratre nepote fuga inde elapſo: cæterum haud ita multo poſt Tyranno ipſo ſuperueniente Crucesignati viciſſim victi, legatus captus, & cuſtodiæ traditus, Patauium iterum amiſſum, in miſeros ciues promiſcuè ſæuitum eſt.

Octauo Idus Ianuarij ſequentis anni Germaniæ Proceres Francfordiæ coacti ad nouum Cæſarem deligendum inter ſe ſtudijs, atque ſuffragijs mirum in modum diſſidebant. Moguntinus, & Colonienſis Præſules, cumque his Comes Palatinus Richardum Anglum elegerunt: at vero Treuirenſis Præſul, ac Saxoniæ Dux, cumque his qui Brandeburgenſis Marchionis, ac Boemiæ Regis vices gerebant, Alphonſum Hiſpanum prætulerunt. Richardi potior condicio fuit, quod Is Germaniam actutum petijt, deque Coloniæ Antiſtitis manu, cuius eæ partes erant, Aquiſgrani primum Imperij Diadema ſuſcepit. Alphonſus inteſtinis motibus agitatus

Ann. Chri. 1257.

Richardus & Alphõſus Imp. creati.

tus

tus ſuorum ſtudijs haud ſatis fidens, filiorum immatura adhuc ætate retardatus profectionem cum differret ſuæ factionis hominum ardorem reſtinxit, aduerſæ ſtudia, cauſamque confirmauit.

Ezelinus interim, ac Manfredus Anagniæ ab Alexandro vterque diris deuoti, ea de cauſa, veluti eſtro perciti, ferro, ac flammæ omnia ſubijciebant. Italiæ quoque Vrbes reliquæ, licet ab eorum tyrannide immunes, Guelforum tamen, & Gibellinorum factionibus mirum in modum diſtrahebantur.

Hoc tempore in vtrumque ſacrum Ordinem D. Dominici, ac D. Franciſci voce ſimul, ac ſcriptis inſurrexere Viri doctrina alioqui non vulgares ex Gallia, qui dicerent nec mendicare illis, nec literis dare operam, nec conciones ad populum habere, nec excipere confeſſiones licere. hos duo præclariſſima vtriuſque Ordinis lumina D. Thomas Aquinas, ac D. Bonauentura refellendos ſuſceperunt, tum Alexander ipſe Pontifex diplomate ſuper hoc edito ab inſtituto reuocauit, denique diuina ipſa vltio à maledicendi ſtudio, ac debacchandi libidine abſterruit.

Ezelini vires, ac tyrannidem ma-

magnopere auxerat initum ab eo cum Vberto Pallauicino fœdus, qui latè apud Inſubriam imperitabat; Eum Pontifex à Tyranno abſtrahere ita curauit, vt demum per Boſium Dobarium Ciuem Cremonenſem amiciſſimum illi hominem perfecerit, quæ res Ezelino exitum maturauit. *Ann. Chri. 1258. Platin in Alex.*

Diſſidiū inter Venetos, ac Genuēſes Subinde exortum inter Venetos ac Genuenſes apud Ptolemaidam Aegypti Emporium celeberrimū, ex æmulatione, vt aſſolet, diſſidium, tum Italiam ipſam diſtraxit, tum verò Latinorum apud Orientem res peſſumdedit, quod ſequēti anno contigit, quo & immanis carnifex Ezelinus prælio fuſus, captuſque non tam ex vulnere, quàm ex neglecta per ſummam feritatem illius curatione, extinctus eſt. *Ann. Chri. 1259. Sigon. de Reg. It. P. Iou. in elog.* *Ezelini obitus. Item Alberici eius fratris* diriorem adhuc exitum ſortitus eſt Albericus frater, qui Taruiſij tyrannidem exercebat; quippe à Ciuibus captus filijs ſex ipſo inſpectante membratim diſcerptis, vxore, ac filiabus viuis combuſtis, ipſe, cui tam dirum ſpectaculum morte ipſa acerbius, atque atrocius fuerat, equi caudæ alligatus per ſalebras, ac ſenticeta raptatus, furentis populi rabiem, quam immani hactenus ſæuitia accenderat, exſatiauit.

V Eo.

Eodem ferè tempore Latini apud Orientem Imperium amiſere anno poſtquã adepti illud fuerant quinto ac quinquageſimo: obierat haud ita pridem Theodorus Græcorum Auguſtus filio impubere hærede inſtituto, huic Michael Paleologus, non tam Patris deſtinatione, quam ciuium ſtudio Tutor decretus eſt, acerrimi Vir ingenij, quique gratia, atque authoritate apud omnes plurimum pollebat, quibus ille fretus, Pupillo in ordinem redacto, ac per ſummum ſcelus, ac perfidiam excœcato, haud ægre qui iam imperabat, Imperij quoque titulos adeptus eſt. Supererat Balduinus, quem vt deijceret, nobiliores quoſque Græcorum affatus in mentem eis reuocabat Græciam olim liberales artes, atque humanitatem mortalibus tradidiſſe, nunc alienis legibus viuere: in libertatem ſeſe aliquando vindicarent, ne ſoliti alijs imperare, diutius ſeruirent, neu Patriam nobiliſſimam ſinerent Gallogræciam dici, ac fieri, mutatis moribus, lingua, ac ceremonijs. his alijſque apud ſuos peroratis Michael, eorum animos mirum in modum excitauit ad priſtinum Imperij decus, Latinis Byzantio pulſis, recuperandum. re comperta Balduinus, continere ſe

Latini Imperium Orientis amittunt.

Michael Paleologus Imp.

Vr-

Balduini ex Oriente fuga. Vrbe Regia tutum haud quaquam ratus, Venetorum quæ in portu erant naues, adire ſtatuit, quamquam hæ nec tum multæ erant, nec ſatis inſtructæ, compluribus hoc tempore, Liguſtico nimirum bello diſtentis. Latinorum itaque ſoluti metu Byzantij Ciues Paleologum intra Vrbem læti gratulanteſque recepere. tum vero Balduinus, ac Iuſtinianus Patriarcha, cumque his alij permulti ex Latina, quæ ſupererat nobilitate, rebus deploratis, Græcia decedentes in Italiam venere.

Init annus ſæculi ſexageſimus, quo Veneti reputantes ſecum, quanti eorum Reip. partæque hactenus gloriæ intereſſet Byzantio amiſſo Aegæi ſaltem maris Inſulas retinere, ad eas tutandas Marcum Michaelem inſtructa cum duodeuiginti triremium claſſe, omnique commeatu miſere. Is porro Helleſpontum, ac littorales Thraciæ oras ita infeſtas habere cœpit, vt Paleologus de Regia Vrbe deſerenda conſilium inijuerit; & ſane deſeruiſſet, ni Genuenſes ex veteri in Venetos odio, atque æmulatione auxilia illi opportunè ſubmiſiſſent. id vbi cōperit Pontifex exarſit adeò, vt eos veluti hoſtes publicos anathemate percuſſerit. *Ann. Chri. 1260.* *Genuenſes Græcis auxilia ſubmittunt, excommunicātur.*

Man-

Manfredus Hetruriæ Gibellinis auxilijs aduerſus Guelfos, hoc eſt Pōtificios ſubmiſſis, hos clade maxima affecit. Igitur Alexander Italiæ vt pacem redderet, ac Tyrannum demulceret, &, ſi fas, ad mentem reuocaret, Marinum Capocium ad eum legauit, pollicitus haud grauatè Regni ſeſe illi adminiſtrationem permiſſurum, ſi modo ablata Siculis, ac Neapolitanis redderet, Sarracenos Italia expelleret, in Africam amandaret. his Tyrannus ita non acquieuit, vt per ſummam inſolentiam reſponderit, nec mitius ſe cum Siculis, ac Neapolitanis acturum, & Barbaros longe plures in Italiam adducturum. *Mãfredi arrogantia.*

Eodem anno cum Italia vniuerſa ciuilibus vbique motibus agitaretur, admirabilis Populorum peregrinatio, quæ à Peruſinis ortum habuit, inſtituta eſt. libet Sigonij verbis rem tradere, quæ ſic habent. *mira peregrinatio. Diſciplinatorum Peruſiis origo.* *lib. 7.*

Per id temporis ſingulare, atque ad hunc vſque annum inauditum religionis ſtudium ſubito Italorum in pectoribus, quaſi quoddam repentinum incendium excitatum, vt ſe paſſim verberibus in expiationem ſuorum flagitiorum afficerent. Nemo autem exiſtimet hos eſſe eos,

qui

qui flagellantes dicti pro hæreticis damnati ſunt; nam illi aliquot annos poſt emerſerunt Gregorio X. ſedente. initium igitur huius rei à Peruſinis factum, apud quos ſeneſcente iam autumno viri fœminæque omnis ætatis, ordiniſque repente corpora perinde, ac re compoſita, vſque ad vmbilicum nudarunt; ac ſe, ſumptis ad id loris cædere per Vrbem instructo agmine incedentes cœperunt, Sanctam Virginem Deiparentem, vt ſibi à filio ſalutem impetraret, ſummis clamoribus obteſtantes, atque interim veteribus odiis poſitis pacem inter ſe mutuis adhibitis oſculis ſancientes. inde Vrbe longo agmine vexilla præferentes egreſſi ad vicina oppida prodierunt, eaque dum ingenti illorum admiratione ingreſſi in viis, ac Templis eandem pietatem exercuerunt. qua re populi illi permoti, & ipſi pariter eiuſdem ſanctitatis ſtudium adſciuerunt, ac ſe verberantes, ac pacem, & miſericordiam ingeminatis vocibus implorantes catervatim ad Vrbes proximas acceſſerunt. atque ita ex Tuſcia in Marchiam, ex Marchia in Æmiliam paſſim incendii modo ea religio tranſiit, vt ſinguli Populi Epiſcopis, ac Magiſtratibus ſuis præcedentibus Vrbes, agroſque ea æmulatione iniecta luſtrarent, vt nullius

ſe-

ſexus, ætatis, ac condicionis homines eſſent, quin huius verberationis participes eſſe vellent. ita fiebat vt paſſim incondita carmina in Dei, ac ſacræ Virginis laudes compoſita canerentur: peccatorum confeſſiones vix ſuppetentibus Sacerdotibus ad audiendum peragerentur; atque omnino recta, quo iam pridem exoleuerat Chriſti diſciplina reuocaretur. hæc Religio etiam ab Imolenſibus excepta, & quaſi per manus Bononiæ tradita Ciuitatem ipſam mirabiliter inflammauit. itaque & ipſi nudati ſeſe mulctarunt, ipſi cum inimicis in gratiam rediere, & reliqua pietatis officia, quæ cæteri ſuſcipere contenderunt, ac demum manu facta hominum amplius vigintimillium ante diem feſtum Omnium Sanctorum ſub vexillis Mutinam proceſſerunt, ibique piè Baſilica S. Geminiani Epiſcopi viſitata ſolemnem ſui verberationem poſitis veſtibus inierunt. inde ea ſanctitas ad reliquas ſubinde Vrbes translata ab omnibus, paucis admodum exceptis recepta eſt. cæterum hi homines Deuoti vulgo & hic annus generalis deuotionis annus eſt appellatus. hæc Sigonius.

Io. Villan, l. 6. c. 67 Sub idem tempus Sacerdote quodam Pariſijs in ſacello Aulæ Regiæ ſacris operante, dum iſta ſacro- *mirū de fide S. Ludouici*

croſanctam Hoſtiam attolleret, his qui aderant viſa eſt infantis ſpeciem referre. rogant hi Sacerdotem, vt eam tandiu ſublatam teneret, donec S. Rex Ludouicus vocatus adeſſet. at ille re intellecta, adeſſe renuit; &, eant, inquit, qui fidem tanto Sacramento non ſatis firmam habent: ego vero mentis oculis perpetuo aſpicio, ac ſuſpicio Chriſtum Deum, ac hominem ſub ſacro velamine Sacramentalium ſpecierum.

Florẽtia capta. Ineuntis anni Vere primo Iordanes qui Manfredi miſſu Gibellinis per vniuerſam Hetruriam præerat, copijs Florentiam admotis, eam vi cepit, tum qui apud eam Guelforum nomine cenſebantur extorres egit. Inter Venetos quoque, ac Genuenſes totius Chriſtianæ Reip. malo hoc eodem tempore certamen erat, inter quos pacem vt componeret Alexãder Viterbium ſe contulit. cœterum pacis negocium cum protraheretur, illum ſatis ſuperque animo anxium, ac curis prægrauatum 8. Kal. Iunij tandem confecit anno Pontificatus 7. **Ann. Chri. 1261.**

Alexãdri Papæ obitus. Eo ſublato noua Reip. forma Romæ inchoata Brancaleo Ciuis Bononienſis Senator Pop. Romani ſummo cum Imperio dictus; mox

eo in vincula coniecto, Regionum Præfectis, quos Bandereſios vocarunt, vitæ, neciſque poteſtas data, nec ita multo poſt idem Brancaleo dimiſſus, ac priſtinæ dignitati reſtitutus eſt. Vrbe his motibus agitata Cardinales vt nouum Pontificẽ deligerent Viterbium conuenere, miroque omnium conſenſu Iacobo Pantaleoni Patriarchæ Hieroſolymitano, qui haud ita pridem ad Alexandrum venerat, Pontificatum detulere. Is porro Vrbanus hoc nomine IV. dici voluit, Tricaſſibus Galliæ Vrbe humillimo apud ſuos loco natus. *Vrbanus IV.*

Ann. Chri. 1262. Viterbij adhuc agebat, cum ad 7. Idus Aprilis, quo die Cænæ Domini memoria recolebatur, Manfredum Pacis publicæ violatorem, omniſque humani, ac diuini Iuris contemptorem anathemate damnatum ex ſuggeſtu ſolemni ritu pronunciauit: tum Crucis piam militiam propoſita noxarum venia, in illum, ac nefarios illius adminiſtros indixit. omnium primus eo claſſico excitatus eſt Rogerius Comes Sanſeuerinas, qui Pontificis, atque Eccleſiæ tuendæ cura ſuſcepta ſignatos conſcripſit milites, quos in Samnio, & Campania Manfredianis graſſatoribus oppoſuit. Adfuere mox & alij Cruceſi- *Mãfredus excõmunicatur.* *Rogerius Sanſeuerinas.*

nandam ratus, conſulendum tamen ſibi eſſe duxit Romanum Antiſtitẽ, illiuſque aſſenſum obtinendum. cum non impetraret, huiuſmodi tum quidem tractatio diſcuſſa eſt.

Guillelmi Cæſaris obitus. Guillelmus interim Cæſar Coloniæ Conuentu Principum habito, indictaque in Italiam profectione, tum pro Imperij titulis, ac Diademate obtinendis, tum pro Rom. Eccleſiæ tutela, ac Manfredi tyrannide amolienda à Friſonibus petitus armis, prælio cum ijs inito, extinctus eſt. *Nauclgen. 4.*

Per idem tempus Sanctus Rex Ludouicus poſt diutinam apud Syriam moram, non ſine periculo naufragij, incolumis in Galliam reuerſus eſt.

Hoc eodẽ anno Alexander Pontifex Legatum ad fœderatas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes deſtinauit, qui eas in profanum Ezelinum incitaret. *quo loco Author multa iterum de Tyranni moribus, ac ſæuitia pluſquã barbara in medium affert auditu horrida ac plane deteſtanda.*

tres cõpetitores Imperij Triceps hoc tempore apud Samnites enatum monſtrum, tres Romani Imperij Cõpetitores a Guilelmi obitu exortos portendiſſe viſum eſt. Hi fuere Conradinus Conradi filius. Richardus Henrici Angliæ *Ann. Chri. 1256.*

gliæ Regis frater, atque Alphonſus Caſtellæ, ac Legionis Rex. & à Conradino quidem maximè auerſus erat Alexander Pontifex, tum quod Puer etiamnum eſſet, tum quod mali corui nonniſi malum ouum futurum videbatur; proinde diras eis comminatus eſt, qui promouere illum ad Imperium conarentur, literis ea ſuper re ad Sigefridum Moguntinum datis, *quarum exemplum hic habes*. Alphonſum belli, paciſque artes, in primis verò facundiæ, ac doctrinæ fama commendabat. Richardus apud Moguntinum & Colonienſem Antiſtites, ac Palatinũ Rheni potior erat. Romanus Pontifex æqua vtrumque lance appenſum, non hunc magis quam illum recipere paratus erat. & hæc quidem apud Germaniam agitabantur. Italiam hinc Manfredus, hinc ſæuiſſimus Ezelinus pro libidine infeſtam habebant, ac ſus, deque miſcebant. Manfredus non beneficiario, non hæreditario, ſed belli iure iam ſe Regem appellabat. itaque Margaritæ Conradini Matri filio Regnum per Nuncios repoſcenti, bello a ſe illud quæſitum reſpondit, velleque illo, dum viueret, potiri; liberaliter ſe tamen cum Puero acturum, atque hæredem ex aſſe ſcripturum, ſi modo illum

Iunc. nat. Annal

Mãfredi aſtus

illum

illum mater addiſcendis Italię moribus impuberem ad ſe tranſmitteret. huiuſmodi eum, ac Matrem illecebra captare ſe poſſe Veterator exiſtimauit. Legatus inde Apoſtolicus cruceſignatorum copijs in Ezelinum conſcriptis Patauium recepit, Anſediſio illius ex fratre nepote fuga inde elapſo: cœterum haud ita multo poſt Tyranno ipſo ſuperueniente Cruceſignati viciſſim victi, legatus captus, & cuſtodiæ traditus, Patauium iterum amiſſum, in miſeros ciues promiſcuė ſæuitum eſt.

Octauo Idus Ianuarij ſequentis anni Germaniæ Proceres Francfordiæ coacti ad nouum Cæſarem deligendum inter ſe ſtudijs, atque ſuffragijs mirum in modum diſſidebant. Moguntinus, & Colonienſis Præſules, cumque his Comes Palatinus Richardum Anglum elegerunt: at vero Treuirenſis Præſul, ac Saxoniæ Dux, cumque his qui Brandeburgenſis Marchionis, ac Boemiæ Regis vices gerebant, Alphonſum Hiſpanum prætulerunt. Richardi potior condicio fuit, quod Is Germaniam acturum petijt, deque Coloniæ Antiſtitis manu, cuius eæ partes erant, Aquiſgrani primum Imperij Diadema ſuſcepit. Alphonſus inteſtinis motibus agitatus

Ann. Chri. 1257.

Richardus & Alphōſus Imp. creati.

tus ſuorum ſtudijs haud ſatis fidens, filiorum immatura adhuc ætate retardatus protectionem cum differret ſuæ factionis hominum ardorem reſtinxit, aduerſæ ſtudia, cauſamque confirmauit.

Ezelinus interim, ac Manfredus Anagniæ ab Alexandro vterque diris deuoti, ea de cauſa, veluti æſtro perciti, ferro, ac flammæ omnia ſubijciebant. Italiæ quoque Vrbes reliquæ, licet ab eorum tyrannide immunes, Guelforum tamen, & Gibellinorum factionibus mirum in modum diſtrahebantur.

Hoc tempore in vtrumque ſacrum Ordinem D. Dominici, ac D. Franciſci voce ſimul, ac ſcriptis inſurrexere Viri doctrina alioqui non vulgares ex Gallia, qui dicerent nec mendicare illis, nec literis dare operam, nec conciones ad populum habere, nec excipere confeſſiones licere. hos duo præclariſſima vtriuſque Ordinis lumina D. Thomas Aquinas, ac D. Bonauentura refellendos ſuſceperunt, tum Alexander ipſe Pontifex diplomate ſuper hoc edito ab inſtituto reuocauit, denique diuina ipſa vltio à maledicendi ſtudio, ac debacchandi libidine abſteruit.

Ezelini vires, ac tyrannidem

magnopere auxerat initum ab eo cum Vberto Pallauicino fœdus, qui latè apud Inſubriam imperitabat; Eum Pontifex à Tyranno abſtrahere ita curauit, vt demum per Boſium Dobarium Ciuem Cremonenſem amiciſſimum illi hominem perfecerit, quæ res Ezelino exitum maturauit.

Ann. Chri. 1258. Platin in Alex.

diſſidiũ inter Venetos, ac Genuẽſes

Subinde exortum inter Venetos ac Genuenſes apud Ptolemaidam Aegypti Emporium celeberrimũ, ex æmulatione, vt aſſolet, diſſidium, tum Italiam ipſam diſtraxit, tum verò Latinorum apud Orientem res peſſumdedit. quod ſequẽti anno contigit, quo & immanis carnifex Ezelinus prælio fuſus, captuſque non tam ex vulnere, quàm ex neglecta per ſummam feritatem illius curatione, extinctus eſt. diriorem adhuc exitum ſortitus eſt Albericus frater, qui Taruiſij tyrannidem exercebat; quippe à Ciuibus captus filijs ſex ipſo inſpectante membratim diſcerptis, vxore, ac filiabus viuis combuſtis, ipſe, cui tam dirum ſpectaculum morte ipſa acerbius, atque atrocius fuerat, equi caudæ alligatus per ſalebras, ac ſenticeta raptatus, furentis populi rabiem, quam immani hactenus ſæuitia accenderat, exſatiauit.

Ann. Chri. 1259. Sigon. de Regn. It. P. Iou. in elog.

Ezelini obitus. Item Alberici eius fratris

Eo.

Eodem ferè tempore Latini apud Orientem Imperium amiſere anno poſtquã adepti illud fuerant quinto ac quinqnageſimo. obierat haud ita pridem Theodorus Græcorum Auguſtus filio impubere hærede inſtituto, huic Michael Paleologus, non tam Patris deſtinatione, quam ciuium ſtudio Tutor decretus eſt, acerrimi Vir ingenij, quique gratia, atque authoritate apud omnes plurimum pollebat, quibus ille fretus, Pupillo in ordinem redacto, ac per ſummum ſcelus, ac perfidiam excœcato, haud ægre qui iam imperabat, Imperij quoque titulos adeptus eſt. Supererat Balduinus, quem vt deijceret, nobiliores quoſque Græcorum affatus in mentem eis reuocabat Græciam olim liberales artes, atque humanitatem mortalibus tradidiſſe, nunc alienis legibus viuere: in libertatem ſeſe aliquando vindicarent, ne ſoliti alijs imperare, diutius ſeruirent, neu Patriam nobiliſſimam ſinerent Gallogræciam dici, ac fieri, mutatis moribus, lingua, ac ceremonijs. his alijſque apud ſuos peroratis Michael, eorum animos mirum in modum excitauit ad priſtinum Imperij decus, Latinis Byzantio pulſis, recuperandum. re comperta Balduinus, continere ſe

Latini Imperium Orientis amittunt.

Michael Paleologus Imp.

Vr-

Bal-duini ex Oriente fuga. Vrbe Regia tutum haud quaquam ratus, Venetorum quæ in portu erant naues, adire ſtatuit, quamquam hæ nec tum multæ erant, nec ſatis inſtructæ, compluribus hoc tempore, Liguſtico nimirum bello diſtentis. Latinorum itaque ſoluti metu Byzantij Ciues Paleologum intra Vrbem læti gratulanteſque recepere. tum vero Balduinus, ac Iuſtinianus Patriarcha, cumque his alij permulti ex Latina, quæ ſupererat nobilitate, rebus deploratis, Græcia decedentes in Italiam venere.

Init annus ſæculi ſexageſimus, quo Veneti reputâres ſecum, quâti eorum Reip. partæque hactenus gloriæ intereſſet Byzantio amiſſo Aegæi ſaltem maris Inſulas retinere, ad eas tutandas Marcum Michaelem inſtructa cum duodeuiginti triremium claſſe, omnique commeatu miſere. Is porro Helleſpontum, ac littorales Thraciæ oras ita infeſtas habere cœpit, vt Paleologus de Regia Vrbe deſerenda conſilium iniuerit: & ſane deſeruiſſet, ni Genuenſes ex veteri in Venetos odio, atque æmulatione auxilia illi opportune ſubmiſiſſent. id vbi cõperit Pontifex exarſit adeo, vt eos veluti hoſtes publicos anathemate percuſſerit. *Genuẽſes Græcis auxilia ſubmittunt, excommunicãtur.* **Ann. Chri. 1260.**

Man-

Manfredus Hetruriæ Gibellinis auxilijs aduerſus Guelfos, hoc eſt Põtificios ſubmiſſis, hos clade maxima affecit. Igitur Alexander Italiæ vt pacem redderet, ac Tyrannum demulceret, &, ſi fas,ad mentem reuocaret, Marinum Capocium ad eum legauit, pollicitus haud grauatè Regni ſeſe illi adminiſtrationem permiſſurum, ſi modo ablata Siculis, ac Neapolitanis redderet, Sarracenos Italia expelleret, in Africam amandaret. his Tyrannus ita non acquieuit, vt per ſummam inſolentiam reſponderit, nec mitius ſe cum Siculis, ac Neapolitanis acturum, & Barbaros longe plures in Italiam adducturum. *Mãfredi arrogantia.*

Eodem anno cum Italia vniuerſa ciuilibus vbique motibus agitaretur, admirabilis Populorum peregrinatio, quæ à Peruſinis ortum habuit, inſtituta eſt. libet Sigonij verbis rem tradere, quæ ſic habent. *mira peregrinatio.* *Diſciplinatorum Peruſia ortigo.* lib. 7.

Per id temporis ſingulare, atque ad hunc vſque annum inauditum religionis ſtudium ſubito Italorum in pectoribus, quaſi quoddam repentinum incendium excitatum; vt ſe paſſim verberibus in expiationem ſuorum flagitiorum afficerent. Nemo autem exiſtimet hos eſſe eos,

qui

qui flagellantes dicti pro hæreticis damnati ſunt; nam illi aliquot annos poſt emerſerunt Gregorio X. ſedente. initium igitur huius rei à Peruſinis factum, apud quos feneſcente iam autumno viri fœminæque omnis ætatis, ordiniſque repente corpora perinde, ac re compoſita, vſque ad vmbilicum nudarunt; ac ſe, ſumptis ad id loris cædere per Vrbem inſtructo agmine incedentes cœperunt. Sanctam Virginem Deiparentem, vt ſibi à filio ſalutem impetraret, ſummis clamoribus obteſtantes, atque interim veteribus odijs poſitis pacem inter ſe mutuis adhibitis oſculis ſancientes. inde Vrbe longo agmine vexilla præferentes egreſſi ad vicina oppida prodierunt, eaque dum ingenti illorum admiratione ingreſſi in vijs, ac Templis eandem pietatem exercuerunt. qua re populi illi permoti, & ipſi pariter eiuſdem ſanctitatis ſtudium adſciuerunt, ac ſe verberantes, ac pacem, & miſericordiam ingeminatis vocibus implorantes cateruatim ad Vrbes proximas acceſſerunt. atque ita ex Tuſcia in Marchiam, ex Marchia in Æmiliam paſſim incendij modo ea religio tranſijt, vt ſinguli Populi Epiſcopis, ac Magiſtratibus ſuis præcedentibus Vrbes, agroſque ea æmulatione inita luſtrarent, vt nullius ſe-

ſexus, ætatis, ac condicionis homines eſſent, quin huius verberationis participes eſſe vellent. ita fiebat vt paſſim incondita carmina in Dei, ac ſacræ Virginis laudes compoſita canerentur: peccatorum confeſſiones vix ſuppetentibus Sacerdotibus ad audiendum peragerentur; atque omnino recta, quo iam pridem exoleuerat Chriſti diſciplina reuocaretur. hæc Religio etiam ab Imolenſibus excepta, & quaſi per manus Bononiæ tradita Ciuitatem ipſam mirabiliter inflammauit. itaque & ipſi nudati ſeſe mulctarunt, ipſi cum inimicis in gratiam rediere, & reliqua pietatis officia, quæ cæteri ſuſcipere contenderunt, ac demum manu facta hominum amplius vigintimillium ante diem feſtum Omnium Sanctorum ſub vexillis Mutinam proceſſerunt, ibique piè Baſilica S. Geminiani Epiſcopi viſitata ſolemnem ſui verberationem, poſitis veſtibus, inierunt. inde ea ſanctitas ad reliquas ſubinde Vrbes translata ab omnibus, paucis admodum exceptis, recepta eſt. cæterum hi homines Deuoti vulgo & hic annus generalis deuotionis annus eſt appellatus. hæc Sigonius.

Io. Villan. l. 6. c. 67 Sub idem tempus Sacerdote quodam Pariſijs in ſacello Aulæ Regiæ ſacris operante, dum is ſa- *mirũ de fide S. Ludouici*

cro-

croſanctam Hoſtiam attolleret, his qui aderant viſa eſt infantis ſpeciem referre. rogant hi Sacerdotem, vt eam tandiu ſublatam teneret, donec S. Rex Ludouicus vocatus adeſſet. at ille re intellectam, adeſſe renuit; &, eant, inquit, qui fidem tanto Sacramento non ſatis firmam habent: ego vero mentis oculis perpetuo aſpicio, ac ſuſpicio Chriſtum Deum, ac hominem ſub ſacro velamine Sacramentalium ſpecierum.

Florētia capta. Ineuntis anni Vere primo Iordanes qui Manfredi miſſu Gibellinis per vniuerſam Hetruriam præerat, copijs Florentiam admotis, eam vi cepit, tum qui apud eam Guelforum nomine cenſebantur extorres egit. Inter Venetos quoque, ac Genuenſes totius Chriſtianæ Reip. malo hoc eodem tempore certamen erat, inter quos pacem vt componeret Alexāder Viterbium ſe contulit. cœterum pacis negocium cum protraheretur, illum ſatis ſuperque animo anxium, ac curis prægrauatum 8. Kal. Iunij tandem confecit anno Pontificatus 7. **Ann. Chri. 1261.**

Alexādri Papæ obitus. Eo ſublato noua Reip. formam Romæ inchoata Brancaleo Ciuis Bononienſis Senator Pop. Romani ſummo cum Imperio dictus; mox

eo in vincula conie&#x1F; to, Regionum Præfectis, quos Bandereſios vocarunt, vitæ, neciſque poteſtas data, nec ita multo poſt idem Brancaleo dimiſſus, ac priſtinæ dignitati reſtitutus eſt. Vrbe his motibus agitata Cardinales vt nouum Pontificē deligerent Viterbium conuenere, miroque omnium conſenſu Iacobo Pantaleoni Patriarchæ Hieroſolymitano, qui haud ita pridem ad Alexandrum venerat, Pontificatum detulere. Is porro Vrbanus hoc nomine IV. dici voluit, Tricaſſibus Galliæ Vrbe humillimo apud ſuos loco natus. *Vrbanus IV.*

Ann. Chri. 1262. Viterbij adhuc agebat, cum ad 7. Idus Aprilis, quo die Cænæ Domini memoria recolebatur, Manfredum Pacis publicæ violatorem, omniſque humani, ac diuini Iuris contemptorem anathemate damnatum ex ſuggeſtu ſolemni ritu pronunciauit: tum Crucis piam militiam propoſita noxarum venia, in illum, ac nefarios illius adminiſtros indixit. omnium primus eo claſſico excitatus eſt Rogerius Comes Sanſeuerinas, qui Pontificis atque Eccleſiæ tuendæ cura ſuſceptâ ſignatos conſcripſit milites, quos in Samnio, & Campania Manfredianis graſſatoribus oppoſuit. Adfuere mox & alij Cruceſi- *Mãfredus ex cõmunicatur.* *Rogerius Sanſeuerinas.*

gnati, a Sancto Rege Ludouico ſubmiſſi, qui re bene apud Galliam Ciſalpinam geſta, in Hetruriam, dein in Campaniam delati nefarijs Tyranni conatibus moram iniecere.

Alphonſum, ac Richardum Romani imperij coronam ambientes conatus eſt Pontifex ad concordiam reducere, hortatuſque eſt ambos, vt ſe iudicio Sedis Apoſtolicæ ſubijcerent. Subinde Archiepiſcopum Cõſentinum Legatum miſit in Angliam, qui ab Henrico Rege, atque Edmundo filio ius, ſi quod in Regnum Siciliæ, ac Neapolis ab Alexandro habere ſe exiſtimarent, repoſceret, quando nec pactionibus ſtarent, nec per bella ciuilia ſtare poſſent; præſertim cum Vrbano Pontifici ex voto ſacri Senatus conſtitutum iam eſſet alias rationes inire, quibus Apoſtolica Sedes tueri ſe à Manfredi potentia, ac tyrannide poſſet. Sunt qui tradant tum Vrbanum Siciliæ vtriuſq; Regnum Galliæ Regi Ludouico obtuliſſe, illum vero cupiditate nouarum opum promoueri haud potuiſſe. illud exploratum eſt, Carolo Andegauenſi, ac Prouinciæ Comiti ipſius Regis Ludouici fratri certa lege oblatum, deque ea re cum Sancto Rege tranſactum.

Ann. Chri. 1263.

Hoc

Hoc tempore Michael Paleologus, cum hinc Bulgaros, quorum Princeps Tecus Ioannis ab eo deiecti, ac cæcati ſororem ſibi matrimonio coniunxerat, inde Turcas mire infeſtos experiretur, firmando Imperio Andronicum filium Collegam adſciuit, tum vero etiam legatione ad Vrbanum inſtituta, ac literis, *quæ hic habentur*, ad eum datis, Romanam ſe Eccleſiam communem omnium Parentem, ac totius Chriſtianæ Religionis columen agnoſcere profeſſus eſt, daturumq; operam, vt Græcorum Gentem vniuerſam eidem adiungeret, ſubijceretque ex animo ſpopondit.

Fœderatas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes, ne pacem colerent, ac Romanæ Eccleſiæ partes aduerſus Gibellinos Manfredi aſſeclas ſequerentur, mirum in modum diſtraxerat Vbertus Pallauicinus, cuius ſub ditione erant Cremona ac Brixia, quique Vrbes alias Placentiam, Parmam, Ticinum, atque adeo Mediolanum obnoxias haberet. Hunc Vrbanus Pontifex Prouinciā nobiliſſimam pro libidine adminiſtrantem, miſcentemque; tum quod Rauennatem Antiſtitem Legatum Apoſtolicum in vinculis haberet, incaſſum antea monitum, anathemati ſubiecit.

Vbertus Pallauicinus eiuſq; potentia.

excommunicatur.

Excepta quam diximus, Michaelis Græcorum Auguſti legatione, Vrbanus, legatos ad eum viciſſim miſit, qui negocium vnionis vrgerent, literas quoque *ab Authore hic allatas* addidit, paternam ſimul pietatem, ſimul apoſtolicam authoritatem redolentes, 10. Kal. Iunij apud Vrbemueterem datas, vbi ſe hoc tempore continebat, tum vt Vrbanas turbas, tum vt Manfredi inſidias vitaret. ibi dum moratur Sacerdos quidã apud Volſinios ſacra faciens de veritate corporis, ac ſanguinis Chriſti ambigere cum cæpiſſet, miraculo eam illuſtriorem reddidit: quippe dum rei dubius ſacram hoſtiam teneret manibus, ea ſanguine manare cœpit adeo, vt ſuppoſitam mappam, quam corporale appellamus, fere totam imbuerit, rei nuncio, ipſaque mappa ad Vrbanum perlata, ex Purpuratorum Patrum, qui tum aderant ſententia, annua, quæ ad hæc vſque tempora per vniuerſam Catholicam Eccleſiam recolitur, celebritas ab eo inſtituta eſt, Diplomate *ab Authore hic relato*, ſuper hoc edito. Vrbeueteri deinde recedens, Peruſiam ſe contulit, vbi haud ita multo poſt vitæ finem inuenit in maioris Templi Sacrario tumulatus, indeque in Templum ip-

Ann. Chri. 1264.

ep. 134.

celebritatis Corporis Chriſti inſtitutio.

Vrbani IV. obitus

Clem. tit. 16. *de rel. & Vener. Sanct.*

Sup. ad ipſum, quod ſupra innuimus, tran-
ann. ſlatus.
Chri. Quarto ab Vrbani obitu menſe
1216. Nonis Februarij Peruſiæ à Cardina-
Ann. libus in commune ibidem conſu-
Chri. lentibus ad Eccleſiæ regimen ab-
1265. ſens euectus eſt Guido Fulcodij *Cle-*
ep. 1. Narbonenſis Card. Epiſcopus Sabi- *mens*
Clem. nus, qui Legatione tum apud An- *IV.*
IV. gliam fungebatur. ſunt qui tradant
certiorem eum de ſua ipſius ele-
ctione factum habitu mendicantis
religioſi Viri aſſumpto Peruſiam ve-
niſſe, ſiue vt inſidias à Manfredo,
ac Gibellinis inſtructas vitaret: ſi-
ue vt eam, qua pollebat, animi
moderationem oſtenderet, quam
præcipue intuiti, admiratique ad
P. Ae- tantum faſtigium Patres eum eue-
mil. in xerant; cuius tum exempla alia *inſi-*
lud. edidit, tum illud, dum filias, quas *gnis e-*
Ciac- ante Sacerdotium ex iuſtis nuptijs *ius mo*
con. in ſuſceperat, humilioris fortunæ Vi- *dera-*
Clem. ris, exiguaque cum dote collocauit; *tio.*
conſanguineis quoque alijs, ne ali-
cuius ſpe lucri, aut dignitatis ad ſe
venirent, imperauit. ex fratre Ne-
poti, qui tria Sacerdotia obtinebat
optionem dedit, vt quod vellet ex
ijs retineret, reliqua duo ſtatim di-
mitteret.

Peruſiam delatus Clementis no-
men aſſumpſit; tum verò ad pacan-
dam Italiam, atque à Manfredi Ty-

tyrannide vindicandam animũ adiecit. Igitur Simonem tit. S. Cęciliæ Cardinalem, & Pignattellum Archiepiſcopum Amalfitanum in Gallias miſit, qui Carolum Andegauenſem Regis fratrem ad capeſſendum Siciliæ Regnum non tantum inuitarent, ſed etiam perurgerent; quod ex animi ſententia peractum ab eis eſt, ſubſcriptæque à Carolo, ac iureiurando firmatæ conditiones à Clemente propoſitæ, *quæ hic ſingillatim referuntur*. Vix credibile eſt quàm breui tempore inſtructiſſimæ ab eo copiæ conſcriptæ ſint, placuit autem terreſtres ſimul, ac maritimas comparare. Fuere ſane in eius claſſe, quacum Maſſilia ſoluens, Romam per Tyberim delatus eſt, triremes non amplius triginta, licet compertum illi eſſet Manfredum non minus octoginta comparaſſe, hiſque Italiæ portus pleroſque omnes pręcluſiſſe. receptus in Vrbe eſt omnium cum plauſu, præfectuſque eidem titulo Senatoris, tum Lateranenſi in æde coram Pontificijs legatis Sacramento iterum præſtito, pactiſquè Diplomate ſuper hoc edito, confirmatis, Rex Siciliæ, ac Neapolis renunciatus eſt. His Romæ tranſactis Clemens, qui Peruſiæ tum erat, gratulatorias ad eum li-

Carolus Andegauenſis ad Regnum Siciliæ vocatur.

Romã venit.

te-

teras dedit, ſuoque Diplomate delatum à legatis Regnum confirmauit. Sub extremum menſis Septẽbris Gallorum copiæ Philippo Mõfortio Duce per Alpes Graias, & Cottias Parmam incolumes peruenere, tum per Aemiliam, ac Picenum ſub annum extremum delatæ ſunt ſuperatis omnibus viarum impedimentis à Manfredo, ac Pallauicino opportunè ad locorum anguſtias oppoſitis: horum ſub ſignis erant Sarracenorum decem ferè millia, tum Germanorum, ac Gibellinorum turmæ non contemnendæ. Ad diem ſacrum Epiphaniæ Carolus cum Vxore Beatrice à quinque S.R.E. Cardinalibus Romæ corona Regia eſt redimitus. *coronatur.*

Ann. Chri: 1266. Antequam Roma diſcederet Carolus (manſit autem ibi menſes propemodum octo) Manfredi Nuncios audiuit ſero iam pacem depoſcentis. Fama eſt Carolum, dum eos alloqueretur, per contumeliam Tyrannum, quod Sarracenorum opera vteretur, Nucerinum Sultanum appellaſſe. Caſtris igitur in eum motis Ceperanum in primis, pulſo inde illius milite, cepit, dein ſaltum Caſſinatum, ac S. Germani Oppidum occupauit, mox Tyrannum ſequutus, non longe à Beneuento collatis ſignis, inſigni eum

in Mãfredũ caſtra mouet

Sumẽt in Mãfred.

nũ vin prælio cecidit. dein Philippo Mõ-
cit ac fortio Nuceriam, quo ſe Manfredi
cadit. Vxor cum liberis receperat, præ-
miſſo, Neapolim ipſe ouans injt,
illiuſque in ſui verba Ciues adegit.
Eodem fere tempore Guido Mon-
fortius Philippi frater maritimis cũ
copijs à Carolo in Siciliam miſſus,
Conrado Principe Antiocheno Mã-
fredi Nepote victo, captoque vni-
uerſa ſtatim Inſula potitus eſt.

Genuẽſes à Venetis victi. Gliſcentibus in dies magis inter
Venetos, ac Genuenſes diſſidiorum Ann.
cauſis, nauali inter eos prælio ad Chri.
Drepanum certatum eſt, in quo 1267.
Genuenſes victi magna ex parte in
hoſtium poteſtatem venere. eorum
triremes quatuor, ac viginti captæ,
reliquæ ferme aut depreſſæ, aut
combuſtæ. clade itaque ſociorum
territus Paleologus inducias cum
Venetis ad quinquennium paciſci
coactus eſt.

Receſſu Caroli Siciliæ Regis,
Vrbis Senator à Pontifice adnitẽ-
te dictus fuerat Henricus Alphonſi
Caſtellæ Regis frater. Is per ſum-
mam ingrati animi notam, princi-
pio occultè, mox palam Pontifici,
& Carolo Regi, eorumque aſſeclis
aduerſari cœpit, eiſdemque aduer-
ſantes Gibellinos fouere; qua etiam
de cauſa inſigniores quoſque Ro-
manos ciues, ac proceres in pri-
mis.

mis vero Iordanem, ac Neapoleonem Vrſinos, Ioannem, ac Lucam Sabellos comprehenſos cuſtodiæ tradidit. tum Conradinum literis, ac nuncijs ad paterna, atque auita Regna recipienda malo illius fato ſollicitare inſtituit. Siciliæ quoque Vrbes complures fictitijs Conradini litteris promulgatis, ad defectionem impulit: ad hæc Piſanos, ac Senenſes, qui inter Gibellinos cenſebantur, vt claſſe inſtructa Campaniæ littora infeſta haberent, incitauit; quibus præſidijs fretus Conradinus, tum decem ferè Germanorum millibus deductis in Italiam venit, nouis ſubinde vſquedum in Hetruriam peruenit Gibellinorum copijs auctus. Eius ex Germania diſceſſus, tum diutinum ex aliorum æmulatione, ac diſſidio veluti interregnum Germaniæ Proceres impulere, vt Comitijs ex more habitis Cæſareos titulos Rodulpho Comiti Abſpurgenſi deferrent, quod ex omnium bonorum voto fœliciter peractum eſt. *Conradinus in Italiam.*

S. Ant. Chron. p. 2. tit. 15. c. 23. Vertente anno, 6. Kal. Decembris apud Fabrianum Piceni oppidum ad ſuperos translatus eſt Syl- ueſter Abbas Auximanus nonagenario maior, à quo Syluestrinorum, qui adhuc viget, Sacer *B. Sylueſtri obitus.*

ordo ortum habuit.

Viterbij agebat Pontifex, cum Conradinus ex Hetruria diſcedens eam ipſam Vrbem prætergreſſus conſpici ab eodem Pontifice ſub ſignis voluit, Is igitur improuidum Iuuenem ſic conſpicatus, dixiſſe fertur, *En victima, quæ ad aras agitur*. exinde Romam delatus exceptus eſt ab Henrico Senatore, ac Populo frequentiſſimo ad Pontem Miluium, atque in Capitolium veluti ouans deductus. Romæ haud diù moratus per Tiburtinos, Aequicolaſque in Marſos perrexit. Ventum eſt ad Fucinum lacum, Hoſtis haud procul aberat loco ad pugnam delecto. commiſſo prælio victoria à Carolo ſtetit. cæſa ex hoſtibus ſunt duodecim ferè millia, captis reliquis, aut turpi fuga dilapſis, inter quos Henricus Vrbis Senator infelicis belli fax, eiuſque frater Fridericus, qui haud ita multo poſt apud Caſſinũ prodente illius Cœnobij Abbate capti, ac Regi Carolo traditi ſunt. Conradinus quoque, ac cum eo Fridericus Auſtriacus fuga ſeſe trepidi ſubduxerunt, mutatiſque veſtibus agaſonum ſpecie ad littus, Piſas inde petituri, delati ſunt. conſcenſo itaque breuiori lembo, eundem illum, qui lembo eos exceperat ad

Ann. Chri. 1268.

Conradinus à Carolo victus.

panem, ac reliquum commeatum comparandum miſerunt, quod autem pecunia deeſſet, detractum digito anulum eidem dederunt, ſeu pignori futurum, ſeu precio diſtrahendum. Ea res exitio Adoleſcentibus fuit, quippe huiuſmodi ex coniectura agniti, atque ad Ioannem Frangipanem Oppidi haud longe diſſiti Dynaſtam perducti, ab eo traditi ſunt Carolo, cuius deinde iuſſu Neapolim perducti, ac iudicio damnati per ſummam immanitatem ſecuri ambo percuſſi ſunt. Non defuere Authores, qui traderent, Carolum ſuper captiuis Pontificem conſuluiſſe, illumque huiuſmodi reſponſum dediſſe. *Mors Conradini vita Caroli, vita Conradini mors Caroli.* *captus & ſecuri percuſſus.*

Parta inſigni victoria Carolus Nuceriæ à ſuis iam obſeſſæ copias admouit, ac deditione illam recepit. Siciliam quoque eodem victoriæ curſu, qua parte ad hoſtes defecerat, haud ægrè obtinuit, grauiorique in poſternm iugo preſſit.

Eodem anno 3. Kal. Decembris Clemens Pontifex Viterbij diem clauſit extremum. quod cum vndecim ipſos menſes ante iudicio damnatum Conradinum contigerit, haud ægrè adducor, vt cre- *Clem. Papa obitus.*

 dam

dam Germanos ſcriptores falſo prodidiſſe, Authorem eum Conradini damnationis fuiſſe.

Chriſtianorũ clades Antiochiæ. Per idem tempus Chriſtianorum qui Antiochiæ erant, centum ac viginti millia cæſa à Sarracenis ſunt, quadraginta inſuper millia, qui ætate, aut forma præſtarent in captiuitatem abducta. Ferunt Sanctimoniales ibidem Cœnobio quodam clauſas (quod tria ferè ante ſæcula apud Angliam quoque vſu venerat) ne pudoris iacturam ea in irruptione à Barbaris facerent, naſum ſibi ex condicto omnes ad deformitatem oris contrahendam, præcidiſſe. *Boſſ. l. 10.* *Baron. ad an. 870.* *Sanctimonialiũ facinus.*

Venetijs hoc eodem tempore ſeditio maxima exorta eſt; ærario etenim diuturno ex bello exhauſto, cum nouum vectigal Rectores Vrbis impoſuiſſent, impetu à Populo in Curiam facto, Raynerius Dux lapidibus pene eſt obrutus, tum nobilium aliquot, ac ditiorum domus direptæ. Porrò inter eoſdem Venetos, ac Genuenſes, Pontifice, Galliæque, ac Siciliæ Regibus adnitentibus, pax coaleſcere cum nequijſſet, induciæ ad quinquennium firmatæ ſunt; fœdus quoque cum Piſanis renouatum. *P. Marcell. hiſt. Ven.*

diutinum Rom. Clemente, vt diximus, humanis rebus exempto, Purpurati Rom. Ec- Ann. Chri. 1269.

Eccleuæ Patres incertum qua vi, quoue animorum diſſidio ad 27. menſes interregnum produxerunt maximo rei Chriſtianæ incommodo. *Seats interregnũ.*

Guagn l. 7. P. Aemil in Lud. Mariã l. 13. c. 10. Ad malorum extremum ventum erat in Syria, Regnumque inibi maiorum virtute conſtitutum collapſum iam erat, dum Chriſtiani Principes ferrum inter ſe ſtringerẽt, commodaque publica, & Religionis decus priuatis cupiditatibus poſt haberent, atque interim virtutis indoles, qua res tantæ perfectæ fuerant, conſeneſceret. Sæpius iam, vt memorauimus, irrito conatu Principum, Rerumquepublicarum ſuperioribus annis id bellum fuerat tentatum, nunc verò noua ſeſe occaſio melioris fortunæ oſtentauit, quæ Italiam ſimul, ac Galliam, Hiſpaniam, atque Angliam ad arma certatim repetenda exciuit. Tartari in Syriam iterum delati, cumque Armenis armorum ſocietate inita, Chriſtianæ Religionis hoſtes inuaſerant. Rex eorum Camus Chriſtianos Principes per legatos ac literas tantum non conuicio ad bellum excitabat. Ludouicus ſanè inſtinctu Religionis, vtque Aegyptiam maculam elueret, incredibili belli cupiditate flagrabat. Carolus Africam Italiæ ſemper infeſtam petendam *noua ſacri belli expeditio.*

dam

dam primo aiebat, firmiuſque Regnum ſuum futurum ſperabat opibus Africanis euerſis, aut, ne obeſſe deinceps poſſent, debilitatis. in commune quoque vt conſuleretur ſatius eſſe affirmabat, Africana ſubſidia hoc pacto Syriæ Sarracenis auferri. his perpenſis ita demum tranſacta res eſt, vt Henricus Angliæ Rex in Orientem claſſe contenderet; Galli, atque Itali Tunetum Africæ tum Regiam oppugnarent, eoque capto in Syriam & ipſi properarent, tum, ne quid interim diſſidij inter Gallos, atque Anglos oriretur, vetus quoque controuerſia nouo fœdere, ac legibus ſublata eſt, quibus cautum vt nullum in poſterum ius Anglo eſſet repetendi Normanniam, Cenomanos, Andes, Turones, Pictones, quæ Henrici maiores poſſediſſent, bello autem cum Francis amiſiſſent. Aquitania viciſſim vlteriori, ac citeriori parte potiretur, tum Cadurcis, ac Læmouicenſibus, quæ tamen omnia beneficiario à Franciſ iure obtineret, pro his iureiurando ſeſe illis obſtringeret, & cenſum annuum perſolueret.

Sacri fœderis pacta.

Hæc dum apud Galliam tranſiguntur, legati Tartarorum ad Iacobum Regem Aragoniæ, cum Alarico Perpinianenſi ciue, quem

expeditio male auſpicata.

Rex

Rex antea legatione alia pronocatus ad eos miſerat, venere. & Legati quidem Barcinone ſubſtiterũt, Alaricus autem Toletum progreſſus in Conuentu inibi Principum viſa à ſe, atque explorata, totiuſq; Legationis ſummam explicauit. ea oratione Principum animi non vno modo affecti ſunt. Iacobus ſanè ætate licet confectus miro in ſacrũ bellum ſtudio, atque ardore ferebatur. Eum tamen ita affectum Alphonſus Gener, ac Filia ab huiuſmodi conſilio deterrere, Græcorum fidem, ac Tartarorum immanitatẽ obijcientes, conati ſunt. vicit tamen Iacobi conſtantia, cum negaret, pace Domi parta fas eſſe otio ſe dare, aut vitæ paulo poſt deſituræ parcere in tanto rei Chriſtianæ diſcrimine. Alphonſus, quando ita conſtabat animo, centum aureorum millia in belli ſumptus ſpopondit. Caſtellæ Proceres nonnulli, in quibus Magiſter Militiæ D. Iacobi, & Promagiſter Hoſpitalis Conſaluus Pereira Iacobo comites ſeſe addidere. Claſſe itaque conſcenſa, in qua præter triremes onerariæ erant triginta, pridie nonas Septembris, votis ritè nuncupatis è littore ſoluerunt incommodo licet anni tempore, ac procellis obnoxio, triduo minorem

ta Regis Aragonij.

ex Balearibus attigerunt, cæterum antequam portum tenerent, fœda ventorum tempeſtate diſiecta claſſe alij ad alia littora delati ſunt, Rex ipſe ad Aquas Sextias appulſus, reflante mox vento Agatenſem in ſinum reiectus eſt. Naues aliquot, quæ curſum tenere potuerunt, Duce Ferdinando Sanctio Regis filio ad Atrem Paleſtinæ oppidum vtcumque incolumes appulerunt. Rex ſuorum cohortationibus fractus ſeſe ex maris iactatione aliquot dies refecit, ac propoſiti demum pertæſus, cui ſuperi humanis rebus irati aduerſari videbantur, in Hiſpaniam redijt nullo alio operæ precio.

Sub idem tempus Neapolim venit Margarita Conradini infœlix Mater auri vim magnam ſecum deferens, captiuum filium, quem adhuc viuere exiſtimauerat, ſi fas, à Carolo redemptura. cæterum cæſum iam illum cum reperiſſet, maternæ pietatis officium qualecunque in defunctum præſtare inſtituit. cum autem tumulum in loco cædis extruere vt ſibi fas eſſet exorare Carolum nequijſſet, illud impetrauit, vt cæſi cadauer filij alio translatum ibidem reconderet, ſacramque ædiculam ſuperextrueret, ac redditibus ditaret annuis. *Sum. mont. in Carol.*

Eduar-

Ann. Chri. 1270.

Anglorũ expeditio.

Eduardus Henrici filius Angliæ Iuuentutis Princeps, vti conuenerat, valida cum claſſe in Orientem delatus, copias ad Ptolemaidam expoſuit. ſub ipſam ſtatim deſcenſionem Regius Iuuenis vitæ periculum adijt à ſicario, qui cubiculum ingreſſus vno atque altero eum vulnere ex inſidijs affecit, & ſane confeciſſet, niſi cubicularius præſto actutum fuiſſet. percuſſor è veſtigio confoſſus interijt, porro quiſnam ille, quiſue ſceleris author fuerit ne tum quidem reſciri potuit.

Eduardus Regis filius vix periculum adit.

Gallorũ expeditio.

Gagu. in lud. P. Aemil. in eod. Marian. l. 13. c. 19.

Sanctus interim Rex Ludouicus, Concilio ex vniuerſo Regno coacto, condito teſtamento, Regnique adminiſtratione Duumuiris Simoni de Nella, ac Matthæo Abbati S. Dionyſij permiſſa tribus cum liberis Philippo, Ioanne, ac Petro Kalendis Martij Maſſilia ſoluit, ac prima veluti ſtatione Sardiniam attigit, moratuſque inibi, dum naues reliquæ aduentaſſent, in Africam iter direxit. cum iam Carthago ſeſe in conſpectum dediſſet, præmiſſus à Rege eſt Claſſis Præfectus, qui duas tantum naues in Vrbis portu inuentas ſtatim adortus vi cepit, ac militem in littus eduxit, Rege interim admonito, maiori manu opus eſſe. Is igitur cum claſſe reliqua

actu-

Carthago à Gallis capta. actutum adfuit, expoſitoque in terram milite, Barbaros, qui littora iam compleuerant, egregie vicit, ac profligauit. Vrbs ipſa oppugnari eſt cæpta, nec magno demum negocio capta, at non idcirco debellatum: ad Tunetum Regiam tum Vrbem, *Tunetũ acceduͣt.* ipſa Carthagine nobiliorem, admouenda fuere tunc caſtra. ex itinere cum Gentis Rege, qui obuiam prodierat, fœliciter pugnatum eſt, ad decem Borbarorum millia cæſa, Vrbs obſidione ſepta, quæ ciuium, accolarumque multitudine frequentiſſima, redigi haud ægrè ad commeatus inopiam poſſe videbatur. id cum non magis Gallis, quam ipſis Hoſtibus perſpectum eſſet, hi diutius iam obſeſſi deditionem meditari cœperunt, & iam de condicionibus agere. dum de his diſceptatur, ob noxias extra Vrbem aquas, atque aeris grauitatem vulgaris lues in Gallorum caſtris exorta, miſerandum in modum populari eos cæpit. *peſtis in Gallorum caſtris* correptus ea in primis eſt Ioannes Regius filius, tum Niuernenſis Comes, ac Legatus Apoſtolicus. Subinde ipſe Rex *S. Ludouici obitus.* profluuio ventris laborans, poſtquam ad ſe vocatum Philippum maiorem natu, ſalutaribus monitis, ac doctrina imbuit, ſacris Chriſtianis ſummo cum pietatis ſenſu per-

ce-

ceptis, cinericio in ſtrato decumbens ſeptem & quinquaginta natus annos animam Deo reddidit. *Sancti Regis elogium apud Authorem hic require, vbi & præclara eius ad filium monita ſub nomine teſtamenti habes omninò videnda.*

Actum de Gallis vi morbi, ac Regis obitu conſternatis fuiſſet, ni Carolus Siciliæ Rex eodem ipſo, quo ille obijt, die, in eorum caſtra veniſſet: mœrorem ille vtcumque preſſit, atque à lacrimis temperauit, bonoque omnes animo eſſe iuſſit, tum ferocientes Hoſtes arcta iterum obſidione coërcuit. Cōmodum hoc ipſo tempore Anglorum claſſis Tunetano appulſa littori copias, ſpeſque auxit Gallorum. Dux erat Henricus Cornubiæ Comes Richardi electi Regis Romanorum, qui iam deceſſerat, filius; Hic Eduardo Patrueli, qui Ptolemaidam præceſſerat, ſubſidio miſſus, quod Tunetanam Vrbem in Gallorum poteſtatem propediem venturam cognouiſſet, de Regis autem exitu nondum reſciſſet, eò diuertere ſatius duxit, vnde poſtmodum, vt ſperare fas erat, victricibus cum Gallorum copijs Aegyptum ac Palæſtinam peteret. Igitur Tunetani ab Anglis ſimul, Italis, ac Francis terra, marique obſeſſi op-

oppugnatique, ac fame grauius vrgeri cæpti, mentionem pacis iterum inijciunt. neque illam Chriſtianis aſpernari fas erat; peſtilentia in eorum caſtris in dies magis ſæuiente. firmata itaque pax eſt, ſiue induciæ ad decennium huiuſmodi ſub legibus. expenſas hac eadem expeditione à Gallis factas Sarracenus auro perſolueret. quadragena aureorum millia Siciliæ Regi quotannis numeraret; quot Rex ipſe Romano Pontifici ex formula deberet: captiuos Chriſtianos omnes dimitteret: Fratres ex Prædicatorum, ac minorum Ordine intra Vrbes Africæ reciperet, his de Chriſti lege publicè verba faciendi ius eſſet, ac ſi quis Afrorum Chriſtiana ſacra ſuſcipere in animum induxiſſet, ea miniſtrandi poteſtas fieret. His iureiurando vtrinque firmatis, receptaque auri parte, in Siciliam Itali, ac Galli ſoluunt; magna ſpe cœli mutatione leniri vim graſſantis peſtilentię poſſe. In conſpectu erat Sicilia, cum tempeſtas atrox claſſem ita peſſumdedit, vt merſis non paucis, naues reliquæ miſerè quaſſarentur antequam portum tenerent, Iſabella Philippi Coniux defuncta eſt. Drepani poſtquam fuerunt, vi morbi acrius ſæuiente, Theobaldus Rex

induciæ cũ Tunetanis pacta.

tributũ impoſitũ.

Chriſtiani Siciliã repetunt.

naufragiũ faciũt

Na-

Nauarræ, tum Guillelmus Flandriæ Comes ſublati ſunt. cum vero per nobilia, atque ignobilia capita vis morbi debaccharetur, conſilium omne ſacræ expeditionis proſequēdæ, ſuperis; vt videbantur, aduerſis, diſcuſſum eſt. Sancti Regis præcordia ad Montem Regalem non longe à Panormo, corpus ad B. Dionyſij prope Pariſios religioſe condita ſunt: inferiæ ex Chriſtiano ritu magnificè omnibus celebratæ.

Hoc eodem tempore apud Hiſpaniam aduerſus Regem Alphonſum tumultuatum eſt à Regni Proceribus aſperos illius mores, ac ſeueritatem culpantibus. erat ſane Alphonſo ſublime ingenium, ſed incautum, ſuperbæ aures, lingua petulans, eratque is literis potius, quam ciuilibus artibus inſtructus, cœloque, ac aſtris obſeruandis, quàm populis regendis aptior. opportunum tunc aderat Iacobus Socer Rex Aragonum ad Ferdinandi nuptias Burgos euocatus. Is vt erat à multo vſu callidus, præuiſa, quæ imminebat, tempeſtate ex Procerum alienatione, grauiſſimis cum verbis caſtigauit, monuitque vt à ſubditis ſibi populis amari, quàm timeri mallet; Reip. ſalutem in ciuium beneuolentia eſſe, exitium in odio. omnes Regni ordines ſibi *Seditio in Alphōſū Caſtellæ Regem.*

con-

conciliare ſatius eſſe, id ſi nequiret, Præſules, ac plebem amplectere-tur, quos Procerum inſolentiæ op-poneret. de nullo occultè ſuppli-cium ſumeret formidinis indicio, dedecore maieſtatis. Hæc ferme in Alphonſo vitia culpabantur, quæ ſi opportune enulſa eſſent, magnis ſeſe calamitatibus exemiſſet.

Manichæi ac VValdenſes hæretici. Apud Italiam, ac Galliam ex Pontificio præſertim interregno, ac Principum abſentia recentium Manichæorum, ac VValdenſium hæreſes impune omnia miſcebant. *Vtriuſque ſectæ abſurda, atque impura dogmata, unde pleraque huius aui ſectarios ſumpſiſſe conſtat, ſingillatim hoc loco Author recenſet,* quę, ſi libet, require.

Ann. Chri. 1271. Villan. Blond. Nauclet. Platin. P. Aemil. Philippo Galliæ Regi, ac Carolo Patruo in Siciliam delatis placuit eadem, qua vecti fuerant claſſe, morboſis tamen exonerata, perge-re Centumcellas, quæ nunc Ciui-tas vetus eſt, indeque terreſtri iti-nere Viterbium, qua in Vrbe alte-rum iam, eoque amplius annum Purpuratorum Patrum animos de Pontifice Maximo in defuncti Cle-mentis locum ſufficiendo conten-tio diſtrahebat. Reliquiæ Sancti Regis, filijque, ac fratris maieſtas diſſidentium Patrum animos expu-gnarunt, perniceruntque, vt quo

verborum, ac rationum pondere, alios ad pietatem excitare, confirmareque conſueuiſſent, eo ſibi perſuaderent, vt rebus humanis aliquando tandem conſulerent, ne qui à ſe ſanctitatis exemplum peti contenderent, ij Duces perdendæ reliquæ ſpei nominis Chriſtiani viderentur. ſuis itaque vt orbatis filijs Parentem, Eccleſiæ ſponſum darent, abſentem demum elegerunt in Syria cum Eduardo Anglo agentem Theobaldum Patria Placentinum, eumdemque Eburonum Archidiaconum, Virum planè innocuum, quique ſacris concionibus Gallos, atque Italos ad arma ſacra repetenda excitauerat. Peracta electione, nouoque Pontifici per Oratores nunciata, Reges abierunt, Philippus quidem in Galliam, Carolus in Apuliam, vbi Nuceriam iterum aggreſſus deditione demum recepit.

Gregorius X.

Exacto nondū anno nouus Pontifex, qui poſtea Gregorius huius nominis X. dictus eſt è Palæſtina in Siciliam venit, indeque Brunduſium, tum Carolo Rege Ceperanum vſque deducente per Marſos ac Sabinos Viterbium acceſſit, iterataeque ſui electioni, eiſdem Purpuratis ſuffragantibus interfuit.

Gregorius Pontifex ex Palæſtina in Italiam

Venerat ad eum eodem ferè tē-

op-

Hërici Angli in Tẽplo cædes. pore Henricus Adoleſcens Richardi Regis Filius, quo de ſupra meminimus, Is igitur rei ſacræ in Baſilica D. Laurentij cum intereſſet, à Guidone Monfortio, ob veteres inter Parentes ſimultates ante ipſam aram iugulatus eſt. Eduardus poſtea Henrici Frater Patruelis, occiſi cor in Angliam delatum pixidi aureæ inditum in faſtigio columnæ ad Pontem Londinenſem erectæ collocauit, vt cædis memoria ad vltionem Anglos in momenta excitaret. cæterum Guido diris à Pontifice ea de cauſa deuotus, biennio ferè poſt ſceleris pœnitentia ductus, reſte ad collum circumuoluta ſeminudus nulla ſecuri acceſſus gratia impetrata ad eundem Pontificem Florentiæ tum agentem acceſſit, eiuſque pedibus aduolutus multis cum lacrimis acceſſiſſe ſe noxæ reum, pœnam haud grauate ſubiturum profeſſus eſt. excepit eum Pontifex perbenignè, at non idcirco impunitum ſcelus eſſe voluit. cuſtodiæ itaque traditum, non antea dimiſit, quàm Eduardo, qui iam Rex erat, de his edocto, eo aſſentiente mulctam pro criminis atrocitate indixit.

Balduini conſilium. Adhuc ſupererat Balduinus, quẽ Imperio, Græcorum opera, deiectum diximus. Is occaſionibus inten-

tentus omnibus, per quas priſtinum & decus & regimen reciperet, Carolum Siciliæ Regem adijt, initaque cum eo affinitate per filiorum vtriuſque nuptias, illum ad bellum Paleologo inferendum impulit. id ille cum perſenſiſſet legatione ad Gregorium Pontificem inſtituta, de ineunda veteris, ac nouæ Romæ concordia, iungendaque Græcorum Eccleſia cum Romana apud eum egit prolixe omnia pollicitus, dum Pontifex Caroli expeditionem auerteret.

Gregorius, qui ſuæ ipſius electionis nuncio apud Palæſtinam acce- *inſtauratio ſacri belli.*
Ann. Chri. 1272. pto, pro concione ad Populum illud ex Regio Vate præfatus fuerat.
Boſſ. l. 10. *Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea* & ſua ſponte, & Eduardi Angli, quem ibidem cum copijs reliquerat, precibus, mirum in modum ad ſacrum bellum redintegrandum impellebat. Ergò ante omnia ære ipſe ſuo quingentos equites, nec pauciores pedites armis, pecunia, ac commeatu inſtructos conſcripſit, conductiſque à Venetis triremibus impoſitos in Orientem miſit. Cum autem bellũ inter Venetos, ac Genuenſes vires Chriſtianorum diſtraheret, Philippo in Galliam reuertenti Author fuit, vt diſſidentes, aut

perenni pace conciliaret, aut certe inducias inter eos ſtatueret. ea de cauſa Philippus Cremonæ aliquandiu ſubſtitit, vocatiſque vtriuſque Gentis legatis pacem inter eos ad quinquennium compoſuit. tum vero ipſe ad vtroſque legationem inſtituit, enixeque illos ad ſacrum bellum hortatus eſt.

Greg. Conciliũ Oecumenicũ indicit. Ad hoc idem cum nihil magis conducere Gregorius Pontifex exiſtimaret, quam Oecumenici Concilij celebrationem, ad illud poſt biennium cogendũ tum alios Chriſtianos Principes, tum Michaelem ipſum Paleologum Græcorum Auguſtum inuitauit.

Hentij Sardiniæ Regis obitus. Hoc ipſo Anno pridie Idus Maias Bononiæ deceſſit Hentius Sardiniæ Rex Friderici Aug. filius, cum annos amplius 20. in cuſtodia ibidem fuiſſet: elatus eſt pompa Regia, inque D. Dominici Templo cõditus marmoreo tumulo, quod adhuc viſitur. Nec ita multo poſt è viuis ſublatus eſt Henricus Angliæ Rex, Eduardo V Valliæ Principe, atque Edmundo Lancaſtriæ Comite filijs ſuperſtitibus, à quibus albæ, rubræque roſæ, quæ illorum erant inſignia apud poſteros factionum nomina fuere. *Item Herici Angliæ Regis.* *ep. 3. lat. 2. Kal. April. ep. 17. Kal. Nou. Sigon. l. 20. de Regn. Ital.*

Eodem ferè tempore Meto Scytharum ſeù Tartarorum Rex Chriſtia-

ſtianis ſacris initiatus Haloni fratri bellum in Sarracenos demandauit. Is Perſide ſex fere mẽſibus ſubacta Babylonem expugnauit, captumque ibi Califam, inter congeſtos ab eo auri, argentique aceruos conſtitutum, ac veluti merſum, ſepultumue, inedia mori coegit.

Ann. Chri. 1273. *Leonard. Aret. Io. Vil l. l. 6.* Gregorius interim celebrando, quod iam indixerat, Concilio Lugdunum Galliæ Vrbem deſignauit, quo & maturius ſe contulit; ex itinere Florentiam digreſſus, extorres Ciues reduxit: cum verò haud ita multo poſt contra iuriſiurandi religionem iterum pulſi fuiſſent, turbulentæ Vrbi ſacris interdixit. *Gregorius Florentiæ.*

Rodulpho Imperij nondum potenti Gregorij ſuaſu ſeptemuiri Electores, Francfordiæ iterum coacti, æmulis Alphonſo Hiſpano, atque Ottocaro Boemo præteritis, Romani Cæſaris inſignia contulerunt. *Rodulphus Imp.*

Ann. Chri. 1274. *Plat. & Ciacon.* Ad præſtitutam Concilio diem Kalendis Maij Lugduni adfuere Epiſcopi plus minus quingenti, Abbates 9. Sacrorum Miniſtri alij magno numero. interfuere à Michaele, atque Andronico Augg. tum à Conſtantinopolitano Patriarcha Apocriſarij, aliique illius Aulæ Proceres ad quadraginta. Ex his Georgius logotheta Michaelis nomine Græcorum ſchiſma, *ex formula,* *Concilium Lugduni.*

Græco-rũ cũ Rom. Eccleſia cõcordia. *quæ hic habetur* abiurauit, Primatum Romanæ Eccleſiæ agnouit, Fidei profeſſionem contra Græcorum errores édidit. Balduinus quoque adeſſe voluit. ad hæc Regum, ac Principum aliorum legati, in primis veró Tartarorum. *Porro ipſius Concilij hiſtoriam, ac decreta in Epitomen redacta apud Authorem hic habes ſcitu periucunda.*

S. Thomæ Aquinatis obitus. Vocatus cum alijs ad Concilium fuerat D. Thomas Aquinas. eò dum pergit, apud Monaſterium Foſſæ nouæ prope Terracinam correptus morbo Nonis Martij extinctus eſt. Porro ea eſt illius fama doctrinę, ac Sanctitatis, nullius vt præconium magnopere, commendationemq; deſideret. *res ab eo præclare geſtas ſummatim hic Author recenſet, quæ ex illius Diplomate huc pariter allato peti poſſunt.*

Concilio abſoluto Michaelis, atque Andronici legati, ac reliqui Græcorum Proceres in Orientem reuerterunt; his Gregorius ſuos ipſe Legatos ad Auguſtos adiunxit, qui ſam initam Lugduni concordiam, Græcorum omnium aſſenſu ſtabilirent, ſpe certa fretus omnia ex ſententia proceſſura. cæterum Gentis perfidia, ac leuitate, Ioſephi quoque Patriarchæ inconſtantia, ac proteruia, tum verò etiam Andronici *Ann. Chri. 1275. Niceph. Gr. l. 5.* *Græci cõcordia reijciũt.*

nici

nici Aug. ſcelere factum eſt, vt, nulla iuriſiurandi ratione ducta, Græci ad ingenium redirent, ac ſempiternæ ſeſe noctis tenebris inuoluerent. Michael ſecum ipſe reputans, ac probe ſentiens, quantum non dedecoris modo, ſed etiã periculi ea in receſſione eſſet, aduerſantes ſibi ciues blanditijs primo aggreſſus eſt, tum vero etiam minis, atque ſupplicijs. cæptam eam eſſe rem aiebat nullo ſtudio nouitatis, ſed propter temporum difficultates; eſſe autem prudentiæ impendentes præcauere calamitates, ſi quid porro ad grauiora mala auertenda nouare oporteat, non eſſe cunctandum, ſi enim Hoſtes (quo nomine Latinos appellabant) irritentur, ac nouis diſſidijs, atque iniurijs euocentur, Dominos eos futuros non tantum ſacrorum, quæ communia cum ijs habere dedignarentur, ſed etiam liberum, Coniugum, ac rerum omnium; quæ cum ipſe præuideret, neceſſitati parere non recuſaſſe; exiguumque rerum diſpendium, quod prudentiæ munus ſit, magno emolumento poſthabuiſſe. his ad politicos calculos ſubductis rationibus, cum paucos admodum permouiſſet, vt erant rerum ſuarum vaniſſimi æſtimatores, poteſtate vſus eſt; itaque

relegationibus, bonorum publicationibus, ſupplicijs denique in refractarios agere non dubitauit. ſed neque his quicquam perfecit, in quibus multi martyrium, ac coronas ſomniantes quærebant.

Pontificis, ac Alphonſi cõgreſſus. Pontifice Lugduni adhuc agente Alphonſus Rex, qui Perpinianum acceſſerat, eius ſe colloquium optare ſignificauit, ad quem Pontifex præſtolaturum ſe illum apud Belcairum Oppidũ Rhodano præterfluente nobile, reſcripſit. acceſſit Rex, elegantique oratione *ab Authore hic relata* de Rodulpho, ac Germaniæ Proceribus acriter apud Pontificem expoſtulatus, permouere eum conatus eſt ad titulos ſibi Auguſtales deferendos. ad quem ille publice ſalutare fuiſſe dixit nouum Cæſarem è Germanis eligi, priuatim autẽ ipſi Regi haud ignominioſum, neque enim Hiſpanos Germanis imperare magis æquum eſſe, quàm Hiſpanis Germanos; Germaniæ iter auium ipſi, ac impeditum, Gentem ferocem, Vrbes munitas: priora ſtudia reſediſſe: aduerſus illorum conſenſum vires, quæ ſatis eſſent, vix poſſe comparari: multum infamiæ fore victo, victori fructum exiguum: præſtare ſua tueri, quàm aliena appetere: eam eſſe benefactis ab eo gloriam

par-

partam, nullo vt poſſet eius nomen tempore, nulla ignominia obſcurari: daret Deo, daret Religioni, Reique publicæ, ſi quid noua electione prępoſtere actum videretur. his Pontifex adiecit complexum, atque oſculum, inſita à natura comitate, multoque vſu edoctus, huiuſmodi blanditijs commotas aliorum mentes ſedare. depoſita itaque Imperij adipiſcendi ſpe, Sueniæ Principatum Conradini obitu materno iure ad ſe delatum ambire cœpit, tum Vaſconiam antiquis maiorum ſuorum iuribus repetitis, denique Henricum fratrem captiuum adhuc apud Carolum reddi ſibi Pontificis iuſſu poſtulabat. his haud quaquam impetratis, ſubiratus receſſit.

Pridie Idus Iulij eiuſdem anni Lugduni moritur D. Bonauentura Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, *D. Bonauentura obitus.* *cuius vitæ primordia, reſque ad exitum vſque præclarè geſtas ſummatim hic Author recenſet, quem require.*

Belcairo Pontifex Lauſannam cum acceſſiſſet, conuenit ibidem *Pontificis & Rodulphi cõgreſſus* illum Rodulphus Cæſar, cumulateque omnia præſtitit, quæ Orator illius pollicitus Lugduni fuerat. Diploma ab eo tum editum extat adhuc Aeliam apud Arcem. Sacra-

mentum quoque ab eo præſtitum legitur inter ſacros Canones.

Gregorius Italiã repetit His, alijſque Gregorius apud Galliam peractis, Italiam repetijt. Florentiam, quod Eccleſiaſtico interdicto adhuc eſſet obnoxia, prætererat: cœterum Arno tum forte exundante, vt ponte illum tranſmitteret, eam ingredi coactus fuit, & Populo quidem enixè poſtulanti bene precatus eſt, ſtatim autem digreſſus, nequaquam vinculis ſeſe eam ſacris ſoluiſſe teſtatus eſt.

Prodigioſus partus Obijt hoc anno, ſiue, vt inſcriptio habet ſepulchralis, ſequenti Margarita (*Mathildem Author hic vocat*) Florentij Hollandiæ Comitis filia, Hermanni Comitis Henneburgenſis Coniux à prodigioſo ſtatim partu, quo filios promiſcui ſexus enixa eſt CCCLXIV, qui poſtquam a Guidone Epiſcopo Traiectenſi in pelui quadam ſacro baptiſmate abluti ſunt, & maſculis quidem Ioannis, Fœmellis Eliſabet nomen impoſitum eſt, ipſorum omnium (ita in eadem inſcriptione) cum Matris anima ad Deum æternaliter victuræ redierunt, corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt. hoc porro fabuloſum haud quaquã eſſe ſatis ſuperque docet marmoreus opere antiquo tumulus; qui adhuc extat in Templo Looſduinen-

nenſis Abbatiæ, cui fidem abrogare poſſe vix ſanæ mentis quiſquam videtur. *conciliare his fidem vtcumque poteſt, quod nos ipſi, qui Epitomen hanc ſcribimus, Peruſiæ non ita multos ante annos accidiſſe nouimus, vbi apud virum Nobilem nobiſque peramicum canis venatica catellos minutos eos quidem, at probè efformatos, & plurimum viuentes ſupra ſexaginta ſemel peperit.*

Ann. Chri. 1276. *Maſſō in Innoc.* Aretium Hetruriæ Vrbem Gregorius Pontifex vix ingreſſus, lethifero correptus morbo, interijt 3. Idus Ianuarij, ſepultuſque eſt maiori in Templo: miraculis porro poſt mortem editis, *quæ hic referuntur*, ante actæ vitæ gloriam illuſtrauit; illius vero nomen Eccleſiaſticis adſcriptum tabulis clarum apud poſteros habetur. tum vero qui aderant Cardinales, ex lege nuper à Gregorio ipſo edita, comitijs habitis, ipſo die S. Agneti ſacro Petrum Tarantaſiæ apud Allobroges Municipem ex ſacro Prędicatorum inſtituto, Pontificem renunciarunt. Is porrò, Innocentij nomine aſſumpto, nihil prius habuit, quàm vt diſſidentes Italiæ Populos pacaret. Quamobrem Piſanos, ac Lucenſes, legatis ad eos miſſis, ad concordiam reuocauit. Florentinos, quod Gibellinos extorres re-

Gregorij Papa obitus.

Innocētius V.

cipere in Patriam in animum induxiſſent, ſacris vinculis exſoluit. Genuenſes quoque ac Venetos iterum diffidentes conciliaturus, niſi inſperata morte ſexto Pontificatus menſe nondum exacto, ſublatus fuiſſet. *Innocentij Papæ obitus.*

Maſſõ. in Hadrian. Poſt hunc ad 4. Idus Iulij de more iterum coacti Patres Summum Sacerdotium Hadriano huius nominis quinto concordibus ſententijs ac ſuffragijs detulerunt. Patria is fuit Genuenſis Gente Fliſca ex Comitibus Lauaniç Ottobonus antea vocatus tit. S. Hadriani Diaconus Cardinalis. cum verò inter infortunia delatum ſibi munus numeraret, & præ ſe etiam ferret paucis, ex voto, diebus eo ſub pondere ſuſpirauit 15. Kal. Septembris ex humanis ſublatus. *Hadrianus V.* *Hadriani obitus*

Ioannes XXI. antea Petrus Hiſpanus. Iuſtis Chriſtiano ritu Hadriano perſolutis, eidem ſucceſſor datus eſt Ioannes hoc nomine XXI. Vliſſipone apud Luſitaniam natus, philoſophicis ſtudijs in primis verò arte medica probe inſtructus. Hic eſt Petrus cognomento Hiſpanus, cuius opus eſt egregius de arte logica commentarius. ſcripſiſſe inſuper ante Pontificatum fertur canones quoſdam de arte medica, item opus quod Medici theſaurum pauperum dixerunt; tum problemata

An-

Ariſtotelis exemplo non contemnenda. Pontificatu ſtatim inito, legatione ad Michaelem Aug. inſtituta enixe illum hortatus eſt ad cōcordiæ leges ſeruandas, ac Fidei profeſſionem ex Lugdunenſis Concilij præſcripto emittendam; fœliciter tum quidem legatio ceſſit. quippe Michael Ioſepho Patriarcha, qui concordiæ aduerſabatur, in ordinem redacto, ac Ioanne Beco eidem ſubrogato, & Fidei confeſſionem expetitam emiſit, & litteris, *quæ hic habentur* ad Pontificem Ioannem datis teſtatam voluit. perurgere ad hæc eum potuit Balduinus, qui Philippo filio Imperij titulis ornato, filia vero Siciliæ Regi Carolo deſponſata, bellum aduerſus Græcos meditari videbatur. Carolus ſane Hieroſolymitanum Regnum vt qui maxime ambiebat, cuius titulos à Maria Almerici olim Regis pronepote pecunia redemerat. porrò illud adepturum ſe haud ægrè Balduino ſocero ad Imperium reſtituto arbitrabatur, imo & ipſum Orientale Imperium iure vxorio ſpe iam improba deuorauerat.

Michaelis Imp. fidei profeſſio.

Iacobus interim Aragoniæ Rex victorijs aſſuetus, nam tricies amplius cum Mauris collatis ſignis fœliciter pugnauerat, ex eiuſdem hoſtis

Mar. l. 14. c. 2.

Iacobus Aragonius à Mauris victus.

ſtis contemptu prælio ad Luxetum inito clade maxima affectus eſt, ex qua maximum in mœrorem cum incidiſſet, haud ita multo poſt Valentiæ obijt 6. Kal. Auguſti Petro filio ad Regnum vocato.

Per idem tempus res Chriſtianorum apud Syriam peſſum ire cęperunt, Tripolitano Comite, ac Templarijs militibus inter ſe digladiantibus, Vgo autem Luſignanus Rex, ſiue ex ignauia, ſiue illorum diſcordias pertæſus, ſiue in ius à Romano Pontifice vocatus, relicta Syria Cyprum ſeceſſerat. controuerſiam illi de Regno mouerat Maria, qua de meminimus, quamque poſtea Regni iura Carolo ceſſiſſe diximus. porrò Carolus eam poſt ceſſionem Rogerium Comitem Sanſeuerinatem Regno adminiſtrando ſummo cum imperio miſit, cui cum ſeſe Templarij milites iunxiſſent, Milites autem S. Ioannis neque à partibus eius ſtetiſſent, neque tamen aduerſati fuiſſent, ille tamen horum bona ſuaſoribus Tēplarijs fiſco addixit. Sic per mutuas Chriſtianorum diſcordias Sarraceni vires ſuas immane quantum auxerunt. Ad hęc Henricus Daniæ Princeps haud ita pridem illuc delatus ab eiſdem captus totos vigintiſex apud eos annos miſera-

bili

bili in ſeruitute conſenuit.

Ann. Chri. 1277. Viterbij agebat Ioannes, cum octauo Pontificatus menſe vix dum exacto, contignationis ruina ſuper ſtrato, in quo ſomnum capiebat, oppreſſus, ſexto à caſu die extinctus eſt. productum eſt interregnum ad ſex menſes Carolo Rege omnia miſcente, & Sacratioris Cõclauis cuſtodiam ſibi vendicante, cui & Senatori Vrbico, & Imperij Vicario omnia licere exiſtimaret. itum demum eſt in ſuffragia, euectuſque Ioannes Caietanus Vrſinus, quem ipſo die feſto Diuæ Virginis, ac Martyris Catharinæ ſolemni ritu inauguratum Nicolai III. nomine ſalutarunt. *Ioannes Papa ex tecti ruina extinctus.*

Bõſin. dec. 2. l. 8. Dubrau. l. 17. Bellum interim atrox exortum eſt inter Rodulphum Aug. atque Ottocarum Boemiæ Regem. Hic Rodulphi copias, quibus Vngaricę ſubſidio venerant iure veritus (& erant vtriuſque copiæ ad teli iactum) rei ſuæ conſulens legatos ad Auguſtum miſit, per quos iuraturum ſe ritè pollicebatur, ſi modo honoris ſui cauſa intra Auguſtale tabernaculum, atque adeo conclaue id fieret. accepit condicionem Rodulphus, accitumque Regem in tentorium ſublimi conſpicuus ſolio admiſit. Ergo dum is ſupplex ad Auguſti genua prouolutus ſolemne *Nicolaus III. Rodulphi cũ Ottocaro bellum. Rodulphi aſtus.*

Sa-

Sacramentum ex more preſtat; tentorium ex induſtria compoſitũ in partes quatuor extemplo ſolutũ decidit, atque Ottocarum ad Rodulphi genua ſupplicem vtrique exercitui ſpectãdũm exhibuit. hinc Germanis ſuum Principem elato ſublimem ſolio lætis, illinc Boemis ſuum in Genua procumbentem deiectis oculis, atque animis ſpectantibus. hoc pacto deluſus Rex pudore ſimul atque indignatione percitus, abſceſſit, ſtatimque vxore in primis faces ſubdente bellum redintegrauit, in quo tamen ipſe victus, ac cæſus eſt, quod ſequenti anno contigit.

Peruenerant Romam à Michaele Paleologo legati ab eo ad Ioannem miſſi, eos Nicolaus excepit, audiuitque, dimiſſis porrò ſuos ipſe ad Michaelem adiunxit datis ad eundem literis, *quæ hic recitantur*. Ann. Chri. 1278.

Diſſidia inter Paleologũ, ac Carolum.

Cum autem Carolus Rex pactas cum Michaele inducias ſuppetijs Philippo Balduini filio miſſis, negligeret cuſtodire, æquum Nicolaus duxit ſuam hac in re authoritatem interponere, atque arma, quæ à Michaele quoque parabãtur auertere, tum vt Chriſtiano ſanguini parceretur, tum vt tantopere cupita vtriuſque Eccleſiæ vnio firmaretur.

Non deerant ex Campanis, ac Siculis, qui Paleologum in Carolum incitarent, præcipuus in his fuit Ioannes à Prochyta, cuius Inſulæ inferi maris non longe à Neapoli Manfredo Rege olim Dominus fuerat, quam ei Carolus ademerat. Is ſimulandi, vt qui maxime, ſciens, abiectis conſuetis indumentis, tritam, ac vilem tunicam è veſtiario Fratrum minorum adſciuit, qua ſanctimoniæ, aut dementiæ ſimulatione omnia ſibi terra marique peruia, ac tuta reddidit. *Io. à Prochyta.*

Rodulpho quoque Auguſto hoc tempore non bene cum Carolo conueniebat, quod hic pro Imperiali Vicario apud Hetruriam, pro Senatore apud Vrbem ſe gereret ipſo Auguſto improbante. quo factum, vt Carolus Nicolao quoque adnitente vtrumque munus volēs, lubenſque vt videri voluit, depoſuerit. tum vero, cum maximè æquum eſſe diceret Pontifex, Romanos ciues à conciuibus regi, Senatores dicti ſunt Ioannes Columna, ac Pandulphus Sabellus. *diſſidia inter Rodulphum, ac Carolum. Ioannes Colūna. Pandulphus Sabellus.*

Hoc eodem anno Rodulphus cum ſuum in Italiam aduentum ad auguſtalem coronam capeſſendam diſtuliſſet, fratrem Conradum ex Minorum inſtituto ad Nicolaum

miſit, per quem omnia in rem Eccleſiæ Romanæ rata eſſe voluit, quæ per legatos in ſynodo Lugdunenſi, quæque ipſe coram apud Lauſannam Gregorio Pontifici ſpopondiſſet. Cæterum cum contra huiuſmodi ſponſionem ſacri Imperij Cancellarius, qui à Rodulpho in Italiam venerat hoc ipſo tempore eo inſcio, aut conniuente Vrbes complures ad Romanam Eccleſiã ſpectantes in ipſius Rodulphi verba adegiſſet, deque ea re Nicolaus acriter apud eum expoſtulaſſet, miſſus iterum ab eo eſt Godofredus Præpoſitus Solienſis Regalis Aulæ Prothonotarius, qui Nicolaum Viterbij cum conueniſſet, coram eo, ac Purpuratis compluribus Auguſti nomine, ac iuſſu geſta per Cancellarium abrogauit, irritauitque. tum verò ipſe Pontifex Latinum, ac Bertoldum Vrſinos Cardinales, *literis, quæ hic habentur*, munitos in Aemiliam legauit, qui ſeductos à Cancellario apud eam Populos, atque à Gibellinis Guidone in primis Comite Montis Feretri impulſore, ad perduellionem ſollicitatos in officio continerent.

Latinus & Bertoldus Vrſini Card.

Galliæ & Hiſpaniæ Regũ diſſidium.

Exarſerat haud ita pridem bellum inter Philippum Galliæ, atque Alphonſum Caſtellæ Reges, quod hic nepotibus ex Ferdinando filio præ-

præmortuo, ac Blanca Philippi ſorore præteritis, Regnum Sanctio filio minori natu pararet. ea vt auerteret arma Nicolaus, quod Ioãnes quoque antea tentauerat, legatis Toloſam miſſis, vtrique Regi vt diem dicerent imperauit, & quod ex æquo & bono eſſet decernere. Et Philippus quidem non abnuit arma deponere, remque Pontificis arbitrio permittere. Alphonſus vero adduci nulla vi potuit, vt Pontificis monitis obtemperaret, quod quàm malè illi verterit, ſuo loco recenſebimus.

Eiuſdem porro Galliæ Regis rogatu Nicolaus permiſit, vt publica vitæ, ac miraculorum D. Ludouici Patris, quæ in dies magis inclareſcebant, fieret inquiſitio. negocium datum eſt Guillelmo Abricenſi Decano, ac Rodulpho Regio Mareſchallo. *Inquiſitio ſuper vita & miraculis D. Ludouici.*

Euectus hoc eodem anno eſt à Nicolao Pontifice ad Archiepiſcopatum Gneſnenſem Frater Martinus Polonus Ord. Prædicatorum Pontificius Cappellanus, ac Pœnitentiarius. Hic eſt Martinus Hiſtoriæ concinnator, cui tot fabulæ tribuuntur. ea in primis de Ioanne, quę fœmina cum eſſet ad Rom. Pontificatum aſcendiſſe fertur, quamquam hæc in authographo, *Martinus Polonus.*

quod

quod extat, exemplari non leguntur, vt dubium non ſit à nefario ex quopiam impoſtore fuiſſe tradita. Sunt qui tradant, eum fuiſſe Conſentinum, alij Beneuentanum, cum tamen Pontifex in Diplomate Polonum vocet. obijt Bononiæ, dum ad decretam ſibi Eccleſiam pergeret, ſepultuſque eſt in Templo inibi D. Dominici ante aram maximã, vbi adhuc inſcriptio legitur ſepulcralis.

Poſthæc Rodulphus Viennę Auſtriæ Vrbe Germaniæ Procerum Conuentu habito, horum omnium ſuffragijs priuilegia Romanæ Eccleſiæ nouo diplomate confirmauit. Principes quoque ipſi ſuum ab Authore hic relatum edidere, in quo ditiones omnes ad Romanam Eccleſiam ſpectantes ſingillatim recanſentur. Ann. Chri. 1279.

Iura & Ditiones Rom. Eccl.

Octuageſimo ſæculi anno Nicolaus Pontifex diem clauſit extremum, eius obitum prodigioſum Tiberis incrementum prænunciaſſe viſum eſt. illud nequaquam eſt prętereundum eidem adhuc periculo D. Franciſcum à Patre hoſpitio exceptum ſummum Sacerdotium prædixiſſe. Pontificias apud Vaticanum ædes cultu ac ſumptu maximo extruxit. Baſilicam quoque ipſam ornauit, tum ad diuinum in Ann. Chri. 1280.

Nicolai Papæ obitus.

ea cultum augendum Sacerdotiorum numerum, ac redditus auxit Diplomate hic relato prolixe admodum hac de re edito.

Le. Ad. de Vir. Illuſtr. l. 3. Eodem ferè tempore obijt Albertus Magnus, qui aliquot ante annos Clemente IV. Pontifice annuente Epiſcopatu Ratiſponēſi relicto, Coloniam Agrippinam ad cellulam ſummopere expetitam redierat, repetitoque priſtino ſcribēdi, docendique munere, ſanctiſſimè quod vitæ reliquum eidem fuit exegerat. ducentos ferè poſt annos cadauer exhumatum integrum, nullaque ex parte deformatum repertum eſt. qua ſpecie ac ſtatu hæc nobis prodentibus adhuc cerui, ac perſtare dicitur. *Alberti Magni obitus.* *Crant. Metr. l. 8.*

Ann. Chri. 1281. Sublectum Nicolao quidam ferunt Ioannem Viterbienſem (ſiue is Vercellenſis fuerit) Ordinis Prędicatorum Magiſtrum Generalem. cęterum antequam huiuſmodi electionis nuncium accepiſſet diem obijſſe. illud exploratum eſt non ſine Purpuratorum Patrum diffidijs Vrſinis quoque Cardinalibus à Richardo Annibalio Comitiorum Præfecto, ac Viterbienſibus è conclaui extractis, ac in vincula coniectis, Carolo in primis Rege adnitente, ac ſuę Gentis gloriæ ſtudēte Simonem de Bria natione Gallum,

Virum alioquin probatiſſimum, Pontificem poſtea fuiſſe renunciatum. Is Martini ſibi nomine indito Viterbienſes ob illatam, quam diximus, Cardinalibus vim, deteſtatus, Vrbemueterem abijt, vbi ad 10. Kal. Aprilis ſolemnia ſacra omnia ſuſcepit, peregitque. Venientem ad ſe Carolum Regem benignè excepit, & Senatoriam Vrbis dignitatem iterum eidem contulit, quod ſine Romanorum ciuium indignatione fieri nequijt. Itaque Ioannes Vrſinus tumultuarijs conſcriptis copijs ſuorum iniurias ſimul vlturus, ſiue potentiam aduerſus Carolum aucturus, Viterbienſem agrum longè lateque populatus eſt. Martinus, qui apud Faliſcos diuerterat, cum ſubiectum oculis Viterbienſem agrum ardere, ac ſanguine fœdari cerneret, Matthæum Vrſinum ſupremi Ordinis Antiſtitem Romam legauit, qui res inibi componeret, & Ioannem belli Ducem conſanguineum ab incendijs, ac rapinis, ſi fas, abduceret. res ex animi ſententia peracta eſt. Richardus Annibaldæ factionis Princeps, vt cenſura Eccleſiaſtica exſolueretur, laqueum collo impoſitum deferens ad legati genua prouolutus, veniam ſuppliciter petijt, ac impetrauit, quod & Viterbien-

Martinus IV

bienſium Primores aliquot præſti-
tere, & ſacra Vrbi adempta hac
ratione reſtitui commeruere.

Dum hæc Romæ aguntur, Luchinus Matthæus Vicariam Hetruriæ adminiſtrationem à Rodulpho adeptus, Florentinos, ac Lucenſes vix dum ab inteſtinis diſſidijs quietos vexare occępit. Peruſini Fulgineum ſubita vi captum mœnibus nudarunt, quamobrem ſacra eis à Pontifice adempta ſunt. Aemiliæ quoque pars maxima Romanæ ſeſe Eccleſiæ Imperio exemit, ad quam recipiendã Pontifex à Philippo Galliæ Rege equites quingentos Guidone Appio Duce obtinuit; cœterum dum is Forumliuij obſidet, eruptione à ciuibus facta cum toto propemodum equitatu ad internecionem cæſus eſt; Deo auaritiam militarem, ac templorum direptiones vlciſcente.

Tanta erat Gallorum hoc tempore apud Siciliam licentia, ac petulantia, vt iam Siculos non liberorum hominum, ſed mancipiorum loco habere viderentur; ſæuitia immanis erat, auaritia inexhauſta. iacturæ bonorum optabiles erant, modo ſupplicia ceſſarent. his accedebant libidines in vxores, ac filias Siculorum, neque alicui noua nupta in maritalem thorum ad-

Origo cladis Gallorum in Sicilia

adducebatur, quin eius antea pudicitiam Regius Dux, aut Præfectus prælibaſſet. Seruile hoc iugum Siculi diutius perpeſſi cum fuiſſent, ac tum à Rege, tum à Pontifice auxilium incaſſum poſtulaſſent, ſuperante demum patiẽtiam magnitudine iniuriarum ab externis Principibus ſubſidia quæſierunt. Conſiliorum Princeps erat Conradus Dynaſta Antiochenus Manfredo, ac Conradino olim addictiſſimus, eorum porro exequutor Ioannes à Prochyta. Is ad Michaelem Auguſtum, ac Petrum Aragonium vltro citroque cum commeaſſet, haud ægrè vtrumque impulit ad Gallos quacumque demum ratione ex Inſula deturbandos. & Michael quidem pecuniam abunde contulit Petro ad claſſem parandam, inſtruendamque; quod dum ille præſtat, Pontifici, ac Philippo Gallo affini quęrentibus, quidnam eo apparatu bellico moliretur, parare ſe aduerſus Mauros claſſem reſpondit, eamque in rem aureorum viginti millia à Philippo impetrauit. Rebus hac ratione inter Principes Siculis ſtudentes tranſactis, Ioannes Prochyta Primoribus aliquibus ex eiſdem Siculis rem aperuit, deque ea perficienda conſilio, atque aſtu miro diſſeruit, ipſo die Chriſto reſur-

ſurgenti ſacro, ſigno veſpertinarum precum audito, ex compoſito Siculi Gallos adorti ad vnum omnes, nullo ętatis, nullo ſexus diſcrimine occidione occiderunt, hinc Siculus Veſper in prouerbium abijt. Gallorum Naues, quę varijs in portubus erant, ſtatim occupatę, nouiſque epibatis inſtructę, dum Petri claſſis aduentaret, quę haud diu cunctata eſt, cum tamen prius littorales Aphricę oras populata eſſet, ne Rex mendax omnino videretur. ante illius aduentum Carolus ex Hetruria, vbi cladis nuncium acceperat, Rhegium delatus, vtcumque collectis nauibus Meſſanam cum copijs traiecit, Vrbemq; oppugnare inſtituit ardētibus Gallis cupiditate vlciſcendę commilitonum necis, eorumque Manibus Mamertinorum ſanguine parentandi. rei non ignari erant obſeſſi, itaque non Iuuentus modo, ſed & pueri, ſenes, ęgri, validi, fœminę quoque non munia quęcumque non pericula detrectabant, nulla à multis ſęculis acrior contigit aut oppugnatio, aut propugnatio. Poſt Petri ad Inſulam appulſum litterę ab vtroque Rege ad alterum vltro citroque datę ſunt conuiciorum plenę, quę amborum animos magis, magiſque exacerbarunt. Pa-

Siculus Veſper.

Meſſanę oppugnatio.

nor-

Siculorũ ad Pontificem legatio normitani quoque ad Martinum Pontificem legatos miſerunt, qui ad eius pedes prouoluti huiuſmodi eum ex ſacris precibus petitis verbis compellarunt. *Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis*, quę cum ſemel, atque iterum pronunciaſſent, tertio addiderunt, *Qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*. cęterũ cum alia omnia potius, quam Gallorum iugum iterum ſubire ſtatuiſſent; anathemate omnes vnà cum Aragonio Rege antea monito perculſi ſunt.

Carolus imparem ſe hoſtibus maritimo pręſertim bello ſentiens Vicario Regni Carolo maiori natu filio relicto, in Galliam profectus eſt, vnde copias quam maximas terra, marique exciuit. Per idem tempus cum vulgo Petrus male audiret, quaſi non virtute fideret, ſed aſtu, doloque malo rem ageret, atque artibus nequaquam regijs niteretur, ipſe vltro ętate licet prouectiori, Carolum & ipſum grandiorem natu ad ſingulare certamen per Caduceatorem prouocauit. Si Rex, ſi Dux, ſi Vir eſſet, congredi non detrectaret, immunem Siciliam malorum pręſtare ſatius eſſe, vt ſalua, incolamis, ac florens Victorem ſequeretur. Id periucundum Carolo accidiſſe viſum *Ann. Chri. 1282.*

Regũ ad ſingulare certamẽ prouocatio.

ſum

ſum eſt, quod ſuam, ac Gentis gloriam hoc pacto illuſtraturum ſe exiſtimaret; placuit enim centenis vtrinque equitibus rem perfici: de loco diſceptari eſt cœptum; quemadmodum etenim Sicilia Carolo, ita Italia reliqua Petro ſuſpectior; Burdegala Vaſconiæ Vrbs, quę ad Regem Anglum ſpectabat huiuſmodi eſſe locus viſus eſt, quem neuter defugere iure poſſet, dictæ leges, receptæque, ac iureiurando firmatæ. Eam ſtipulationem Pontifex cum factam audiſſet; & tum iura Eccleſiæ ea ratione imminui, tum rem inter Chriſtianos inſuetam, atque adeo nefariam, ſacriſque legibus vetitam inuehi vidiſſet, Carolum ne ſe periculo committeret, neue Regnum alieni iuris aleatorio veluti iure ludo exponeret, remq; peſſimi exempli induceret, etiam atque etiam admonuit. pacta inſuper inita reſcidit, ſacramenta interpoſita irrita eſſe pronunciauit, Petrum iterum anathemate ferijt, Regnoque etiam accito excluſit, datis apud Vrbemueterem literis 12. Kal. Aprilis. Ad hæc Eduardo Angliæ Regi edixit, ne Siciliæ, atque Aragoniæ Reges Vaſconiæ fines ingredi pateretur. cœterum datæ hac de re à Pontifice ad Regem Anglum literæ, *quæ hic habentur* ad

Pontifex certamẽ inhibet.

ſequentem annum ſpectant.

Ante anni lapſum Alphonſus Rex à Sanctio filio, quem euexerat, in ordinem redactus, illum apud Hiſpalim, quo confugerat, frequentiſſimum apud Populum regali in ſolio ſedens diris deuouit, execratuſque eſt, literis rei teſtibus, *quæ hic referuntur* hac de re editis. *Mar. l. 14. c. 5.*

Carolus Burdegala. Ad dictam certamini diem Carolus Rex cum equitum præſtantiſſimorum ala Burdegalæ viſendum ſeſe oſtendit. conuenerant vndiq, ad rei famam ac ſpectaculum longe celeberrimum mortales innumeri ex Gallia, Hiſpania, Germania, Italia, atque adeo ex Græcia. cœterum expectationem ingenté, erectos animos, ſuſpenſaſque omnium mentes fruſtratio, ludificatioque excepit. nullus adfuit Petrus, certè nullus viſus eſt. Sunt qui tradant, eum vt ignauiæ, ac periurij notam effugeret, magnis itineribus priuatique hominis cultu, vno comite Burdegalam delatum; Prætorem adijſſe, cauſatumque apud eum certamen a ſe iure detrectari, quod Rex Francus cum copijs ad Regni fines acceſſurus eſſet, quo ſe ſuoſque à certamine reduces exciperet. hæc præfatum, eadem celeritate in Hiſpaniam rediiſſe. *Ann. Chri. 1283.* *Petri Regis actus.*

Summōt l. 3. Suprit. l. 2. Fazel. l. 9

Carolus Claudus victus ac captus.

Eodem fere tempore Rogerius Auria, ſeu quem alij vocant Loria exul Appulus Hiſpanæ claſſis Præfectus Carolum cognomento claudum Salerni Principem Regnique pro Carolo Patre longe agente Vicarium ad certamē elicuit, Gherardo Cardinali Legato multum dehortante, quod Rex Pater inſtructiſſima cum Gallorum claſſe propediem eſſet adfuturus, prælio inito imprudens Iuuenis, amiſſa claſſe, in hoſtium poteſtatem venit. infælix Pater in Regnum haud ita multo poſt receptus ætate grauis, laboribus, luctu, rerum aduerſarum tædio confectus, dum Appulorum, ac Brutiorum Vrbes eos confirmaturus circumit, correptus morbo interijt. Porrò cum Siculis conſtitutum eſſet, captiuum Carolum eodem mortis genere afficere, quo Rex Pater Conradinum peremerat, Conſtantia Petri Vxor, ac Iacobus Filius, qui apud eos erant, inſigni clementię laude illum cuſtodia clam eductum, è ſanguinarijs illorum manibus exemerunt, ac Barcinonem amandarunt. *è cuſtodia porro, in qua inibi detinebatur, diuinitus exemptum, atque inſigni miraculo Narbonem extemplo tranſlatum, ex ſcripto manu Chronico Author hic docet.* rei fides penes

Caroli Siciliæ Regis obitus.

Chronici authorem eſto, cum pręſertim conſtet, Carolum quinquennio ferè poſt ab Alphonſo Petri filio certis ſub legibus dimiſſum.

Hoc eodem anno Rodulphus Germaniæ, Italiæque Vrbes aliquot libertate donauit, aç priuilegijs auxit. Ex his cum Eccleſiarum immunitas ab iniquis nonnullis in diſcrimen adduceretur. Auguſtus idem reſcripſit, nihil ſe per huiuſmodi priuilegia de Eccleſiarum Iuribus imminutum velle. *Reſcripti exemplum apud Authorem hic habes.*

Michaelis Paleologi obitus. Itē Alfonſi Caſtellæ Regis. Itē Vgonis Regis Cypri.

Quo tempore Michael Paleologus Græcorum Imperator deceſſit ſuperſtite filio Andronico, quem dudum Collegam ſibi adſciuerat. Obijt & ſequenti anno Alphonſus Nepotibus ex Ferdinando filio hæredibus inſtitutis, quamquam Regnum Sanctio filio antea collatum apud eum manſit nullo obſiſtente. Nec diu ſuperſtes fuit Hugo Luſignanus Rex Cypri. Ann. Chri. 1284.

Eccleſiæ Hoſtis appellatus Arāgoniæ Rex Petrus non Gallorum modo in ſe arma conciuerat, verum etiam Iacobi fratris, qui Balearium Rex erat, Regno tamen ab eodem Petro exutus. Ab his igitur Pyreneos tranſgreſſis, iunctis viribus appetitus, prælio victus, cæ-

cæſuſque eſt. decumbenti ex vulnere (nam ex acie ſubductus fuerat) Barcinona adfuit Arnaldus à Villanoua medicæ artis peritiſſimus, maiori tamen fama, quam laude; quippe nobile ingenium, eximiamque eruditionem ſuperſtitionum delirijs, prauiſque de Religione opinionibus fœdare viſus eſt, quo nomine aliquanto poſt à Fidei Quæſitoribus notatus, male poſtmodum apud omnes audiuit. ex humano eum ſemine vi medicaminum humanum corpus efformaturum iactaſſe qui affirmet, Authorem habet Marianam. *Itẽ Petri Aragonij. Arnoldus de Villanoua Medicus. mirũ de eo*

Francorum impetum Gerunda munitum oppidum morata eſt, quam tamẽ diutius obſeſſam deditione demum Ciuium obtinuerunt. porro cum iam hyems ingrueret, victores Galli redire in patriam coacti ſunt. hoc dum præſtant, infeſtos admodum Hiſpanos apud Pyreneos experti Regem ipſum Philippum ex corporis iactatione morbo inibi correprum Perpiniani amiſere. quo ſublato Galliæ regnum ad Philippum filium peruenit, cui ab oris venuſtate Pulchro nomen eſt inditum. *Philippi Galliæ Regis obitus. Philippus Pulcher ſuccedit.*

Ann. Chri. 1295. Peruſiæ agebat Martinus Pontifex, cum ipſo paſchali die ſacris in maiori Templo peractis lenta ſta-

Martini Papa obitus. — *Platin. Maſ. ſon. Ciaccon.*

tim ſebri tentari eſt cæptus, ex qua tamen poſt tres non amplius dies, deceſſit, ſepultuſque eſt in eiuſdem Templi ſacrario, indeque poſtmodum translatus, quod alibi memorauimus, dum de Innocentij III. obitu ſermonem habuimus. obijt magna cum virtutis, ac ſanctimoniæ fama, quam miracula etiam edita magis magiſque illuſtrarunt. kalendis Aprilis eadem in Vrbe Comitijs ex more habitis ſublegitur Iacobus Sabellus, qui Romam ſtatim delatus ad 7. kal. Maij apud Vaticanum ſolemni ritu inauguratus Honorij nomen aſſumpſit.

Honorius IV. ſuccedit.

Exinde Tibur receſſit, qua in Vrbe Rodulphi Auguſti legationem excepit. Is cum maxime optare ſe diceret Romam ad Auguſtales titulos recipiendos ſe conferre, exhauſto in militum ſtipendia ærario ſubſidia ad iter capeſſendum ex decimis, aut alia quacunque ratione à Pontifice expetebat. id cum nõ impetraſſet, Lauaniæ Comitem è Fliſcorũ Gente ſuum apud Italiã Cancellariũ dixit, qui pecuniæ cõficiendæ gratia Hetruriæ Vrbibus venalẽ proponeret libertatem.

Borghi di libert. Floren

Perſoluere Lucenſes 12. aureorũ mil. vt libertatẽ redimerent, ſex vero Florentini, vt eamdẽ ſemel adeptã tuerentur. Terreſtri à Gallis bello aduerſus

Ara-

Aragonios ſuperiori anno non vſqueadeo, fœliciter adminiſtrato, maritimo eos iterum adoriri placuit, deteriori adhuc exitu, ac fortuna. quippe Auria Hiſpanæ claſſis Præfectus, licet Militum ac Triremium numero inferior, ſuorum tamen virtute, ac nauticæ rei peritia fretus hoſtiles naues aggreſſus eas magna ex parte aut depreſſit, aut captiuas adduxit, cumque his Gallos Duces, ac Proceres non paucos.

Galli ab Hiſpanis ac Siculis victi.

Prodiere hoc tempore duo inſignes Nebulones Geraldus Parmenſis, ac Dulcinus Nouarienſis, qui ſe Apoſtolos iactãtes, Inſubriæ præſertim populos prauis ſimul & moribus & doctrina infecerunt. *horum deliria ab Authore hic referuntur*, quæ vnà cum Authoribus Honorij ſententia damnata ſunt.

Geraldus ac Dulcinus.

Obiit hoc anno B. Philippus Benitius ex ſacro Seruorum Ordine, *de quo plura hic Author*.

Ann. Chri. 1286. Sequenti anno Honorius Pont. Alphonſum Petri filium maiorem natu Aragoniæ Regem, quod captiuum Carolum in vinculis diutius habitum, dimittere abnueret; iacobum fratrem, quod Siciliam Eccleſiaſticæ Ditionis Regnum ſcelere partum, non ſine ſcelere occuparet, in die cœnæ Domini, Aſcen-

Aragonia ac Siciliæ Reges excommunicati.

ſionis Chriſti ac Dedicationis Baſilicæ Apoſtolorum Anathemate ſolemni ritu perculit.

Pacta pro libe ratione Caroli captiui

Ann. Chriſt. 1287.

Captiuus interim Carolus, vt ſeſe in priſtinam libertatem quacumque demum ratione vindicaret, ſuperum atque hominum fidem implorabat. permouit itaque Eduardum Anglum, vt ſequeſtrem ſeſe pacis interponeret. Is rem hoc pacto cum Alphonſo Rege tranſegit, hiſque legibus Carolo libertatem aſſeruit. vigintimillia pondo argenti penderet: Siciliæ Regno cederet, vtque Iacobo illud Pontifex adiudicaret, illum exoraret; amboſque fratres Alphonſum, ac Iacobum Anathematis decreto inducto, in gratiam reciperet. Carolo Valeſij Comiti conſanguineo Author eſſet, vt is iuri Aragonenſis Regni, ad quod vocatus à Martino fuerat, cederet: ea omnia, niſi intra triennium præſtaret, in cuſtodiam, vnde emittebatur, rediret. Fidei obſides Robertum, ac Ludouicum filios, cumque his XL. Viros Nobiles daret. cœterum ea Pontifex, quod ipſo inconſulto, atque inſcio tractata fuiſſent, abrogauit, irritaque eſſe iuſſit.

Alphonſus quoque, ac Ferdinandus, qui à Sanctio Patruo captiui detinebantur, Philippo Gallo inter-

tercedente, hac lege dimiſſi ſunt, vt Murciæ Regnum haberet Alphonſus, &, ſi ſine prole decederet, Ferdinandus beneficiario tamen iure à Caſtellæ Rege; auito autem Caſtellæ Regno cederent, illiuſque vſurpatione tituli abſtinerent.

Pacem huiuſmodi Honorius Pōtifex ratam habuit, at non perinde Blanca Adoleſcentium mater virilis animi fœmina, quæ idcirco Philippum auerſata in Luſitaniam abijt, ac Dionyſium Regem aduerſus Sanctium ſollicitare inſtituit, maiore tamen conatu, quàm ſucceſſu. quippe Luſitanus, cùm pulſis Regno Mauris optata demum pace frueretur, eam vt alieno commodo ſuo periculo turbaret, abduci nulla vi potuit.

Ad 3. Non. Aprilis ad D. Sabinæ apud Auentinum obijt Honorius, vbi ſediſſet annos omnino tres. Conuenerant Purpurati Patres eaſdem apud ædes nouo Pontifici eligendo. verum quod Auentinus Auſtro expoſitus, noxijs illius flatibus obnoxius ſit, ab his patres pleríque omnes tentati morbo, abſcedere coacti ſunt, quo factum vt interregnum ad 10. amplius menſes productum ſit. Quibus demum elapſis in Petri ſolium euectus eſt *Honorij IV. obitus.* *Ann. Chri. 1288.*

I 5 Fr.

Fr. Hieronymus ex Minorum Ordine Epiſcopus tum Cardinalis Præneſtinus, Picenus gente, Patria Aſculanus, qui Nicolaus huius nominis IV. dictus eſt. Is ſub ipſum ſupremi illius Magiſtratus initium literas, *quæ hic recitantur*, ad Alphonſum Aragonium dedit, pro imperio eidem mandans, vt Carolum captiuum dimitteret; authorque Iacobo fratri eſſet, vt Sicilia excederet, Regnumque illud aut Carolo ipſi, aut Rom. Eccleſiæ relinqueret. tum ſeſe ipſe Romam conferret. Galliæ quoque, atque Angliæ Reges hortatus eſt, vt rationes aliquas excogitarent, quibus Carolus ad ſeſe cuſtodia eximendum, atque in libertatem vindicandnm honeſte poſſet cum Alphonſo tranſigere; ſe enim adduci nequaquam poſſe ad probandas conuentiones ſuperiore anno inter eos initas, quas neque Honorius deceſſor probaſſet, vt pote iniquas, ac in ſummam Caroli, & Rom. Eccleſiæ iniuriam propoſitas. itaque in has demum leges iterum tranſactum eſt. vt Carolus Valeſius Nicolao annuente cuicunque iuri in Regnum Aragoniæ ex Martini Pōtificis conceſſione quæſito cederet. Philippus Gallus ſuſcepta in Alphonſum arma deponeret. Alphon-

Nicolaus IV.

Condiciones pro redimēdo Carolo captiuo.

phonſus rationem Pontifici redderet occupatæ à Iacobo Rege Siciliæ. Carolus quinquaginta aureorum millia Alphonſo perſolueret: tres filios, tum quadraginta viros nobiles, ipſius Alphonſi delectu obſides daret, annuas cum Iacobo quoque inducias firmaret, firmarique à Pontifice, ac Philippo Rege curaret. his ſub legibus captiuus iam quinquennio Carolus dimiſſus eſt.

Carolus cuſtodia eximitur.

Hoc eodem anno ad Borealem plagam Mare intumuit adeo, vt Friſiam, Hollandiam, Zelandiam, ac Flandriam prodigioſe inundauerit.

Ann. Chri. 1289. Obſidebant hoc tempore Sarraceni Ptolemaidam, erantque in eorum caſtris equitum ſexaginta fere millia, peditum centum amplius ac quinquaginta. ergo Pontifex ſacrum bellum per diuini præcones verbi apud vniuerſum Chriſtianum orbem indixit, noxarum veniam omnibus pollicitus; decimas quoque in belli ſumptus ex Sacerdotiorum fructibus exigi ad triennium iuſſit. tum vt exemplo ipſe reliquis Chriſtianis Principibus eſſet, triremes viginti à Venetis conductas militibus bellique apparatu reliquo inſtruxit. Cæterum dum rebus hoc pacto à Pontifice conſu-

Ptolemais obſeſſa

capta

litur Vrbs obſeſſa à Barbaris expugnatur; nec ita multo poſt Sidone quoque, ac Berito captis, euerſiſque, Syriæ ferme quod reliquum Chriſtianis erat, in Hoſtium poteſtatem venit.

Syria amiſſa

Sub idem tempus Carolus cuſtodia, vt diximus haud ita pridem dimiſſus, Florentiam venit, ſuſceptoque Guelforum inibi patrocinio, Gibeilinos extorres, qui ſeſe Aretinis iunxerant, debellauit. Sunt qui tradant ex eo tempore Lilium Galliæ Regum inſigne, Florentinorum ſtemmati acceſſiſſe. Florentia Reate acceſſit, qua in Vrbe Nicolaus hoc tempore agebat. itaq; ſacramento eidem præſtito ex formula olim Carolo Patri à Clemente præſcripta, Siculi, Appulique Regni titulis fiduciario à Romana Eccleſia iure obtinendis inauguratus eſt. Poſt hęc maiori natu filio Carolo Martello Vngariæ Regnum ex Ladislai Auunculi ad eum nece, materno iure, deuolutum vindicare armis inſtituit, Andrea, qui Venetus dicebatur, Regni ęmulo ſubmoto. Porrò Andreas Venetijs natus, atque educatus Stephanum habuit patrem, quem Marchionis Eſtenſis filia Andreæ Vngariæ olim Regi poſthumum pepererat, & à Bela fratre ſubductum

Carolus Florentiæ

Lilium inſigne Florentinorũ

Carolus coronatur.

in

in Italia apud Marchionem auum enutrierat.

Ann. Chri. 1290. Nonageſimo huius ſæculi anno Nicolaus Pont. Vrbemueterem acceſſit, atque inibi maioris Templi, quod pulcherrimum etiamnum ſupereſt, fundamenta iecit, inque illud nondum abſolutum ſacram mappam ſanguine imbutam, qua de alibi meminimus, intulit, ſeruarique in poſterum iuſſit.

Bellum interim inter Carolum ac Iacobum recruduit. Hic etenim quod pace frui nequiret, bellum vltro in Calabriam intulit, quo factum, vt anathemate iterum à Pontifice percelleretur.

Ann. Chri. 1291. Coacta Londini apud Angliam Synodo, eius decreto Iudæi, quorum ingens erat multitudo, vniuerſo Regno eiecti ſunt. *Synodus Lõdinẽſis Iudæos Regno pellit.*

Quo tempore Rodulphus ad ſacrum bellum à Nicolao Pontifice incitatus, dum Spiram ad Comitia inibi ea de cauſa indicta properat, in itinere deceſſit. *Rodulphi Aug. obitus.*

Eodem anno, qui fuit ſuprema Palæſtinæ clade memorabilis, Dilecta Deo Domuncula Diuini conceptu Verbi illuſtris apud Nazaret Galileæ oppidum cum Religione ipſa è Syria diſceſſit, atque in Dalmatiam delata eſt miraculo omni æuo memorando. *Rem Author fuſè* *Aedicula B.V. à Nazaret in Dalmatiã trãslatio.*

id refert ex locupletiſſima Turſellini hiſtoria, quod require.

Pax interim inter Aragonios & Francos inita eſt his ſub legibus, vti Alphonſus Romam accederet veniam admiſſorum à Pontifice petiturus; eum Pontifex viciſſim eiuſq; Regnum à ſacris vinculis ſolueret: Rex idem triginta auri vncias, vti eius Proauus pactus fuerat, Rom. Eccleſiæ annuas ſolueret. in Syriam cum iuſta equitum, peditumque manu nauigaret. in reditu Cõſtantiam Matrem, ac Iacobum fratrem ad Siculum Regnum relinquendum hortaretur. Aragonios inde Proceres, ac Milites ſeuero edicto reuocaret; Obſides Carolo redderet; Carolus Valeſius iuri in Aragoniæ Regnum cuicumque cederet.

Alphõſi Aragonij obitus. Ex fide omnia præſtiturus videbatur Alphonſus, qui Legatos interim ad Nicolaum deſtinauerat, cum Barcinone immatura ſane morte ſublatus eſt annum agens 27. Eo fine liberis extincto potitus Regno eſt Iacobus, qui ea de cauſa Sicilia exceſſit, eius regimine Federico minori natu fratri relicto, cui & Alphonſus ipſe teſtamento ea legauerat. quo factum, vt, cum is non iam pro adminiſtratore, ſed pro Rege ſe gereret, Iacobum fratrem

in-

infenſiorem expertus ſit, atque adeo inteſtinum inter eos bellum exarſerit.

Ann. Chri. 1292. Romanis rebus ſat iam pacatis eò ſe Pontifex tranſtulit, extructaſque apud Exquilias ædes incoluit, ſed non integro ſuperfuit anno. obijt autem magna cum virtutis ac ſanctimoniæ fama. Cognatis, ac affinibus nihilo ſe plus debere aiebat, quàm cuiuis bono. itaque hoc domeſtico veluti ſolutus vinculo, curas omnes in communia Reip. atque Eccleſiæ commoda conuertit. Eius monumentum Exquilina in Baſilica Sixtus V. adhuc Cardinalis magnifice ornauit pro ſua in Ordinem, ac Natale ſolum propenſione, ac pietate. *Nicolai Papæ obitus.*

Eodem ferè tempore Adolphus Naſſouius ad Regnum Romanorum euectus eſt, Alberto Rodulphi filio nequicquam obnitente. *Adolphus Imp.*

Obijt ſub idem tempus Vir Sanctiſſimus Albertus Carmelita, *de quo plura apud Authorem hic habes*.

Ann. Chri. 1293. Conuenerant Peruſiæ Patres nouo Pontifici deligendo, rati & proſperiore inibi ſe valetudine vſuros, & liberioribus ſuffragijs. cœterum neque ambitio, nec contentiones abeſſe inde potuerunt, quo factum vt neque hoc anno, qui alter à Ni-

colai obitu agebatur ſucceſſor ei daretur. adfuit opportunè, vt videbatur, Carolus Siciliæ Rex è Gallia in Campaniam redux, moratuſque eam apud Vrbem aliquot menſes nihil non egit, vt diſſidentes Patres ad concordiam reuocaret, & ad Pontificis electionem impelleret; ſed nihil perfecit, increpituſque à Benedicto Caietano Cardinali, illius faſtum, totiuſque Senatus contentiones auerſatus abſceſſit.

Ioannis Scoti obitus. Sequenti anno, vt quidam tradunt (nam non vna eſt omnium ſententia) diem ſuum obijt Ioannes Dunſius genere Scotus ex Minorum Ordine ab ingenij acumine mirum in modum, commendatus, cuius ſubtiliſſimæ commentationes adhuc extant. Ann. Chri. 1294.

Celeſtinus V. Patrum, quas diximus, contentiones effecere, vt nouus Pontifex ex eremo petendus fuerit. Is fuit Petrus Moronus apud Samnium natus, qui multos iam annos ſolitarius altero à Sulmona lapide agebat, vitamque inibi ſanctiorem ducebat. *illius ortum, reſque ante Pontificatum geſtas fusè Author hoc loco refert*. vulgata itaque illius electione, concurſus ad eum maximus factus eſt, quod vero illum lacrimantem, querentemque, atque

onus

onus detrectantem aſpicerent, domunculam illius, ne inde aufugeret circumſederunt, Regibus porro ipſis Vngariæ, ac Siciliæ adnitentibus ad onus ſubeundum adegerunt: è cellula abeuntem adducere nulla vi potuerunt, vt equum aſcenderet, aſello ſe tamen vehi paſſus eſt regibus ipſis proſequentibus. 4. Kal. Septembris ſolemni demum ritu inauguratus eſt, ac Cęleſtini nomen adſciuit. Eccleſiæ dein regimini admotus, cum ferendo oneri imparem ſe in dies magis animaduerteret, ſeriò cogitare cœpit, quonam pacto ſubducere ſe ab eo poſſet. Conſilij participem in primis habuit Benedictum Caietanum Cardinalem, quo tum nemo diuini, humanique Iuris peritior habebatur. Is Cæleſtini propoſito collaudato, multis doctorum, ac Sanctorum hominum authoritatibus exempliſquo probauit, licere Pontifici Romano è ſupremo illo ſolio deſcendere, ac ſacram tiaram deponere. His Cæleſtinus confirmatus ſtatuit, quod animo conceperat, re perficere. Igitur Idibus Decembris Carolo Rege, alijſque multis licet obnitentibus, Neapoli in publico Patrum conſeſſu conceptis verbis ſummo ſeſe Sacerdotio abdicauit, tiaram capiti detraxit,

Cæleſtinus Pontificatū deponit.

anulum, pallium, ſtolam ac cœtera Pontificia inſignia abiecit, priſtinum indumentum reſumpſit, atque Eremum repetijt. Poteſtate itaque nouum Pontificem eligendi Cardinalibus facta Mattheo Vrſino, ac Iacobo Columna in primis ſuffragantibus electus eſt Benedictus Caietanus, qui Bonifacius hoc nomine octauus dictus eſt. Sunt qui per ambitum, ac malis artibus Pontificatum eum adeptũ ferant, cum tamen exploratum ſit, præclaris illum virtutibus ornatum, ardentiorique rerum Eccleſiæ tuendarum ſtudio præditum fuiſſe, quod vt teſtatum omnibus eſſet, iureiurando, *cuius formula hic recitatur* ſeſe obſtrinxit, & Catholicam ſe Religionem illibatam ſeruaturum, & tanto muneri nunquam defuturum. celeberrimam illius inaugurationem, quæ Romæ poſtmodum ſequuta eſt, prolixiori carmine, & pro temporum ratione non ineleganti cecinit Iacobus Stephaneſcus Diaconus Card. S. Georgij, *quod ſi libet, apud Authorem hic require*.

Bonifacius VIII.

alia trãslatio ædis Lauretanæ.

Hoc eodem anno ſacra ædicula Deiparentis, quam ex Galilęa in Dalmatiam delatam diximus, in aduerſum Piceni littus diuinitus tranſlata eſt, ſeu quod inibi minus pro di-

dignitate coleretur; ſeu quod ad breue illius Gentis ſolatium cæleſtis Virgo diuerſorium ibi potius, quam domicilium collocaſſet, ſed quod Italiam Chriſtianæ religionis Arcem tum maxime inteſtinis bellis, ac cladibus afflictatam præſenti ope fouere vellet. quæ tum Dalmatarum querelæ fuerint faciliùs eſt, quam ſtylo proſequi, mente complecti, ſibi oſtenſum diuinum munus, alijs traditum aiebant: vtique indignos ſe tali pignore fuiſſe, minore id religione, minore ſtudio, quàm par fuerit, cultum, ſed quam tandem vbi vis gentium religionem, quod ſtudium, quem cultũ paria eſſe poſſe? hæc ſi cauſa mutandæ ſedis fuerit, vbicunque conſederit, ſubinde locum mutandum fore. Igitur quod reliquum ad ſolamen eſſe videbatur, ipſis in Sanctiſſimi Sacelli veſtigijs conſimilem ædiculam extruunt, quæ & poſterius rei monumentum eſſet, & ipſis tantæ iacturæ quodcunque demum ſolatium: porro eam ipſam ædiculam Deiparę in poſterum cordi fuiſſe, crebra inibi quoque edita deinceps miracula docuerunt. cœterum ea res Dalmatis Nazarenæ Domus nõ tam deſiderium expleuit, quàm accendit, namque eorum hactenus, cum

Lau-

Lauretum accedunt, ſolemnes voces ſunt: *Reuertere ad nos Maria, reuertere.* porro quid Recinetenſes tum egerint propinquæ Vrbis incolæ, quidue Picentes reliqui tum quo pacto ſacra ædes ſedē poſtea iterum, atque iterum mutauerit: *apud Authorem hic ex Turſellino multa referentem quære.*

In re tã inuſitata qualis erat Põtificiæ dignitatis à Cœleſtino facta abdicatio, nõ idem omnium ſenſus erat. erant qui iure merito, & ex bono reip. ſucceſſiſſe affirmabant. alij contra Bonifacium ambitionis, ac fraudis reum peragebant, quaſi is voce per turbam, ac ſi diuinitus immiſſa fuiſſet, Cæleſtino impoſuiſſet, & Carolum regem in partes ſuas pollicitationibus pertraxiſſet. In eam vero criminationem multi tanto acrius impellebantur, quanto Cæleſtinum miraculis etiã illuſtrari in dies magis audiebant, Bonifacium in recuperandis, quæ ille per inſcitiam pluribus attribuiſſet, ſumma cura intentum aſpiciebant; itaque haud multum abfuit, quin hic in ordinem retraheretur, Cæleſtinus iterum Sedi Pontificiæ imponeretur, magno cum totius Eccleſiæ ſcandolo, ac detrimento. Id vt Bonifacius auerteret, ex Senatus ampliſſimi conſulto,

Ann. Chri. 1295.

calumnia in Bonifacium.

Petro, ne pedem é Campania ret, præcepit. at ille iniuſſu ficis Neapoli abſceſſit, profe- e eſt ad S. Germani Cœno- primo, tum ad locum Muro- quò ad eum inuiſendum, il- liuſque opem implorandam con- curſus maximus factus eſt. quo co- gnito Bonifacius, Romam eum euocauit, & renuentem adduci iuſſit. At is re comperta ſeſe abdi- tiſſimo in loco occuluit, poſt duos deinde menſes in Apuliam perrexit, tum Epidaurum nauigare inſtituit, ſed vento reflante in proximum littus eiectus, captuſque inibi à Præfecto, ad Carolum Regem Anagniam, ab eoque ad Bonifa- cium tranſmiſſus eſt, qui hominem in Fumonis arce cuſtodiri iuſſit; tum Conſtitutionem eam edidit, quæ inter Decretales legitur *ab Authore huc allata.*

c. quoniã de Renũc tit. 7.

Poſt hæc Pontifex conciliandis Aragonijs, Galliſque animum adie- cit, auditiſque Anagniæ illorum Legatis, pacem inter eos in has de- mum leges compoſuit. vti Blanca Caroli filia Iacobo nuberet, ſe- ptuaginta aureorum millibus dotis nomine conſtitutis. Sicilia, & quid- quid Aragonijs armis apud Brutios, & Magnam Græciam ablatum fuiſ- ſet ad Rom. Eccleſiam, illiuſque be- nefi-

Pax inter Aragonios & Gallos

neficio ad Carolum rediret. Si Siculi detrectarent, Aragonijs etiam armis compellerentur. Carolus Valeſius à iure in Aragoniæ Regnum abſcederet. Sardinia, ac Corſica beneficiario iure à Pontifice Iacobo Aragoniæ Regi tribuerentur, illud quoque actum, vt Iacobus Balearium Rex reſtitueretur in Regnum.

His auditis Siculi mœrore maximo affecti ſunt, Legatiſque ad Iacobum Aragonium miſſis, cum à ſententia remouere illum nequijſſent, Cataniæ Conuentu Procerum habito, Regem Federicum fauſtis vocibus ſalutarunt, ſanctius deierantes, omnia ſe paſſuros potius, quam in Gallorum poteſtatem redituros.

Adolphi Imp. obſequium in Rom Eccl. Eodem anno Adolphus Imperator, legatione ad Bonifacium inſtituta, obſequium illi ex more præſtitit, Romanæque Eccleſiæ ſub poteſtate futurum ſe perpetuo per Sacramenti Religionem ſpopondit.

Erant hoc tempore in Hiſpania inter Iudæos Rabbini duo maximę apud eos authoritatis, quique vt Prophetæ vulgo habebantur, igitur neſcio quo impulſu ducti, affuturam propediem populi redemptionem, ſignumque ad diem decimã *Alphõſ l. 3. fortal. fid.*

men-

menſis ſeptimi præceſſurum vaticinati ſunt: præſcripta die Iudæis omnibus ſynagogam ineuntibus, Crucis ſignum in cuiuſque veſte apparuit.

Ann. Chri. 1296. Sequenti anno 14. Kal. Iunij Petrus de Morono, quem Pontificatu ceſſiſſe diximus, diem clauſit extremum, eius memoriam ſacris tabulis adſcriptam annua celebritate Eccleſia recolit: *res ab eo geſtas ſummatim Author hic recolit.* — *Petri de Morono obitus.* — *Martyrol. 19. Maij Sur. d. die.*

Sub idem tempus Ludouicus Caroli Siciliæ Regis filius, qui in D. Franciſci ſacrum Ordinem cooptatus fuerat, Toloſanæ Eccleſiæ præfectus eſt. Hunc quoque vitæ ſanctimonia ſanctorũ numero poſtea adſciuit: illius obitus ad ſequentem annum ſpectat, *quo loco Author res ab eo geſtas recenſet.* — *S. Lud. Toloſæ Epiſcopus.* — *Marty rol. 19. Aug. Sur. ead. die. Bull. Io. 22.*

Deſponderat Guido Flandriæ Comes Philippam filiam Eduardo VValliæ Principi Eduardi Angliæ Regis filio, iniuſſu Galliæ Regis, cuius beneficiarius erat; connubium illud infectum vt redderet Rex idem Galliæ Philippus vocatum ad ſe Guidonem carceri addixit, tum ea dimiſit lege, vt filiam ipſam obſidem daret: ea de cauſa Anglorum in ſe arma conciuit, quę vt auerteret Bonifacius Pontifex inducijs imperatis, Iudicem ſeſe — *diſſidia Prĩcipum.*

inter

inter diſſidentes Principes dixit. Ann. Chri. 1297.
Cauſa dein cognita pro Anglo, ac
Flandro aduerſus Gallum ſenten-
tiam tulit: ea re grauiter offenſus
Philippus, apertas exinde inimici-
tias cum Pontifice exercuit maxi-
mo cum ſui, ac Regni probro,
totiuſque Chriſtianæ Reip. detri-
mento.

Sardinia ac Corſica Rō. Eccleſia ſeudum

Quo tempore Iacobus Arago-
nius Romæ, quo ſe Pontificis ac-
citu contulerat, Sardiniæ, ac Cor-
ſicæ Rex conſtitutus eſt, his legibus
ipſo in Diplomate dictis, vt cen-
ſum annuum duarum millium
marcarum Rom. Eccleſiæ pende-
ret, certum numerum triremium
aduerſus quoſcunque eiuſdem Ec-
cleſiæ hoſtes armaret. terreſtre
ad bellum centum equites, quin-
gentos pedites aleret. *Summ. l. 3.*

Pontificis ac Columnenſiũ diſſidia.

Inter eos, qui Bonifacio infenſi
eius electionem irritare conati fue-
rant, ac Cęleſtinum in Petri ſo-
lium reponere, præcipui fuerant
Iacobus, ac Petrus Columnenſes
Cardinales; eos Pontifex alijs etiã
cauſis inuiſos dignitate, atque
opibus exuerat, inſuper anathe-
mate illos *ex formula hic relata*
damnauerat, ędes diſiecerat, con-
ſanguineos extorres egerat, atque
ad necem quęſierat. Ex his Ste-
phanus in Galliam ad Philippum
Re-

Regem confugit, Sarra in Ardeatinis ſyluis, erepta ſpe fugæ diutius latuit, dum à prædonibus Maſſilienſium, qui aquandi cauſa ad Antiate littus appulerant, captus, ad remum adactus eſt, neque enim agnitus ab illis fuit, Ipſe autem bubalorum ſe gregi præpoſitum à ciue Priuernate mentitus eſt, veritus Archipiratæ auaritiam, à quo ingenti precio Põtifici ad ſupplicium tradi metuebat, quo factum, vt indignam, atque ærumnoſam ſeruitutem ſeruire diutius coactus fuerit, donec Stephani fratris ope, piratis adhuc ignotus ſoluto pretio ex his redemptus, ac vinculis ſolutus eſt.

Erat hoc tempore Bonifacius apud Vrbemueterem, qua in Vrbe ſex ferè menſibus moratus inchoatum antea inſigni ſtructura Templum perfecit, cui & Pontificias ædes adiecit. Sanctum Regem Ludouicum Cęleſtium numero adſcripſit. *S. Ludouici Apotheoſis.* Monachos è D. Mariæ Capitolinæ Cœnobio, Temploque, quod Ara Cęli nunc dicitur, indociles diſciplinæ expulit, ac fratres Minores ſubſtituit. *Fratres Minores Tẽplũ Ara Cœli obtinẽt* E Lateranenſi quoque Baſilica Regulares, quos vocant, Canonicos eiecit, proque eis ſæculares ex Romanis Ciuibus inſtituit. S. R. E. Cardinalibus pur-

Canonici Lateranē ſes inſtituti. Purpureum Cardd indumentū pureum indumentum dedit. tum pro illorum immunitate, atque in eorum violatores legem *ab Authore hic relatam tulit*. cui & aliam *huc pariter allatam* pro Clericis vniuerſis adiecit. peculiarem demum pro Clericis coniugatis, quos fori Eccleſiaſtici beneficio gaudere voluit. *6. Decret. tit. de pœn. de sSt. excom. tit. 11. de vit. & honeſt. Cler. tit. 2.*

Aegidius Columna. Florebat hoc tempore Aegidius Columna ex ſacro Eremitarum D. Auguſtini Ordine D. olim Thomæ Aquinatis Auditor, à Bonifacio Pontifice Bituricenſis Archiepiſcopus creatus, poſtea quoque inter S. R. E. Cardinales adſcriptus.

B. Margarita de Cortona. Cortonę apud Etruriam hoc eodem anno ad ſuperos migrauit Margarita titulo pœnitentis, illuſtris fœmina, quæ Lauiani agri Peruſini Pago genita vitæ ſanctimonia, ac miraculis claruit. nam, vt cœtera ſileantur, decē mortuos ad vitam reuocaſſe eā perhibent. corpus apud Fratres Minores incorruptum adhuc ſeruatur.

Iacobus Aragonius bellum in fratrē mouet. Iacobus Aragoniæ Rex Sardinię ac Corſicæ, vt diximus Regno à Pontifice auctus, eo iubente claſſem in Federicum fratrem ducere non detrectauit, iunctiſque cum Roberto Caroli filio viribus, eundem fratrem nauali prælio vicit ex Ann. Chri. 1298.

Si-

Siculis ſex ferè millibus interemptis. cœterum ea ipſa naui, ex qua Federicus pugnabat, capta, ſcapha ille exceptus euaſit, fratre, vt creditum, permittente. itaque victoriæ ingens fuit gloria, fructus nullus. Iacobus ſanè, nequicquam obſeſſis Siracuſis, Neapolim in Hyberna claſſem reduxit, tum ſtipendia in militem à Carolo petijt, eorumque nomine ducenta amplius vnciarum auri millia. quibus ſoluendis cum Carolus non eſſet; Ciuitates tum ſubiectas, tum fœderatas pro ſubſidio impeerando requiſiuit. Diadema quoque Regium auro, ac gemmis conſpicuum diuendidit, ex eoque viginti vnciarum auri millia contraxit.

Vigebat hoc eodem tempore bellum inter Gallos, atque Anglos, quibus ſubſidio venerat Adolphus Cæſar. hos vt conciliaret Bonifacius, legatione ad eos inſtituta, conatus omnes adhibuit, affinitatibus quoque eos iungere laborauit.

bellũ inter Anglos ac Galles.

Per idem tempus Legatos ipſe à Sembat Armeniorum Rege excepit, auxilia aduerſus Sarracenos expetentes. Hos Pontifex Gallorum, atque Anglorum Regibus etiam atque etiam commendauit.

Subinde Sextum Pontificij Iuris

Sextus liber Decretalium. Codicem euulgauit. Præneſtem Columnenſium Ditionis Vrbem dirui præcepit. eiuſdem Gentis homines nonnullos ſupplicibus apud ſe votis agentes Anathemate exſoluit, Tibur nihilominus relegauit.

terræmotus Terræ interim motu vehementi Orbis ferè vniuerſus concuſſus eſt; qua re territus in primis Bonifacius Reate, vbi tum erat, domunculam exilibus ex tabulis, vbi degeret, patenti in clauſtro Dominicanorum Cœnobij excitari iuſſit.

Adolphus Imp. deponitur. Albertus euehitur. Exinde Adolphus Imp. nequitia omnibus inuiſus Septemuirali Cōuentu Moguntiæ habito, Regni culmine deiectus, ſimul Albertus Auſtriæ Dux Rodulpho Aug. natus ad idem culmen euectus eſt; prælio poſtmodum inter eos inito, Adolphus ipſa in pugna cecidit. filio inſuper cum præcipuis belli Ducibus capto. Ann. Chri. 1299.

Eduardus Scotiā occupat. Scotiæ Regnum, Rege è viuis ſublato Eduardus Anglus inuaſerat. Ea de re Scoti Bonifacium interpellant, illiuſque opem implorant, à quo Eduardus acriter increpitus, rei cognitionem eidem Pontſfici permiſit. Is re perpenſa, ac cauſa diutius diſceptata, ſententiam pro Scotis tulit, quo comperto Eduardus haud quaquam

ac-

acquieuit, ſed iure ſibi delatum, vt putabat, Regnum armis ſubegit, ac tyrannicè habuit.

Robertus interim, ac Philippus Caroli Siciliæ Regis filij claſſe in Siculos ducta, ſeorſim victi ab eis ſunt; victoria dein vſus Federicus exercitu in Calabriam deportato Prouinciam ferè vniuerſam ſubegit maximo cum Gallorum probro. *Carolus à Siculis victus*

Sub idem tempus Tartarorum Princeps Caſſanus Chriſtianis ſacris initiatus Sultanum Aegyptium egregiè vicit, ac Palæſtinæ Vrbes complures cœpit. *Caſſanus Tartarorum Rex.*

Quo tempore inter Galliæ, atque Angliæ Reges diutinum poſt bellum, pax compoſita eſt, Pontifice in primis adnitente.

Finis Libri XIII.

ANNALES
ECCLESIASTICI
POST
CARDINALEM
BARONIVM

Ex probatis Authoribus, ac præcipuè ex Abrahamo Bzouio deſumpti

A LVDOVICO AVRELIO PERVSINO

In Epitomen redacti.

LIBER XIV.

Reſpondens xiv. eiuſdem Auctoris Tomo.

SVBIT Annus ſæculi poſtremus, qui & ſæcularis dicitur, quē Bonifacius Pontifex ita ſacratum voluit, vt adeuntibus Vrbem Populis, ac ſanctiora ibi Templa ritè inuiſentibus noxarum veniam cumulatiſſimè largitus fuerit, extat rei documentum pon-

pōtificium ipſum Diploma *ab Authore huc allatum* Rei fama in omnes Chriſtiani Orbis partes perlata, innumeram peregrinantium multitudinem exciuit, vt (quod D. Antoninus tradit) dies ferè nullus abierit, quin Roma cc. conuenarum millia hoſpitio exciperet. Subindè Pontifex apud Lateranum ad diem cœnæ Domini Federicum Aragonium, Siculorum Proceres, ac Genuenſes belli Socios diris deuouit, Siciliæque vniuerſæ ſacris interdixit.

Per idem tempus Caſſanus Scytha Armenij Regis filia Chriſtiana fœmina in matrimonium ducta, illius ſuaſu Chriſti fidem amplexus eſt. tum Perſis ſubactis; Aegypto mox, ac Syria maiori ex parte potitus, Hieroſolymam petebat, cum Perſarum audita defectione reuocatus indè eſt. proinde legatione ad Bonifacium Pontificem, ac reliquos Chriſtianos Principes inſtituta, apud eos egit de ſacra Vrbe communibus viribus recuperanda. Bonifacius non proficuum modò Chriſtianæ Reip. ſed ſibi quoque honorificum exiſtimans ſe Pontifice ea perfici, quæ incaſſum toties tentata fuerant, ſacram eam expeditionem promouere conatu maximo inſtituit: in primis verò Con-

Caſſanus Scytharum Rex.

bellum ſacrū

cilium Romæ celebrandum indixit, tum ad belli ſumptus decumationem Sacerdotiorum Clero imperauit, a fidelibus reliquis, noxarum veniam pollicitus, ſubſidia poſtulauit. Legatum quoque ad Philippum Galliæ Regem miſit, hortatuſque eum eſt ad maiorum ſuorum laudem æmulandam. Is tum bello Flandrico diſtractus, cum militibus, ac pecunia idcircò indigeret, atque ægrè proinde ferret ſubditos ſibi populos exactionibus in rem aliam ſubeſſe; inſuper cum à Sarra Columnio, quem apud ſe profugum habebat in Pontificis odium per varias criminationes inflammaretur; nullam Legato ſuſcipiendi belli ſpem, aut conſcribendi militis, aut pecuniæ exigendæ poteſtatem fecit. atque adeò lege lata ex ſuo Regno quemquam Romam ſiuè ad Concilium, ſiue ad Iubilæi celebritatem ire vetuit, adhæc Sacerdotiorum redditus intercipere, Sacerdotia ipſa pro libidine demandare inſtituit, ac denique Tyrannum per omnia referens Ariminenſem, atque Apameenſem Epiſcopos Pontificis internuncios carceri mancipauit.

Sarra Colũnius.

Otto manus Turca

Hoc tempore Ottomanus Ortoguli Turcarum Principis filius Aſiæ

Re-

Regionibus latè ſubactis res Tur- cicas mirum in modum auxit, eiuſ- que Imperij firmiora veluti funda- menta primus iecit, à quo cœteri deinceps illius Gentis Reges tra- xiſſe nomen glorioſum ſibi exiſti- marunt. *rum Rex.*

Ex his qui Romam ad ſæcularis anni celebritatem itauerant pleri- que omnes ad ædem quoque Lau- retanam inuiſendam diuertebant, teſtes popularibus quique ſuis fu- turi eorum, quæ de mira illius translatione non iam aliorum ſer- monibus accepiſſent, ſed ſuis ipſi oculis hauſiſſent. Igitur Recine- tenſes huiuſmodi concurſu accenſi ſacroſanctum ſacellum impenſius colere, tutarique inſtituerunt. vi- debant parietes, & tenues admo- dum, & perantiquos nullo penitus fundamento ſtare. itaque optimum factu exiſtimarunt, quod humana arte, atque induſtria valerent, eos vndique communire. proinde ia- ctis quantum res ferebat funda- mentis lateritio eos opere munie- runt, cœterum noua illa ſubſtru- ctio nunquam potuit cum ſacris parietibus cohærere. diceres ſa- cram domum diuina vi ſubnixam, humanam opem aſpernari. quin etiam proceſſu temporis noui pa- rietes veteribus pro fulcimento ad- *ædes Lauretana.*

iecti, paulatim receſſerunt adeò, vt inter vtroſque puer cum accenſa face permearet ad rei fidem explorantibus faciendam. Nondum excipiendæ aduenarum multitudini ſatis hac tempeſtate tectorum erat. Sed neque in ſacra æde votiuis ſimulacris, ſiue donarijs locus ſupererat. itaque ne peregrini ſub dio eſſe cogerentur, neue donaria, quæ diximus, iniurijs temporum expoſita interirent, Recinetenſes circa ſacellum peramplas porticus excitarunt. his adiectæ fuerunt ædes, quas ſacrorum Miniſtri, ac Cuſtodes incolerent.

Federico Siciliæ inuaſori coërcendo, qui continenti quoque imminebat, ac littorales præſertim Calabriæ, ac Campaniæ oras infeſtas habebat, Bonifacius Carolum Andegauenſem Philippi Regis fratrem euocauit, cui & nuptias Catharinæ Balduini Auguſti ex Philippo filio nepotis obtulit, quibus illum in ſpem recuperandi Orientalis Imperij erexit. Igitur Gallorum copijs inſtructus Carolus in Italiam cum veniſſet, antequam Federico bellum inferret, eodem Bonifacio id agente Aemiliam, Picenum, atque Etruriam inteſtinis odijs, ac factionibus laborantes pacauit. Exinde, con-

Carolus Andegauen.

Ann. Chri. 1301.

ſcen-

Ann. Chri. 1302. ſcenſa claſſe, exercitum in Siciliam deportauit, atque ad Mazaræ oram expoſuit. cęterum conſilijs hinc inde belli depoſitis eodem Carolo Pacis ſequeſtre, de condicionibus agi eſt cęptum. quibus firmandis ambo Reges centeno cum millite in colloquium venere, inque has demum leges conuenere. vt Federicus Eleonoram Caroli filiam vxorem duceret: Siciliam cum adiacentibus Inſulis dum viueret poſſideret: Campania, Calabria, atque Apulia integrè, ac liberè Carolo cederet. Philippus Caroli filius Tarenti Princeps, alijque hinc indè capti, vinculis eximerentur. Proceres tamen, qui ad Hoſtem defeciſſent, bonorum amiſſione mulctarentur. omnia vt rata Bonifacius Pontifex haberet, legatione ab vtroque Rege exoraretur.

Pax inter Carolum ac Federicum.

His ita conſtitutis primus Federicus legatos quatuor ad Pontificem deſtinauit, quibus ille exceptis, etſi plurimùm lætatus eſt: Regemque Anathemate ſolutum voluit, ac matrimonij ineundi poteſtatem fecit, tùm adempta Siculis ſacra reſtituit, Pacis tamen condiciones omnes poſſe ſe habere ratas negauit, ſpem tamen Legatis fecit eas ſe ex dignitate Sedis

Apoſtolicæ quadamtenus refor-matas, ac veluti recuſas haud ægre approbaturum.

Philippi Galli Regis Tyrannis Philippus interim quotidie ma-gis odio in Pontificem exardeſcens, veluti œſtro percitus, nihil in il-lius dedecus, ac contumeliam non agebat. monitorias eiuſdem litte-ras ſtatim lectas bilem, ac ſtoma-chum profeſſus, Cancellarius vt igni traderet, ita permiſit, vt iu-bere viſus ſit: captiuos, quos dixi-mus, Epiſcopos non modò non dimiſit, ſed arctiori adhuc ſub cu-ſtodia habuit: pecuniam ad bellum ſacrum è ſacerdotijs coactam in-tercepit: calumnias in eundem Pontificem concinnatas ipſo in Templo ex ſcripto recitari palàm iuſſit. Conciliabulum ex Regni Epiſcopis aliquot conuocauit, eo-rumque nomine litteras, *quæ hic habentur*, ſeceſſionem, ac ſchiſma præſeferentes Romam tranſmiſit. *Maſſõ in Bonif.*

Bonifacius antequam acerbius ali-quid in Philippum Regem, eiuſque Regnum decerneret, præclaram illam, *quæ huc affertur* de duplici Eccleſiæ gladio, atque Apoſtolica poteſtate Conſtitutionem edidit. Bonifacium Eduardus Anglus tuta-turum ſe aduerſus Philippi iniurias polliticus eſt, qui hoc ipſo tempo-re pro Flandris quoque arma in *Extr. de maiorit. & obed tit. 8. epiſt. 52.*

Phi-

Philippum ſumpſerat. Philippus contra Blanca filia Alberto Auſtriaco in matrimonium collocata noua ſeſe affinitate munijt.

Ann. Chri. 1303. Pacis leges inter Carolum, ac Federicum ſuperiori Anno dictas Bonifacius, Gerardo Card. Legato ad ecs miſſo, ita demùm ex dignitate, ac commodo Rom. Sedis temperatas ſanciuit. vt Federicus 15. florenorum quotannis millia cenſus nomine Rom. Eccleſiæ perſolueret: liberam Rom. Pontifici poteſtatem in res ſacras relinqueret: in Pontificis ipſe verba ex præſcripto iuris fiduciarij eius Regni iuraret: non Siciliæ ſed Trinacriæ deinceps Rex appellaretur, ne vulgata iam appellatione Prouincias quoque eis Pharnm recepiſſe videretur: deducta exinde ad eum eſt Regia ſponſa vtriuſque Regni Proceribus comitantibus. *Leges Federico Sicil. Regi datæ.*

Per idem tempus Carolo Roberto Puero cum Vencislao Boëmo, eiuſque filio Vladiſlao de Regno Vngariæ diſceptantibus, Bonifacius cauſa cognita, atque in Purpuratorum Patrum Senatu examinata, Roberto illud adiudicauit, tum ad Regni Proceres, vt Boëmis abdicatis illum Regem agnoſcerent perſcripſit. Albertum quoque Au- *Carolus Robertus Rex Vngariæ.*

ep. 33. ſtriacum ante quinquennium Re-

gem

Albertus Rex Rom. confirmatur gem Romanorum à ſeptemuiris Electoribus non ritè dictum, Reum ſe Adolphi necis fatentem, ac pœnam deprecantem, tum Romanæ ſeſe Eccleſiæ ex more obſtringentem, illiuſque iura, ac priuilegia Diplomate ſuper hoc edito confirmantem, recepit, vtque ab omnibus pro rectè, riteque electo, ac legitimo Romanorum Rege agnoſceretur, edixit.

Philippi Gall. Regis Tyrãnis. Poſt hæc Ioannem tit. SS. Petri, ac Marcellini Card. Legatum genere Gallum ad Philippum Regem miſit, dato eidem commonitorio, ſeù, quam vocant, Inſtructione *ab Authore hue allata*, ex qua quidem vnicuique conſtare poteſt, quàm maturè, quàm non præcipiti iudicio Bonifacius in refractarium, ac vaſanum Principem egerit. Sanè is legatum cuſtodibus eidem datis, ita obſeruari, arctarique iuſſit, vt nequis literas eidem redderet, neque ex eo quiſquam reciperet. tùm demum Bonifacius eam legato Iniuriam illatam non ferendam, nec diutius diſſimulandum ratus, violentum Regem Anathemati, Regnum verò vniuerſum Eccleſiaſtico interdicto ſubiecit. Rex tum Conciliabulo Pariſijs coacto à Pontificis ſententia ad Concilium, atque ad futurum Pontificem appellauit. *ex M. S. Vatic. n. 4177.*

Ipſum-

Ipſumquè adeò, auaritiæ, rapinæ, ſimoniæ, hæreſis denique inſimulauit.

Erant apud Galliam Stephanus, ac Sarra Columnenſes Pontificis inſectatione extorres acti, ac diris deuoti; horum ope, ac ſuaſu impotens Rex facinus aggreſſus eſt ſibi, ac poſteris, quod poſtea euentus docuit, quodque Epiſcopus Regni quiſpiam vaticinatus dicitur, exitiale. Sarram itaque in Italiam remiſit litteris eidem ad Menſarios Florentinos datis, qui pecuniam abundè ſubminiſtrarent. qua ille inſtructus, quàm occultiſſimè, peditum turmas aliquot, trecentos verò equites conſcripſit, ac per manipulos Anagniam, vbi tum Pontifex erat, ita perduxit, Ciuibus ſane quibuſdam conſcijs, ac ſceleris adminiſtris, vt eorum nocturnu aduentum Bonifacius non prius perſenſerit, quàm ſe proditum, captumque animaduerterit. Ferunt illum, dilapſis omnibus, Pontificalia indumenta, aliaque inſignia ſumpſiſſe, ac ſolio conſcenſo interritum nefarios ſatellites expectaſſe. captus itaque ab eis eſt, ac contumelijs affectus triduò tamen ſeruatus, ac nonniſi honeſta ſub cuſtodia habitus; quo demum elapſo Vrbis Ciues infamiæ metu, ne ſummum

Bonifaciũ capit.

Boni-facius libera-tur. mum Antiſtitem, Ciuemque ſuum conſenſu publico prodidiſſe dicerentur, correptis actutum armis, multiſque cæſis Sarrain, ac reliquos Vrbe expulerunt, captiuos pleroſque omnes, in quibus Bonifacij ex fratre nepotes, ipſumque adeo Bonifacium in libertatem vindicarunt, ac Romam Matthæo quoque, ac Iacobo Vrſinis cum Ro-*Romã perdu-citur.* manis equitibus quadringentis, qui ſubſidio venerant, comitantibus deduxerunt. Cæterùm cum hoſtes iterum coire, ac literas à ſe ad Carolum Regem datas intercepiſſe, ſibique à Philippi aſſeclis inſi-*mori-tur.* dias ſtrui intellexiſſet, mœrore animi correptus morbo interijt 5. Idus Octobris. Sunt qui tradant ſub cuſtodia Romam perductum, ac pedore inibi carceris, aut vi illata poſt diem quintum ac trigeſimum deceſſiſſe. Vulgatum deinde eſt à Philippi ſtudioſis, ac falsò creditum, eum in rabiem actum capite parieti illiſo, manſiſque manibus *Fabula de eo explo-ditur.* obijſſe. detecta eſt ineptiſſima impoſtura dum non multos ante annos nobis ipſis, qui hæc ſcribimus, inſpectantibus (quo tempore Paulus V. veterem Conſtantinianam Baſilicam, ad nouam extruendam, ſolo æquabat) cadauer exhuma-*exhu-matur.* tum non modo incorruptum, ac

cæ-

cætera probè integrum, ſed manibus præcipuè illæſis repertum eſt. qua de re publicum quoque documentum idem Paulus extare voluit, quod Tabellionis opera ac fide confectum, teſtatumque *ab Authore huc affertur* lectu non iniucundum.

Eo adhuc ſuperſtite Fraticellorum ſecta extitit, res in ſpeciem, ipſo ſui exordio pia, re autem vera flagitioſa Virginum, ac Matronarum, quas ad nocturna Orgia verius, quam ſacra pelliciebant, nefaria corruptela. eam Bonifacius omni ope inſectatus eſt, ac fœliciter repreſſit. *Fraticellorũ ſecta.*

Nouemdialibus eidem; antiquo ex ritu perſolutis, qui Romæ erant Patres Conclaue ſacrum ad 7. Kal. Nouembris ingreſſi, poſtridie Fr. Nicolaum ex D. Dominici Inſtituto Card. Epiſcopum Oſtienſem in Petri ſolio collocarunt. Is igitur quam frugi Pontifex eſſe vellet inſigni ſtatim facinore declarauit. erat ei mater paupercula ſuperſtes adhuc, quæ abluendis Fratrum Prædicatorum veſtibus victum quærere conſueuerat. ea cum filium Pontificem renunciatum intellexit, Romam amicorum ope ac ſuaſu properauit, eiſdemque authoribus precioſis veſtibus induta, ac curru vecta ad filium *Benedictus XI. inſigne eius facinus.*

lium delata eſt. Eam ille conſpicatus, ac ſi non agnoſceret, *Mater*, inquit, *mea paupercula eſt, vileſque veſtes, atque obſoletas geſtare ſolita;* tum hæc præfatus auerſari eam viſus eſt. erubuere non illa modo, ſed hi quoque, qui eam ornauerant, ac deduxerant. proindè abductam, ac vulgaribus indutam veſtibus ad filium iterum adduxerunt. tum ille accurrens, Genitricem amplexatus, *Hac vero mihi*, inquit, *longe chariſſima eſt parens*. eam porrò honorificè ſatis deinceps habitam, vt fas erat, coluit. Ea res vulgata omnium animos, Regum in primis, ei conciliauit. in quibus Philippus rerum culmen eidem gratulatus, atque effuſam lætitiam teſtatus, literas à Zachariæ ſacro Cantico exorſus eſt; *quarum exemplum apud Authorem hic require*. *Maſſo. in Bened.*

Eodem Anno Benedictus Orientalis Patriarchæ, ac Tartarorum, qui apud Syriam erant legatos audijt obſequium ex more præſtantes, tum ſuppetias aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes Sarracenos flagitantes.

Ardebat hoc eodem tempore ciuili bello flos Etruriæ Florentia, quam vt pacaret Benedictus Nicolaum Pratenſem Epiſcoqum Cardi-

dinalem Oſtienſem eò deſtinauit. Is igitur, conatu maximo adhibito, quemadmodum Optimates, ac plebem hactenus diſſidentes, inter ſe vtcunque conciliauit, ita, vt extorres Ciues, inter quos Franciſci Petrarchæ Pater, ac Dantes Aldigerius erant, reuocarentur; perficere nulla vi potuit. itaque ſpe pacis omni depoſita turbarum Authores diris deuouit, ipſique Vrbi ſacrorum vſum ademit. *Dãtes Aldigerius.*

Ann. Chri. 1304. Poſthæc Benedictus Philippum Regem, ſe authore, Bonifacio vim illatam pernegantem, affinem ſe tamen vtcunque noxæ fatentem, ac veniam poſtulantem piorum cœtui reſtituit; adempta quoque illius Regno ſacra reddidit. eodemque pacto ex Columnenſibus aut innoxios (promiſcuè namque ea veluti procella omnes dijecerat) aut pœnam deprecantes recepit; qua etiam de re literas, *quæ hic referuntur*, publicauit.

Peruſiæ hoc tempore agebat Pontifex, quà ex Vrbe animi gratia ad Traſimenum, qui non longe abeſt, lacum cum acceſſiſſet, exacto nondum Pontificatus anno exceſſit. Ferunt inibi menſæ accumbenti Iuuenem ancillam Monialium mentitum recentes ficus floreſque varios veneno oblitos detu- *Benedicti Papæ obitus.*

tuliſſe, at illum fraudem haudquaquam ſuſpicatum, & flores ſubinde naribus admouiſſe, & ficus auidius comediſſe, peſtemque inde hauſiſſe. Sepultus eſt eandem apud Vrbem in ſui Præd. Ordinis Templo marmoreo tumulo concamerato in ſacelli ſpeciem vbi adhuc viſitur. Viri ſanctimoniam teſtatus eſt Deus miraculis à morte ſtatim editis magno numero, *quæ ab Authore hic recenſentur.*

miracula ab eo edita.

Adhuc ſuperſtes pręclaram illam Conſtitutionem edidit *ab Authore de Pribuc allatam* in rem omnium cœnobitarum, qui Mendicantium nomine cenſentur.

extr. uil. tit. 7.

Clemẽs V.

Comitijs nouo Pontifici deligendo Peruſiæ ob Patrum diſſidia ad annum fermè productis, Pontificatus demùm Bertrando Antiſtiti Burdegalenſi delatus eſt; qui neque ex Purpuratorum erat ordine, nec Comitijs aderat. id qua ex cauſa, quibuſque artibus factum ſit, *accuratius Author recenſet.* electione itaque huiuſmodi peractâ, ac per legatos nunciata nouus Pontifex qui Clemens voluit appellari, Lugdunum delatus, eò non Cardinales modo, verùm etiam Galliæ, Angliæ, atque Aragoniæ Reges, alioſque Principes acciuit. Peracta itaque Lugduni

eſt

eſt Clementis inauguratio, tranſlataque hac ratione Romana ipſa Sedes in Galliam. quod non ſine omine contigit, quippe muri cuiuſdam caſu tum multi, inter quos proceres aliquot oppreſſi, aut luxati, tum ipſe Pontifex equo deturbatus, excuſſo diademate, carbunculum ingentis precij amiſit.

Romana Sedis in Galliã trãslatio.

Gliſcentibus in dies magis inteſtinis apud Tuſciam diſſidijs Florentini fœdere cum Senenſibus, Lucenſibuſque, ac alijs nonnullis Prouinciæ Populis inito, ex condicto Caroli Regis filium Robertum Calabriæ Ducem euocarunt, cuius tamen auſpicijs, ductuque nihil memoratu dignum peractum eſt. tum Florentia ipſa, incendio à ſeditioſo quodam ciue excitato, ad maximam vaſtitatem redacta eſt, priuatis ædibus, præter delubra, atque cœnobia, mille amplius, ac ſeptingentis abſumptis.

Florentia incendio deformata.

Huiuſmodi vt diſſidia, ſi fas, tolleret Clemens, Neapoleonem Vr-
Ann. Chri. 1306. ſinum Cardinalem in Etruriam, atque Aemiliam legauit. At is Bononiam profectus, parum abfuit, quin à ſeditioſo apud eam Populo trucidaretur. Prætoris itaque ſeruatus ope ſupellectilis haud ſecius direptionem paſſus eſt. Sed & Flo-

Florentini Vrbe illum excluſerunt, qua de cauſa vtrique Vrbi ſacris interdictum eſt. Piſani quoque per idem tempus piraticam exercentes Sardiniam, ac Corſicam infeſtas habebant. eas cum beneficiario iure à Romana Sede Iacobus Rex obtineret, ea de re Clementem Pontificem interpellauit. Is Federico Trinacriæ Regi edixit, vt quas ex pacto Romanæ Eccleſiæ triremes ſubmittere tenebatur, in Piſanos educeret.

Sac. Eucharistia miraculum Iudæos hoc anno Philippus Rex vniuerſo Galliæ regno expulit. Edicto cauſam dediſſe ferunt Iudæi facinus. Is Chriſtianam Hoſtiam precio emptam à muliere in feruentis aquæ ahenum conieceraτ conuicio addito, atque blaſphemia: tùm vero Infans aheno innatare non illi modo, ſed etiam filijs puerulis viſus, qui domo egreſſi paternum facinus euulgarunt. domum ſtatim, facto impetu, Chriſtiani aliquot ingreſſi ſunt, tùm re comperta, facinus Epiſcopo Pariſienſi, qua in Vrbe res accidit, detulerunt; adfuit ille vna cum Clero, inuentamque in aheno hoſtiam nitidiſſimam, ac planè illæſam in Templum retulit. Pueri cum matre Baptiſmo abluti ſunt, Homo impius perfidia haudquaquam de- *lib. 3. fortalit.*

decedens flammis addictus eſt.

Obijt hoc eodem anno Tolentini apud Picenum Nicolaus ex ſacro Eremitarum D. Auguſtini inſtituto Vir egregius, *cuius res geſtas fusè Author hic refert*. Hunc catalogo Sanctorum additum annua memoria Eccleſia recolit. *S. Nicolaus de Tolentino.*

Greg. Merul. lib. 6. antiq. Vicec. Per idem tempus Palæologorum genus in Italiam corriuatum eſt Ioannis Marchionis Montisferratenſis obitu, qui abſque ſobole decedens, Violantis ſororis filium, quem Andronicus Pater iuſſiſſet, hæredem inſtituit. Miſſus à Patre eſt Theodorus, qui Genuenſium ope Auunculi Ditionem adeptus eſt. *Palæologi Marchiones Mõtisferrati.*

Quo tempore, Vandalico in ſolo, quæ Marchia nunc eſt Brandemburgenſis, de cœlo grando cum decidiſſet, promiſcuè ſimul cecidere igniti veluti lapilli, qui paſſim incendia excitarunt, vbi in ſtramina, aliamue aptam ad concipiendum ignem materiam inciderunt, ipſa etiam in agris pecora occiderunt, res prioribus ſæculis incomperta.

Ann. Chri. 1307. Andronico Græcorum Auguſto nec à ſchiſmate, nec a tyrannide recedente, in eum Clemens Anathematis ſententiam *ab Authore hic relatam* pronunciauit. exinde *Andronicus excommunicatur.*

Ca

Carolus Valeſius, ad quem Imperij illius cura ſpectare videbatur inito cum Venetis fœdere, ſocialia in eum arma comparauit, at verò Genuenſes, Venetorum odio, pro Andronico ſtetere.

Philippi in Bonifaciũ defunctũ odium Philippus interim Gallorum Rex Pictauos ad Clementem delatus, conatu maximo apud eum egit, vt ſponſionis memor, Bonifacij memoriam damnaret. perculit ea res vehementer Pontificem haud ignarum, Bonifacium nunquam à Catholica fide, quod Philippus criminabatur, receſſiſſe. conſulto itaque Cardinali Pratenſi ſagacioris ingenij Viro, negauit morem gerere ſe Regi poſſe, quin ipſe ſibi Pontificatum abrogaret. neque enim damnari Bonifacium fas eſſe, niſi eadem opera promoti ab eo Cardinales deponerentur. ab his porrò non ritè promotis nec Pontificem ritè deligi potuiſſe. tum vt rem protraheret, indicturum ſe eam in rem ſynodum reſpondit.

Tẽplarij extincti. Haud diſpari infamiæ nota Philippus Rex Templarios Milites inſectatus eſt adeò, dum eos aut ſupplicijs addictos, aut Regno exactos, diſiectoſque deleuit. Pleriique omnes authores ſunt à Rege eorum opibus, quæ penè erant regiæ, inhiante, circumuentos, non *S. Ant. p. 3. Villã. l. 8. P. Aemil. l. 8 Plat. in Clẽ.*

non vera crimina luiſſe.

Sub idem tempus Alberto Aug. à Ioanne fratris filio, cuius ditionem inuaſerat, interempto, Philippus idem Imperij adipiſcendi cupiditate incenſus, inſtructis copijs, Liberiſque, ac Regni Proceribus ſtipatus, Pontificem ea de re interpellauit. Is probè ſentiens Philippum Imperio potitum in Tyrannum haud dubie erupturum, humanoque, ac diuino metu abiecto, ipſam Eccleſiam oppreſſurum, ſeque in primis ad Bonifacij memoriam damnandam vi adacturum, conſulto eodem Cardinali Pratenſi, quàm celerrimè, occultiſſimeque Septemviros Electores monuit; quantum periculi Chriſtianæ Reipublicæ, quantum dedecoris Germanorum Genti ex Regis ambitu immineret, Rege interim ipſo ſpe inani lactato. proinde à Moguntino Archiepiſcopo Comitijs ſtatim indictis, coactiſque Henricus Comes Lucemburgenſis miro omniũ aſſenſu Auguſtus dictus eſt; à quo nulla mora interpoſita, Bauariæ Dux, ac Namurcij Comes legati ad Pontificem miſſi ſunt, qui obſequium, ac fidem electi Cæſaris aduerſus Romanam Eccleſiam conceptis verbis teſtatam facerent, tum priſco ex more ſacramento

Henricus VII. Imp.

interpoſito, ac Diplomate obſignato eiuſdem Eccleſiæ Iura ſarta tecta perpetuo fore pollicerentur.

Ioannes Alberti occiſor quo pacto mulctatus Ioannes porrò Alberti Cæſaris interfector Clementis pedibus aduolutus irrogari ſibi pœnam, ac veniam tribui cum poſtulaſſet, ad Henricum Cæſarem reiectus eſt, cuius iuſſu cœnobio clauſus Eremitarum S. Auguſtini, vitæ reliquum apud eos egit. Sic Monaſticum vitæ genus digna tanto parricidio pœna tum quidem eſt habita.

Dulcini ſecta. Eodem ferè tempore Dulcinus quidam, ac Margarita Coniux promiſcuos, ferarum more, concubitus in Inſubriæ Vrbes, initio à Nouaria facto, inducebant: iamque fœda peſtis ſerpebat latius, & nefarios Duces ingentia agmina ſequebantur. Igitur ſcelerata manus à legato Pontificis armis oppreſſa, ac deleta eſt: licentiæ Authores capti, ac membratim diſcerpti, flammis denique ſunt traditi. *Io. Villan. l. 7.*

Valteri ſecta Propago veluti quædam Dulcini hæreſis, ſubinde apud Germaniam extitit Valtero quodam Authore, qui multis poſtea cum aſſeclis exuſtus eſt. Hic præter nefandas libidines, hæc quoque væſanus Vates docebat, Luciferum iniuria cœlo pulſum, fore vt aliquando cœlo redditus victores antea Angelos *Chron. Irſaug*

victu-

victurus eſſet, atque ad inferos deturbaturus.

Ann. Chri. 1308. Vrgente iterùm Philippo noua in Templariorum mores inquiſitio per vniuerſum Chriſtianum Orbem inſtituta eſt, Pontifice ipſo adnitente, per quam tot crimina, tamquè enormia, verè, an per impoſturam, detecta ſunt, vt ad ea Chriſtianæ aures exhorreſcerent, *horum capita apud Authorem hic habes*.

Bern. Cor. par. 2. Azone Ateſtino Ferrariæ Principe legitima abſque prole è viuis ſublato, Friſcus eius filius Nothus Venetorum ope Principatum inuaſit, à quo poſtmodum ab eiſdem Venetis eſt deturbatus; eos itaque Clemens incaſſum monitos, vti Eccleſiaſticæ Ditionis Vrbem nullo Iure occupatam dimitterent, anathemate perculit, mox inito cum Ciſalpinis, ac Florentinis fœdere, bello petijt, atque inſigni prælio ad Francolinum vicit, quo & Ferraria recepta eſt. Ferunt Venetos maiis feſſos pacem, ac veniam à Pontifice nequicquam diù petitam, Franciſci Danduli memorabili demùm patientia impetraſſe. Is collo catena iniecta ad Pontificis menſam tandiù iacuit, donec adempta Patriæ ſacra recuperaret, ex quo illi canis nomen eſt inditum. *Azo Ateſtinus.* *Veneti à Pontificijs victi.*

tum. porro hæc ipſa demiſſio viam illi ad ſummum apud Patriam faſtigium muniuit. *Sabell. Enn. 9. pl. 8.*

Eduardi Angliæ Regis obitus. Eduardus filius ſuccedit. Obijt hoc eodem tempore Angliæ Rex Eduardus filio cognomine hærede inſtituto.

Quo tempore Ioannes Henrici Cæſaris filius vix dum Puber Eliſabetha Venceſlai Boemiæ Regis filia in matrimonium ducta, dotale Regnum de Henrico Carinthiæ Duce recepit armis.

Laterani incendium. Clemente ſuæ veluti Sedis immemore apud Galliam agente, Lateranenſis Baſilica, ædeſque inibi Pontificiæ incendio deflagrarunt.

Clara de Mõte Falco. Ad hunc annum ſpectat Claræ Virginis integerrimæ apud Montem Falcum Vmbriæ oppidum, ad Deum tranſitus, *de qua multa hic Author, quem require.*

Caroli Reg. Neap. obitus. Robertus filius ſuccedit. Carolo Neapolitano Rege vita functo, Regnum illud Roberto filio à Pontifice delatum eſt. Supererat tum quidem Carolus Robertus, qui & Carombertus dictus eſt, Vngariæ Rex defuncti Regis ex Carolo Martello maiori natu filio nepos. Ergo Vngari legatione ad Clementem inſtituta, auitum Regnum Regi ſuo aſſerere omni ope conati ſunt. Cœterum Pontifex, quod magis ex re Eccleſiæ, ac Chriſtianæ Reipublicæ eſſe cerneret *Anni Chri. 1309. Sumõt l. 3.*

ret

ret Robertum belli, paciſque artibus inſtructum euehere. Vngariæ illum Regi prætulit, cum is antea iureiurando futurum ſe in Romanæ Eccleſiæ poteſtate, ac cenſum annuum octo millium vnciarum auri ſoluturum ſpondiſſet, Regioque Diplomate confirmaſſet.

Subindè Clemens vetera inter Galliæ Regem, ac Flandriæ Comitem diſſidia ſuſtulit. Ferdinandum Caſtellæ Regem ad ſacrum bellum aduerſus Sarracenos Grauatenſes ſuſcipiendum excitauit. Comitatui Venayſſino, qui Iuris etiam tùm erat Rom. Eccleſiæ Rectorem dedit litteris, *quæ hic habentur* ad eum datis. Porro ea ditio ex pactis olim cum Raymundo Iuniore Comite Toloſano initis ad Romanam Eccleſiam peruenerat, Galliæ tamen Regibus eiuſdem Eccleſiæ nomine diutius adminiſtrata, à Gregorio X. in Lugdunenſi ſynodo aſſerta iterum fuerat.

Comitatus Venayſſinus à Rom. Eccleſiæ.

ann. 1312.

Eduardus Angliæ Rex, quod Pater quoque antea tentauerat, Scotiæ Regno potiri iure aut iniuria cupiebat. exercitu itaque comparato, Scotos, qui Robertum Buſſium Regem dixerant, adoritur. prælio inito victoria pro Scotis ſtetit. cæſa ex Anglis dicuntur ad quinquaginta millia.

Hect. Boet. l. 14.

Angli à Scotis victi.

Rhodus ab Equitibus S. Ioannis capta.

Per idem tempus Hoſpitalarij Equites, qui & S. Ioannis Hieroſolymitani appellati ſunt, Templariorum opibus aucti Rhodum Inſulam de Turcis cœpere; inde Rhodij Equites dicti, qui nunc Melitenſes ſunt.

S. Eliſabeth. Luſit. Regina.

Florebat hac tempeſtate virtutum meritis ac ſanctimoniæ laude Illuſtris fœmina Eliſabetha Petri Aragonij filia, Dionyſij Luſitaniæ Regis Vxor, *de qua plura hic Author ex Perpiniani præſertim laudationibus; eam nuper Vrbanus Pontifex ſuperſtes adhuc, dum hac prodimus, ſolemni ritu Sanctorum numero adſcripſit.*

eius Apotheoſis.

Henric. in Italiam aduētus.

Henricus exindè Cęſar in Italiam properans obuios vbique habuit Gibellinos fauſta illi omnia precantes, illiuſque opem implorantes, horum precibus, ac pollicitationibus permotus, aduerſæ factionis homines, Vrbeſque exactionibus vexare, calumnijs circumuenire, iugo premere tyrannicè inſtituit. Licet haud ita pridem Lauſannæ in ipſo ferè Italiæ limine ex præſcripto Pontificij legati ſacramento interpoſito, ac Diplomate obſignato in ſe recepiſſet, vtrique parti ſe Iudicem futurum, Eccleſię, ac Italiæ libertatem conſeruaturum, Aduocati, Defenſoriſque par-

Ann. Chri. 1310. Villan. l. 9. Leon. Aret. de reb. Etrur.

partes acturum. Proinde Clemens Pontifex Aemiliæ Pręfecturam Roberto Regi antea demandatam confirmauit. Hunc & Florentini Ducem ſibi conſtituerunt ad Cæſarem mœnibus, ſi fas, arcendum.

Io. Villan. l. 9 Pariſijs hoc tempore agebat Arnaldus de Villanoua Hiſpanus genere, arte Medicus, præſtigijs clarus, quique in hæreſim lapſus deliria effutijt abſurdiſſima *ab Authore hic relata*.

Boſſ. p. 2. l. 1. hiſt. mil. Hieroſ Rhodo, vt diximus, ſuperiori anno pulſi Turcæ ad eam recipiendam ingenti parata claſſe delati ſunt. Actum erat de Vrbe nondum ſatis munita, deque Rhodijs militibus, qui eam tutabantur, niſi Allobrogum Princeps Amedeus Cruceſignatorum inſtructus copijs præſto fuiſſet, deſcenſione ſtatim facta obſidentes hoſtes egregie vicit, fuditque. Porro eam poſt victoriam, ex qua Magni nomen adeptus eſt, quatuor has litteras inſignibus addidit gentilitijs F. E. R. T. quibus teſtatum poſteris eſſet, *Fortitudinem eius Rhodum tenuiſſe*. *Amedei ad Rhodū victoria.*

Ann. Chri. 1311. Indictum à ſe antea Concilium celebraturus Clemens Pontifex Octobri menſe ineunte Viennam Allobrogum Vrbem delatus eſt, quo & trecenti amplius ſacri Antiſtites conuenere. Datum verò in *Clemens Viennã ad Conciliũ venit.*

mandatis eſt Epiſcopo Mimatenſi, vt de rebus ea in Synodo pertractandis libellum perſcriberet, ederetque, qui ab eo ſumma cura confectus *ab Authore hunc affertur*.

Henricus Mediolani periculũ vitæ adit. Hæc inter Mediolanenſes diutinam Henrici Cæſaris eam apud Vrbem moram pertæſi, iniurijs inſuper intolerandis ab eius militibus laceſſiti, impetu in Regiam facto, parum abfuit, quin eum trucidarent. Saluti Auguſto fuit Leopoldus Dux Auſtriæ, qui familiaribus quibuſdam, ac Teutonicis Militibus ſtipatus per Populi furentis tela, ac lapideum imbrem, ægrè licet, in Regiam demùm euaſit, infeſtaque coniuratorum arma ab illius capite depulit. Eam ob rem Mediolanenſes Anathemate à Pontifice damnati ſunt, haud tamen ita multo poſt veniam precantes ſacris vinculis ſoluti ſunt. Henricus igitur haud diutius Mediolani morandum ſibi eſſe ratus, ſupplicio de ſeditioſis aliquot ſumpto, ac Matthęo Vicecomiti adminiſtratione Vrbis relicta, Cremonam contendit, ſeque mœnibus arcentem obſedit, ac deditione demum Ciuium obtinuit: tum verò Vrbes alias plurimùm per Præfectos ſubegit. In Brixienſi tamen obſidione *Blond. dec. 2. l. 9 Argent. Chron* *Henrici res in Italia geſta.*

VVal-

VValdradus Henrici frater, qui equitatui præerat, accepto vulnere interijt. capta demum Vrbs eſt, ac mœnibus nudata. Aemiliam vniuerſam Robertus Rex præſidiario milite aduerſus omnem iniuriã munierat. Huius ſe fidei Hetruriæ quoque Vrbes Guelfarum partium crediderant, mutuoque ſeſe fœdere armauerant. Quo factum, vt Henricus Legatos ad Clementem deſtinauerit, per quos illum vt Romam accederet etiam, atque etiam rogabat. Poſt hæc Genuam peruenit, receptuſque vti Dominus componendis Ciuium diſcordijs incubuit, centum, ac viginti aureorum millia corraſit. inde antequam diſcederet Vxorem ſpectatæ pudicitiæ, ac Religionis fœminam amiſit. Eodem ferè tempore Andronicus Græcorum Auguſtus inſigni de Turcis, qui Thraciam inſederant, victoria potitus eſt. *Vxorẽ amittit.* *Niceph.Gr. l.17.*

Ann. Chri. 1312. *P. Aemil. l. 8. in Phil.* Concilio Viennæ, vt diximus, coacto, in primis abolitionis ſententia, *cuius exemplum hic habetur*, in Templariorum Ordinem lata eſt, qua & illorum bona, opeſque Hoſpitalarijs Equitibus adiudicata ſunt. Tum Bonifacij Pontificis memoria à calumnijs vindicata. Sanè illum nulla hæreſis labe infectum fuiſſe egregijs teſtibus, *Conciliũ Viẽnenſe Tẽplariorũ Ordo extinctus.*

certiſque documentis probatum eſt. illud verò mirum, repertos tum viros militares duos Hiſpanos genere Caroccium, & VVillelmum cognomento Debolum, qui ad ſingulare certamen prouocauerint vnũquemque Bonifacium Pontificem hæreſis inſimulare audentem. Aderat Concilio Philippus Rex vnà cum liberis, ac fratre. Igitur ne is alieno à Pontifice, ac Patribus reliquis animo diſcederet, ſancitum eſt illatam Bonifacio iniuriam à Columnijs, ac regijs quibuſcunque adminiſtris, ipſi Regi, eiuſque poſteris noxæ non futuram. Si quid Rex in eum peccaſſet, non tam ipſius, quàm impoſtorum culpa id contigiſſe. Aderat & Guillelmus Nogaretus præcipuus illius Tragœdiæ author, actorque: is quoque crimen faſſus, ac veniam demiſſis precibus poſtulans, in Palæſtinam expiationis cauſa ire iuſſus, alijſque pœnis mulctatus, anathemate ſolutus eſt. Tribus iam menſibus Genuæ ſubſtiterat Henricus, cum præmiſſo terreſtri itinere Equitatu, à quo Lucenſium, ac Florentinorum Suburbanis dira vaſtitas illata eſt, triremibus ipſe quadraginta Romam delatus eſt. ante illius aduentum Vrſini Romanorum Ciuium præcipui, qui inter Guelſos cen-

Maſſõ. hiſt. Frãc. l. 3. in Phil. Io. Vill. l. 9. c. 22.

cenſebantur, Aeliam Arcem, Vaticanum, ac Ianiculum, vniuerſamque Tranſtyberinam Regionē occuparunt, ac præſidijs militaribus firmarunt. Adfuit eodem ferè tempore Ioannes Achaiæ, ac Dyrrhachij Princeps Roberti frater ſexcentis cum equitibus: tum Richardus Lurenſis Comes à Roberto Rege Thuſcis præpoſitus tria ferè peditum millia ſecum ducens, quo tempore & Ludouicus Allobrox Amedei filius ab Henrico quingentis cum equitibus præmiſſus eſt, atque Vrbis Senator dictus. hinc crebræ inter eos pugnæ, miſerabiles in Vrbe cædes edebantur. Ludouicus ipſe ab Vrſinis captus, ac cuſtodiæ traditus, Eburonum Antiſtes interemptus eſt.

Acceſſere interim quinque Cardinales Henrico inaugurando à Pontifice Legati. Ex his duo haud ita multo poſt morte ſublati ſunt. Poſt hæc ipſe Henricus Clero, ac Populo obuiam effuſo lætitia ac pompa maxima exceptus eſt, ac in Lateranum deductus. quod verò inauguratio ipſa Vaticano ab Vrſinis inſeſſo, protraheretur, Henricus pecunia deſtitutus inſuetum Ciuibus tributum aurum, vt vocant, coronarium imperauit, qua re populus commotus, ſeruile iu- *Henricus Imperator Romæ.*

gum imponi ſibi cum animaduerte-
ret, ad Vrſinos veluti libertatis
vindices confluxit. Venere inte-
rim à Clemente litteræ quibus
mandabat inaugurationem apud
cero- Lateranum peragi, nihil de ampli-
natur. tudine Cæſarei nominis imminui,
ſi minus ex priſco more apud Vati-
canum fieret. Peracta itaque eſt à
tribus, qui ſupererant, Cardinali-
bus, ſimul ipſe Auguſtus & fidei
profeſſionem verbo, ac ſcripto
emiſit, & iuſiurandum Romanæ
Eccleſiæ tutandæ ex more præſti-
tit, *quorum exemplum apud Au-
thorem hic habes*. His peractis
Henricus ab Vrſinis, ac infenſo
ab Vr- Romano Populo iure ſibi metuens,
be re- Tibur receſſit, indequè Aretium,
cedit. Aretio Piſas ſe contulit; vbi dum
Hërici moram traheret, Roberto Regi
faſtus diem dixit, quòd opem Vrſinis
tuliſſet, Etruriæ Populos ad arma
concitaſſet, quodque ad diem
inaugurationis præſto non fuiſſet,
Regnique Iura à Romano Cæſare
fœdus non agnouiſſet. eodemque tem-
cū Fed pore legatos à Federico Trinacriæ *Villan.*
Sicil. Rege excepit, eoque expetente, *Aret.*
Rege ac viginti interim aureorum millia *Blond.*
ferit. elargiente cùm illo fœdus in Ro- *Alb.*
bertum Regem percuſſit. Conatus *Argēt.*
eſt Pontifex Auguſto Regem con-
ciliare. id ille haud æquo animo
tu-

tulit, tùm veluti œſtro percitus acriter in ſequeſtrem pacis Clementem inuectus eſt præfractè admodum profeſſus à Deo ſe Imperium non à Pontifice recepiſſe. Itaque opus fuit Clementi rerum cum Henrico geſtarum ſeriem literis, quæ inter Decretales extant euulgare. *In Pōtificē inuehitur.*

Hoc tempore Andronicus Imperator Turcas infeſtos adeò experiebatur, vt neceſſe habuerit auxilia vndique conquirere ac Federici in primis Trinacriæ Regis, tùm Philippi Tarentini opem implorare. Hos Pontifex eam in rem ita hortatus eſt, vt bonorum Eccleſiaſticorum decumationem vtrique impertiendam cenſuerit, tùm noxarum veniam ſacræ aduerſus Infideles militiæ nomen dantibus indulgere. *Andronicus Turcas infeſtos habet.*

Mariā l. 15. Lipſ. in monit. Ferdinandus Caſtellæ Rex, vt erat ingenio ferox, atque ad ſæuitiem pronus, Petrum ac Ioannem Caruaialios Fratres Viros nobiles patratæ cædis reos actos, nec tamen crimen faſſos, aut teſtibus, alijſue documentis conuictos, præcipites è rupe dari per ſummam immanitatem iuſſit. morti itaque addicti, vbi ſæpius innocuos ſe plecti inclamaſſent, ad ſummum Iudicem prouocantes, diem Regi tri- *Ferdinandi Caſt. Regis ſæuitia.*

trigeſimum ab eo, qui poſtremus eis eſſet, dixerunt. mira res ipſo die trigeſimo ſæuus Princeps in ipſo ætatis flore annum agens 25. exanimatus in lecto repertus eſt. quo factum, vt is inter Caſtellæ Reges *Ferdinandus in ius vocatus* appellari conſueuerit.

Hoc loco Author ad Raymundum Lullum, qui hoc tempore viuebat, diuertens, multa de eo tradit apud eum legenda.

Sequenti Anno Clemens Pontifex Montil js agens non longe à Carpentoracto Viennenſis Synodi decreta promulgauit, *ea in compendium redacta ab Authore hic referuntur*. Quod verò Vrbani Quarti Conſtitutio de celebrando Chriſti Corporis feſto die ab omnibus Eccleſijs recepta nondum fuiſſet, eam Clemens Synodi eius Decretis inſeri, atque ab omnibus recipi, ac ſeruari iuſſit. Ann. Chri: 1313.

Henricus Imp. Robertũ Regẽ dãnat. Henricus interim in Robertum Regem quaſi Maieſtatis reum priuationis, atque adeò, ſi Deo placet, capitis ſententiam tulit. Eam Pontifex tanquam temerè prolatam, effuſamque, ſua ipſe ſententia irritam, ac inanem pronunciauit. *vtriuſque exemplum apud Authorem hic habes*. Clementis porrò ſententia non ante Auguſti obitum *Herici ſententia à*

pro-

prodijt: quippè is morbo ex diſſenteria tentari cœptus, puriori aeri quærendo, Piſis recedens, Bouconuentum Senenſis agri Oppidum acceſſit, vbi morbo ingraueſcente ad nonum Kal. Septembris ipſo die D. Bartolomæi Apoſtoli memoriæ ſacro extinctus eſt, ſexto, quàm Cæſar lectus fuerat, anno. Rei inuidia Florentini, ac Robertus laborarunt, quaſi horum impulſu Fr. Bernardus Politianus ex Dominicano inſtituto, qui Auguſto à ſacris confeſſionibus erat, ſacram Hoſtiam veneno illitam ipſo die Deiparæ in Cœlum aſſumptæ ſacro, ſiuè illius peruigilio eidem porrexerit. cœterum is Piſas delatus, cum recipere ſe Florentiam, aut Neapolim potuiſſet, maximum innocentiæ ſpecimen dedit. tùm Medici cadauere inſpecto veneni ſuſpicionem omnem abſtulerunt. his alijſque documentis Pontificis quoque Maximi ſententia Bernardus abſolutus eſt, cni cum Auguſti Frater Archiepiſcopus Treuerenſis, & Ioannes filius Boemiæ Rex acquieuerint, mirum eſt, repertos adhuc Authores, qui huiuſmodi faueant impoſturæ. Defuncti Regis cadauer Piſas relatum, maximo cum Gibellinorum luctu argentea in arca è marmoreis columnis ſublimi

Pontifice irritatur.

limi tumulatum eſt. adfuit inferiarum pompæ Trinacriæ Rex Federicus, qui mortis nuncio ſtatim accepto, Piſas adnauigauerat. ex veneni quam diximus Auguſto propinati ſuſpicione Chronographus maleferiatus neſcioquis fabulam concinnauit religioſis Dominicanæ Famigliæ Viris expiationis illius criminis, ac pœnæ loco imperatum, vt ſiniſtra deinceps, ſacris operantes, ſacram Hoſtiam reciperent, cum ſatis exploratum ſit iam tum ex ipſo eius Ordinis exordio huiuſmodi apud eos morem viguiſſe.

Fabula de Dominicanis explodi- tur.

Subinde Federicus delatum ſibi à Piſanis illius Vrbis regimen aſpernatus claſſem in Siciliam reduxit; cœterum antequam illam attingeret, Rhegium Calabriæ Oppidum vi cœpit, Roberto interim à Florentinis Reipublicæ Moderatore ad quinquennium adſcito, à Clemente verò Romani Imperij Vicario apud Italiam conſtituto.

Eodem ferè tempore Philippus Galliæ Rex Conuentu Pariſijs habito, voto ſeſe inferendi Palæſtinæ Sarracenis belli obſtrinxit, deque Apoſtolici legati manu Crucem ſacræ militiæ teſſeram accepit. ea tamen ſponſio ob illatum Flandriæ Comiti bellum, Regemque haud

diu

diu ſuperſtitem in nihilum, vt ſæpe alias, recidit. Obijt Philippus 3. Kal. Decembris. Sunt qui tradant eum in venatione deiectum equo ex apri vulnere procumbentem, mox reſilientem, hærente ephippijs pede miſerè tractum ea ex iactatione exanimatum fuiſſe.

Bocc. l. 9 de caſibus.

Philippi Galliæ Regis obitus.

Eodem quoque anno Clemens Pontifex Cęleſtinum abdicati Pontificatus fama inclytum Sanctorum numero addidit. extat rei tum geſtæ monumentum *ab authore huc allatum*, ex quo innocuæ, ac plane cæleſtis traductæ ab eo vitæ ſeries habetur.

Cœleſtini Canonizatio.

Ann. Chri. 1314. *Surit. l. 2.*

Auxilio haud ita pridem Græcorum Auguſto miſſi ab Aragonijs Regibus milites, qui Catalani vulgò receptiori nomine dicebantur, ſiuè ob ſtipendia intercepta, ſiuè aliam ob cauſam, arma in eoſdem Græcos verterunt. in primis verò Gualterum Baenum Athenarum Ducem Turcarum hoſtem acerrimum conatibus illorum obſiſtere auſum acie victum ciderunt, Athenarum dein Vrbem, atque Atticæ Regionem vniuerſam ſubegerunt, ac veluti indigenæ connubijs quoque cum Gallorum inibi mulieribus initis inſederunt, atque adeò Orientalis Auguſti nomen, ac titulos Federico Trinacriæ Regi

Catalani Græcis infeſti.

Atticā occupāt.

Federi co Sic. Regi impe- rium Orien- tale de ferunt

Regi detulerunt. Is porro conditionem haud aſpernatus Præfectos Vrbibus, Duces bello, qui eius auſpicijs rem gererent, dare non dubitauit, tum Guillelmum minorem natu filium Athenarum Ducem conſtituit.

Perculit ea res Clementem Pontificem, itaque minacibus ad Iacobum Aragoniæ Regem literis *ab Authore huc allatis* Illum vt infeſtos Græciæ populares ſuos indè reuocaret, admonuit, cum præſertim Carolus Valeſius Regionis illius Vrbes vti dotales ſui iuris eſſe oſtenderet; ipſique incolæ hoſtiliter ſecum à Catalanis agi multis cum lacrymis quererentur.

Clemẽ tis V. obitus.

XII. Kal. Maij Clemens diſſenteria, ac multiplici ægritudine confectus obijt, annum Pontificatus agens nonum, mirus literarum, ac literatorum hominum cultor.

Clemẽ tinas Conſti tutio- nes e- dit. Acade- miam Aure- lianen ſem &

eius opus ſunt Clementinæ Conſtitutiones. Aurelianenſem Academiam, apud quam ſacram, profanamque eruditionem hauſerat, priuilegijs ornauit. Peruſinam quoque à Bonifacio antea inſtitutam locupletauit, cuius rei Peruſiæ adhuc extat diploma. Collegia inſuper Clericorum, et Monachorum plura conſtituit, ac redditibus ditauit annuis. Cadauer poſtremis

ip-

Peruſi nũ priuilegijs auget. Sepulchrum illius violatum.

ipſius tabulis Vſeſtæ conditum marmoreo in tumulo ſumptuoſi operis, quod noſtrorum Patrum memoria ſalutis anno MDLXXII. à Caluinianis graſſatoribus violatum, diſiectumque eſt. cadauer ipſum procerum admodum in cineres ſtatim abijt. argentea quædam vaſcula, ac gemmæ ſimul conditæ in violatorum prædam ceſſere.

Plat. Ciacc. Maſſõ.

Diſſidium Cardinalũ.

Tres erant, ac viginti Cardinales Pontifici ſuperſtites. Conuenere hi Carpentoractum Comitijs apud Epiſcopales ædes indictis; vbi diutius diſcordibus inter ſe animis, atque ſuffragijs cum perſtitiſſent, illorum famuli, cum alia eos ratione vel ad concordiam reducere, vel diffidentes inde elicere nequirent, iniecto ædibus igne i abſcedere coegerunt. diſiecti ea de cauſa, varias in Prouincias, ac Narbonenſis Galliæ Vrbes, coire iterum, quantumuis eos Viri Principes, aut Pij perurgerent, toto ferè biennio nequiuerunt.

Cõclaui incluſo excedũt.

Diſſidium Electorũ Imperij.

Haud minori contentione, ac diſſidio, veluti fato quodam, hoc ipſo tempore à Septemuiris Rom. Imperij Electoribus laboratum eſt, cum præſertim ipſorum quoque Electorum non vſque adeò explorata eſſent ſuffragiorum iura, Ioanne

ne Henrici Aug. filio cum Henrico Carinthiæ Duce de Regno Boemię contendente, eodemque pacto Saxonici Ducatus poſſeſſionem Rodulpho aduerſus Ioannem Patruelem tuente, ac duobus Brandemburgicis ſuffragij iura vindicantibus. quo factum, vt eorum quidam iniuſſu Moguntini Archicancellarij, nec in vnum omnes locum conuenerint, alijs Bonam, alijs Francfordiam profectis. rebus ea, qua diximus, ratione implexis, & iam non Septemuiris, ſed Decemuiris vt loco, ita ſuffragijs bifariam diuiſis, pars Ludouicum Bauarum, pars Pedericum Auſtriacum Romanum Cæſarem dixerũt. illud verò mirum inter eos, qui Auſtriaco ſuffragati ſunt, Rodulphum Rheni Palatinum Ludouici germanum fratrem fuiſſe.

Ludouicus Bauarus, & Federicus Auſtriacus ſimul Cæſares electi.

Apud Galliam quoque Philippo è viuis ſublato, Ludouicus filius cognomento Vtinus ſucceſſor datus eſt, à Rhemenſi autem Archiepiſcopo ex more inauguratus. *huius mandi porro Gallorum Regis, tum inaugurandi ritum ſcitu non iniucundum ex Tillij Commentarijs de rebus Gallicis ab Authore hic tradi- tum apud eum require.* At verò Ludouicus Regnum auſpicatus eſt haud ſane inſolenter ab Ingeranni ... cæ.

Ludouicus Vtinus Gallorum Rex. Ritus humandi &

lib. 2.

P. Aemil. l. 8.

cæde, Viri apud Patrem gratia, *Inauguratio* totiuſque Regni potentis, quique *rana* ea de cauſa, vt accidit, omnium *di Gal-* odio, atque inuidia laborabat. hunc *lorum* igitur Carolo Valeſio Patruo in *Reges.* primis adnitente, peculatus primo, tum veneficij reum actum ſuſpendio necauit. exinde animum ad ſacrum bellum adiecit poſtremis à Patre monitis ad illud excitatus, tum verò etiam religione motus, quod eam in rem decimas, quas vocant, è Sacerdotijs exegiſſet.

Ann. Chri. 1315. *Alb. Argēt. Nucl. Cuſpinian.* Sequentem quoque annum tenuit Pontificium interregnum, Cardinalibus locis ſimul, ac ſtudijs longè diſſitis. Quo tempore vtroque ab Cæſare haud ſegniter ad arma ventum eſt. at verò Ludouicus Rodulpho fratri, quàm Federico infenſior, vi eum maxima adortus ditione adempta recipere ſe in Angliam coegit.

Apud Italiam ſolemnes hoc ipſo *Guelforū ac Gibellinorum turbæ.* tempore inter Guelfos, ac Gibellinos turbæ vigebant. Horum præcipuus Ductor erat Vguccio Fagiola, qui Piſis imperitabat. Illos Robertus Rex tutandos ſuſceperat. prælio itaque inter vtroſque inito, victoria, licet non incruenta, ab Vguccione ſtetit amiſſo filio. Ex Guelfis autem deſiderati ſunt ad duo Florentinorum millia, cum-

que

que his Petrus Roberti frater, ac Carolus eiuſdem ex Philippo fratre Nepos.

Diſiectos, vt memorauimus, S.R.E. Cardinales, ſuique muneris plane immemores Philippus Comes Pictauienſis, qui Galliæ Regnum à Ludouici Regis obitu adminiſtrabat, Lugdunum quaſi Regijs inibi Comitijs habendis coegit; Iunio menſe vertente iureiurando pollicitus liberum eis fore diſceſſum. tum Cœnobio illos Prędicatorum clauſos inuitos, ac reluctantes, ac ſacramenti Religionem incaſſum obijcientes, minis quoque ad noui Pontificis electionem adegit; quadraginta inſuper dies diſceptationibus exegerunt, Aquitanis Pontificem ex ſua Gente depoſcentibus, Gallis reliquis, atque Italis alium quemlibet, dum non Aquitanum, expetentibus. Neapoleonis denique Vrſini opera maximæ inter Purpuratos authoritatis Iacobus Cardinalis Portuēſis Aquitanus genere, Patria Cadurcenſis, à quo ille reditum in Italiam pactus fuerat, ad 7. Idus Auguſti Summus Pontifex renunciatus eſt, indito Ioannis nomine. cœterum à Neapoleone pollicitationis, ac iuriſiurandi de repetenda Italia ſtatim admonitus, obſecratuſque vt

Ann. Chri. 1316.

Cardinales Cōclaue iterū ineunt.

Ioannes 27.

Ro-

Romanæ Vrbi per factiones mirè diſtractæ pacem præſens conciliaret, cum id præſertim ad Maieſtatis Pontificiæ dignitatem pertineret, & ad libertatem Eccleſiaſticam à ſecularium Principum impotentia vindicandam, ac denique ad totiùs Chriſtianæ Reipublicæ decus, & commodum; abnuere ſatius duxit, ſeù quod à Romanorum turbis, totiuſque Italiæ factionibus metueret, ſeù Gallorum Regis, ac Principum, ne abeuntem detinerent, pertimeſceret. Quod verò ad iuriſiurandi Religionem ſpectat, cum illud ambiguis verbis concepiſſet (ita enim ſpoponderat, equum ſe, aut mulam non aſcenſurum, quin Romam pergeret) ſatis ſe facturum credidit, ſi huiuſmodi iumenta nunquam in poſterum inſediſſet. Itaque nauigio Auenionem ſecundo Rhodano delatus Sedem inibi Pontificiam fixit, quod & vulgatis ea de re literis edixit.

repetere Italiã abnuit.

Sedem Pontificiam Auenione figit.

Boſſ. Chron Bern. Cor. p. 2. in fin.

Hoc tempore Guelfi apud Mediolanum, ac Ticinum Gibellinos, quorum Dux erat Matthæus Vicecomes, qui & Imperialis per Italiam Vicarius à Ludouico Bauaro conſtitutus fuerat, infeſtos maximè experiebantur. Itaque Roberti Regis implorare opem coacti ſunt.

Guelforũ & Gibellinorum turbæ.

Eius

Eius miſſu Præfectus Vgo a Balzo delectis cum militibus ſubſidio eis venit . ceterum commiſſo prælio victoria iterùm à Gibellinis fuit, qua immane quantum Matthæi vires auctæ fuerint; quippe tum Patriæ Imperium à ſuis Gibelliuis adeptus eſt, Turrianos hoſtes aut cecidit, aut diſiecit, in primis verò eadem ex Gente Mediolani Archiepiſcopum, cui Ioannem Vicecomitem per vim ſubſtituit . at verò Ioannes Pontifex nec ratam illi eam dignitatem habere voluit, & Matthæum anathemate perculit, & Mediolanenſi populo ſacris interdixit . Porro cum tàm Ludouicus, quàm Federicus Imperij ęmuli legatos ad Ioannem miſiſſent quiſque ſuam electionem ratam haberi poſtulantes, is neutri præmaturè morem gerere voluit, aut debuit; ſed amborum cauſam cogniturum ſe ex bono, & æquo, vt par erat, pollicitus eſt .

Sardinia ac Corſica Eccleſia feudũ. Suos quoque hoc eodem tempore Auenionem Legatos miſit Iacobus Aragoniæ Rex ligium ſe, vt vocant, Romanæ Sedis pro Corſicæ, ac Sardiniæ Regno ex more faſſus . *Surit. l. 2.*

Ioannes Boemia Rex. Hoc eodem tempore Ioannes Boëmiæ Rex excurſione in Italiam facta, Matthæum Vicecomitem ad vlci-

vlciſcendam Henrici Patris mortem, illataſque ab Italis iniurias animaſſe ſatis habuit, à ſeditioſis ſtatim popularibus in Regnum reuocatus.

Obijt hoc ipſo tempore apud Auenionem Aegidius Columna doctrinæ, ac ſanctimoniæ laude inclytus, quo de alibi meminimus. *Aegidij Columnæ obitus*

Ann. Chri. 1317. Nec ita multo poſt B. Agnes Politiana D. Dominici ſacrum inſtitutum ſequuta, *de qua multa hic Author;* eam poſtea Clemens Pontifex huius nominis VIII. inter Beatos cenſeri voluit, *literis ab Authore hic recitatis* Romæ datis 12. Kal. Martij ſalutis anni MDCI. quo tempore celebritate eadem in Vrbe ad D. Mariæ ſuper Mineruam indicta, nobis audientibus à Bernardino Stephonio è Societate Ieſu Oratore, ac Poeta celeberrimo è ſuperiori loco publicè laudata eſt. *B. Agnes Politiana. Inter Beatos adnumeratur. à Bernardino Stephonio laudatur.*

Quod autem per idem tempus præter Vicecomitem alij permulti Vicarij nomine à Bauaro impetrato apud Italiam tyrannidem occupaſſent, Ioannes ſuis hac de re literis *hic recitatis* poteſtatem huiuſmodi abrogauit, teſtatus diuino humanoque iure, Auguſto humanis rebus ſublato, Imperij regimen ad totius Eccleſiæ Antiſtitem ſpectare; porro Henrico nuper extin- *Auen. Kal. April.*

M cto

cto nondum legitimum ſucceſſorem datum Imperij æmulis, ipſiſque adeo Electoribus diſſidentibus.

Vertente Anno Pontifex edicto; *hunc pariter allato* ſanxit, ne cui in poſterum liceret ſimul plura Sacerdotia habere, ex his, quæ animarum curam haberent, liceret tamen cum eorum ſingulis alterum, abſque huiuſmodi cura obtinere. *Auen. 13. Kal. Decemb.*

S. Ludouici Epiſc. Toloſæ canonizatio. Ludouicum quoque Toloſatium Epiſcopum Roberti Regis fratrem, quo de alibi meminimus, cæleſtes inter Ciues colendum ſanxit Diplomate *hic recitato* quo res illius præclaré geſtas complexus eſt, rei monumento euulgato.

Philippus lõgus Galliarum Rex. Succeſſerat haud ita pridem Ludouico Vtino Galliarum Regi Philippus frater cognomento Longus. Is quicquid ei litigij cum Roberto Flandriæ Comite intercedebat, Põtificis diſceptationi commiſit, legatoſque ea de re Auenionem miſit. Venerant & Roberti, ac trium Flandriæ Ciuitatum legati, nihil tamen ea legatione perfecerunt, quod ſuſpectæ apud eos fidei Ioannes eſſet, quaſi is Gallus Gallis ſtuderet atque horum ope ad Pontificatũ euectus in ſuffragatores propenſior videretur. itaque cum re infecta diſceſſiſſent, Ioannes id *P. Aemil. l. 8. Annal. Fland. l. 11.*

con-

contumeliæ loco accepit, ipſique Comiti, ac Flandris, per quos ne pax coiret, ſtare videbatur, ſacris interdixit. Ea ex denunciatione, tum quod Rex exercitum iam conſcriberet, ſactum vt pacis iterum negocium reuixerit,firmataque demum ſit ijſdem cum legibus, quibus olim Pulchro Rege coaluerat. illud tamen diſertius cautum, vt Regi Comes decies centena aureorum millia intra viginti annos perſolueret. *Pacem cũ Flãdris ſir mat.*

Ann. Chri. 1318. Surrexere interim quidam ex D. Franciſci diſciplina Fraticelli vulgò appellati, qui errore ducti, ac ſeceſſione ab alijs facta, opes, purpuram, dominatum à Sacerdotibus aliena eſſe docebant, aliaque multa ad vulgi auram captandam licentius iactabant; horum ſectam ac deliria Ioannes Pontifex conſtitutione *hic relata* ita coercuit, vt Federico quoque Trinacriæ Regi, quò ſe receperant, coercendos, aut Regni finibus pellendos edixerit. *Fraticelli à Io. dãnati.*

Hoc ipſo tempore initium ſum pſiſſe conſtat Oliuetanorum ſacrũ Ordinem, negocio à Ioanne Pontifice Guidoni Petræmalæ Epiſcopo Aretino hac de re dato, qui non abſque diuino monitu Apoſtolica authoritate rem perfecit. *Ordo Oliuetanorum.*

Schiſmate hoc tempore, ac denſiſſimis errorum tenebris laborabant Armeni, Chriſtianam licet fidem profeſſi. Hos ad Fidei ſinceræ lucem eloquentia, ac doctrina, magis autem innocentia, vitæque exemplo reuocauit Bartholomæus Bononienſis ex ſacro Prædicatorum Ordine Archiepiſcopus eiſdem datus.

Obſeſſi à Vicecomite Genuenſes Robertum Regem acciuerant, Vrbiſque illi adminiſtrationem ad certum tempus crediderant. Is belli alea ſæpius tentata, bello denique victor extitit obſidione in primis ſoluta: tùm Auenionem profectus inducias apud Ioannem cum Federico Trinacriæ Rege pactas ſtabiliuit: tum illum à Vicecomitum fœdere diſſociauit. *Ann. Chri. 1319.*

Talmud Iudæorũ eiuſque deliria. Per idem tempus cum Iudæi temeraria multa, ac pudenda ex Talmudi nefando codice in vulgus ſpargerent, Ioannis lege, qua Clementis IV. Deceſſoris, aliorumque Pontificum decreta ſanxit, coerciti ſunt, poteſtate in eos Fidei Quæſitoribus facta, eodemque codice diligentius conquiſito flammis addicto. operæprecium eſt pudenda, atque abſurda eorum dogmata *ab Authore hic relata*, his ex animo deteſtandis cognoſcere.

Guelfi

Ann. Chri. 1320. *Boſſ. Annal. Cor. p. 3.*

Guelfi apud Patauium, vt ſeſe à Gibellinis, ac præcipue à Cane Scaligero Veronæ Domino tutiores redderent, Federici Cæſaris opẽ implorauerant, Is Henricum fratrem delectis cum militibus auxilio miſit, cæterum cum ille Vrbis Imperium tùm oppida alia nonnulla ſibi depoſceret, Patauini parum æquo eum animo exceperunt. Id cũ ſubodoratus fuiſſet Scaliger, pollicitationibus, ac donis author Henrico fuit, vt in Germaniam nulla re geſta reuerteretur. Ad hęc legatio ad Federicum à Gibellinis inſtituta eſt, qua illi in mentem reuocabant è re ipſius non eſſe, dum Imperium ambiret, arma in eos vertere, qui maxime pro iuribus, ac dignitate Imperij decertarent, quales ipſi eſſent parati non minus ei quàm Ludouico, ſi iure, belloue potior eſſet, viam ad Imperij decus apud Italos tuendum munire. caueret ne dum Imperium quæreret, ab eius ſpe ac poſſeſſione excideret, neue armis Germanorum Italiæ Imperium nõ Germanis, ſed Romanis Pontificibus ſubijceret. hærebat anxius ea de cauſa Federicus. obſequendum Pontifici ſuadebat neceſſitas inaugurationis, à qua totius rei ſumma pendere videbatur, nec niſi ratio

Henricus Auſtriacus Patauij.

Germaniã repetit

habenda erat eorum, quæ legati attuliſſent. eo autem Henrici fratris ex Italia receſſu, viſus eſt ipſe Federicus non tam Patauinis, quàm Pontifici illuſiſſe, itaque noua eum legatione demulcere conatus eſt.

Federicus Siciliæ Rex Genuã obſidet Quo tempore Federicus Trinacriæ Rex quadraginta triremium claſſe aduerſus Genuenſes comparata, eam Vrbem conatu irrito adortus eſt, littoralem tamen oram ferro ac flamma vaſtauit. eam ob cauſam, tùm quod regno redditus, ad militum ſtipendia in ſacros prouentus violentas manus iniecisset, à Pontifice diris deuotus eſt. *Fazel. dec. 2. l. 9.*

Ciuile hoc tempore bellum inter Bauarum, atque Auſtriacum de Romanorum Regno certantes ardebat. porro Ludouicus non armis modò, ſed ſcriptis quoque ſua ipſius tueri iura, Theologos, ac Iuriſperitos, qui iniquiore in Pontificem animo erant, nactus, nitebatur. *Ann. Chri. 1321.*

Federicus quoque Trinacriæ Rex iniuſſu Pontificis Petrum maiorem natu filium ad Regnum euehere, inque illius verba Siculos adigere non eſt veritus. *Surit. l. 2. Vil l. l. 9. c. 133.*

Sed & Feretrij Comitis filij, quod Picentium exulibus iuncti cędibus, ac rapinis omnia miſcerent, Romanæque Eccleſiæ Ditiones infe-

ſeſtas haberent, anathemate à Pontifice damnati ſunt.

P. Aemil. l. 8. Obijt hoc tempore Philippus Longus Galliæ Rex abſque vlla virili prole. eius morte Regnum ad Carolum fratrem, cognométo Pulchrum delatum eſt. *Philippi lõgi Gall. Reg. obitus.*

Hier. Rub. In hunc ipſum annum incidit Dantis Aligerij obitus apud Rauennam, quò ſe poſt diutinam Veronæ moram, extorris Patria receperat. *Carolus Pulcher ſucceſſit. Dãtis obitus.*

Ann. Chri. 1322. Oborta iterum controuerſia de Chriſti Domini, atque Apoſtolorum paupertate, ac rerum vſu in diſquiſitionẽm vocata eſt à Minoritis Peruſiam ad Comitia coactis. tum ea ſuper re binas Ioannes Pontifex literas, *hic recitatus* edidit.

Boſſ. hiſt. med. Iou. in Matth Poſt hæc idem Pontifex in Matthæum Vicecomitem, ac filios eorum facinoribus recenſitis, Anathematis iterum ſententiam promulgauit. nec diù ſuperſtes Mattheus, cum populi defectionem metuens imperio ſeſe abdicaſſet, deferrique illud Galeatio filio curaſſet, dirarum metu exterritus, ac furijs veluti agitatus, extinctus eſt. Illud verò mirum tantæ authoritatis, ac potentiæ hominem, quique apud ſuos Magni nomen adeptus fuerat, poſt mortem iudicium huiuſmodi ſubijſſe, vt Fidei quæſitorum ſen- *Vicecomites excommunicati.*

tentia quod hæreſis damnatus fuiſſet, eius cadauer flammis addictũ ſit, qua illud de cauſa filij diutius occultarunt: ſequuta mox populi ſeditio, qua Matthæi filij Vrbe pulſi, Vrbs ipſa tyrannide excuſſa in priſtinam ſeſe libertatem vindicauit. Ea Vicecomitum deiectione Gibellinorum animi, ac vires apud alias quoque Italiæ Vrbes concidere. Matthæi caſu territus in primis eſt Canis Scaliger; Itaque Pontifici rem gratam facturus, eidemque ſupplex factus, Cæſarij ſeſe Vicarij titulo abdicauit, exindeque Pontificis authoritate, atque auſpicijs imperium in Veronenſes retinuit. *ep. 10. 359.* Trinacriæ quoque Rex Federicus religione tactus anathematis à Pontifice ſolutionem, ac priſtinum ſacrorum vſum ſuppliciter petijt. ſolutus itaque ipſe eſt, ſuſpenſumque interdictum, donec de ſumma rei inter ipſum, ac Robertum conueniret.

Vrbe pulſi.

Canis Scaliger.

Eodem hoc anno Ioannes Pontifex B. Thomam Aquinatem Sanctorum numero adſcripſit. Ferunt Ioannem Epiſcopo cuidam miracula inter Sancti opera depoſcenti, reſpondiſſe, *tot eum miracula perpetraſſe, quot de ſacris dogmatibus articulos perſcripſiſſet.* Extat rei tum geſtæ monumentum Pontificium

S. Thoma A-quin. canonizatio.

ip-

ipſum Diploma *ab Authore huc allatum*.

Ann. Chri. 1323. Geleacius interim Matthæi filius aſſeclarum ope, Patriam ſimul, Patriæque dominatum recepit, Decurionibus fruſtra obnitentibus. ad eum parto iterum in Principatu ſtabiliendum Bauarus delectos equites, peditesque ſubſidio miſit, quare illum Pontifex, quod Pontificia iura vſurparet, ſeque iniuſſu ipſius pendente adhuc iudicio ſuper electione, pro Auguſto gereret, iudicio poſtulatum diris deuouit. *Galeacius Medialaneū recipit Lud. Bauarus excōmunicatur.*

Eodem ferè tempore Ludouicus idem Imperij æmulum, qui Bauariam inuaſerat, diſtractum viribus aggreſſus, prælio inito, quod in ludicri certaminis ſpeciem inſtitutum ad duodecim ipſas horas productum eſt, illum vicit, ac cepit. quamquam hæc ſuperiori anno cõtigiſſe multi referunt. *Fed. Auguſtus à Ludonico Bauaro victus ac captus*

P. Iuſt l. 4. Simul Iacobus Aragoniæ Rex Sardiniæ partem maximam de Piſanis recepit. Veneti inſtructa claſſe Pontificis, ac Galliæ Regis copijs aucti Turcas piraticam exercentes profligarunt. *Sardinia Piſanis ablata.*

Ann. Chri. 1324. Diris à Pontifice deuotus Ludouicus, ac Regni iure ſpoliatus, Guilielmi Ochami, ac aliorum nonnullorum, qui Pontifici erant parum æqui, virulento calamo exa-

Ludo-nici epiſtola & appellatio. ratam epiſtolam vulgauit, tum à Ioannis ſententia ad Concilium, atque ad futurum Pontificem prouocauit.

Leopoldus Federici Cæſaris captiui frater Pontificem hoc tempore conuenit, de vindicando, ſi fas, in libertatem fratre apud eum acturus, tum Caroli Gallorum Regis arma in Ludouicum euocaturus. ſuppetias ea lege laturum ſe Carolus pollicitus eſt, ſi Federicus iure ſuo ad Regnum Romanorum cederet, Septemuiri porrò Electores, Pontifice annuente, ſeſe deſignarent. Quod verò Carolus difficilem ſe Germanico tum bello tribuerit, illud quoque cauſæ fuit noua cum Eduardo Anglo contentio, quem pactum pro Aquitania cenſum ſoluere abnuentem bello petere coactus fuit. *Vill. l. 9. cap. 255.*

Bellum inter Piſanos & Aragonios de Sardinia. Bello iterum de Sardiniæ Inſula inter Aragoniæ Regem, ac Piſanos conflato, pax ea demum lege compoſita eſt, vt Calaritanam Arcem atque Vrbem Piſani haberent, reliqua Inſula Iacobo Regi pareret.

Leopoldi pro fratre capti- Eadem Leopoldum cura in dies magis coquebat captiuum fratrem cuſtodia eximẽdi, illatamque eidem iniuriam quoquomodo vlciſcendi. Itaque Septemuiros Electores circumire, ac prenſare non prius deſtitit, *Ann. Chri. 1325. Alb. Arg. Chron.*

Vill. l. 9. cap. 268. Cuſpin in lud. tit, quàm eorum aliquot permouit, vt ſuffragaturos ſe Francorum Regi ad Bauarum deijciendum, pollicerētur. Ea ſpe fretus Pontificem iterum, eiuſque miſſu, Pontificio cum legato, Regem Carolum adijt, & ne ad ſupremam dignitatem vocatus ipſe ſibi deeſſet illum etiam atque etiam monuit. haud ægrè perſuaderi ſibi permiſit Carolus, vt legationem ad Septemuiros ipſos inſtitueret, quorum aliqui non longè à Confluentia iam conuenerant. Cęterum poſt multa vltro citroque in commune collata nihil potuit decerni. illud tamen Leopoldus perfecit, vt Alſatiæ Vrbes pleræque omnes à Bauaro defecerint; quarum ille dein metu de Federico libertati reſtituendo cogitare cæpit. Igitur vertente Anno tranſactum his legibus inter eos eſt, vti Federicus appellationem Summo Pontifici renunciaret. Suffragia ſibi olim à Principibus Electoribus collata in ipſum Bauarum transferret, ſeque adeo vniuerſo iure in Regnū Romanorum exueret. Germaniæ haud ſecius adminiſtrationem abſente Ludouico ſuſciperet, Leopoldus comes, ac vicarius Ludouico Italiam petenti eſſet. Federicus nulla ſe vi coactum ad pacis leges haſce ſanciendas iure iurando affir- *Tranſactio inter Bauarū & Auſtriacum.*

marat, iniuriarum perpetua obliuio eſſet: damna mutuo illata tolerarentur, nec eorum nomine agere liceret. Principes Electores hæc eadem pacta rata haberent. His peractis Federicus dimiſſus eſt. Cęterum Electores quidam Pontifice in primis, Galloque Rege adnitentibus, tractationem huiuſmodi ratam habere noluerunt, quod dicerent ſua ipſorum ſuffragia Cæſarem deſignare, nullam autem eidem poteſtatem ius illud in alium transferendi conferre. Porrò Ludouicum ſi quod ius ex diſcordi electione quæſitum haberet, illud ob cenſuras, ac Pontificis ſententiam amiſiſſe.

Galeacij Vicecomi tis inconſtātia. Galeacius Rolandi Rubei Parmenſium Principis ſuaſionibus, tum quod Marcum fratrem, ac conſanguineos alios parum æquo in ſe animo eſſe animaduerteret, Pontificis ineundam ſibi eſſe gratiam exiſtimauit. Non abnuit Pontifex pacem ſupplici concedere; cęterum, cum, Roberto Rege ſuadente, qui ea ſuper re conſultus fuerat ex Galeacio peteret, vt quando, conuerſo ſtudio, amicum, fidelemque ſe Rom. Eccleſiæ Clientem fore pollliceretur, etiam gerendo bello ſocius eſſe, eoſdemque habere hoſtes vellet, is adduci nulla vi potuit,

tuit, vt in Cæſares eorumque beneficiarios quicquam decernere, ac ſtatuere voluerit, quod familiæ ſuæ antiquiſſimo in eos ſtudio indignum diceret: ea porrò ambigui hominis, ac veluti claudicantis cõuerſio diuturna eſſe non potuit. Delatus apud Bauarum à Marco fratre Galeacius initæ cum Pontificijs amicitiæ, eoſdem iterum inſectando ita demum fidem ſuam exſoluit.

Sur. 27 Sept. Per idem ferè tempus Carolus Gallorum Rex, ac ſubinde Dionyſius Luſitanus diem ſuum obiere. Quo tempore cælo redditus eſt Eleazarius Comes Ariani vitæ ſanctimonia, ac miraculorum fama inclytus, *cuius res geſtas fusè Auctor perſequitur.* *Caroli Galli, & Dionyſij Luſitani obitus.*

Ann. Chri. 1326. Eduardus Angliæ Rex vxoris æquè, ob thori iniurias, ac totius populi odio laborans ob Regni regimen quibuſdam Aulicis ſexoſis vulgò hominibus creditum, tumultu maximo excitato, in ordinem redactus eſt, ac carceri mancipatus, proque eo Eduardus filius regnare iuſſus. *Angliæ Rex carceri addicitur.*

Defuncto ſuperiori anno, ſeu, quod alij tradunt, ſequenti, Carolo Gallorum Regi Philippus Patruelis Carolo Valeſio natus poſt Coniugis partum, quæ filiam poſthu-

Philippus VI Gall. Rex. humam enixa eſt, ex lege Salica ſucceſſor datus eſt, defuncti Regis ſorore Angliæ Regina, eiuſque filio Eduardo fruſtra obnitentibus.

Lud. Bauarus Italiā petit. Ludouicus interim Gibellinorum omnium accitu in Italiam veniens Tridenti ſubſtitit, Conuentumque inibi habendum indixit. conuenere qui ſe fideles Imperij appellabant plerique omnes, aut legatos certè ſuos miſere, polliciti ante omnia Ludouico in belli ſumptus cum primum Mediolanum ſigna intuliſſet centena, ac quinquagena aureorum millia, tum iureiurando inuicem hinc patrocinij, hinc obſequij præſtandi ſeſe obſtrinxere. Eodem in conuentu Ioannes Pontifex illegitimus Petri ſucceſſor pronunciatus eſt, Romæ poſtmodum ſolemni ritu, ſi Deo placet, exauctorandus. Tridento Bauarus Mediolanum conceſſit, exceptuſque eſt pompa veluti triumphali, vbi & coronam ferream ex Epiſcopi Aretini manu accepit. Nec ita multo poſt Galeacium Tyrannum à Marco fratre delatum Maieſtatis ream peractum tetro carceri addixit, Vicecomites reliquos honeſtiore ſub cuſtodia habuit; quo facinore Tyrannos reliquos ſibi hactenus ſtudentes mirum in modum offendit. Piſas indè profectus duos ibi-

Ann. Chri. 1327.

ibidem menſes deſedit.

Extremo hoc anno Iacobus Aragoniæ Rex ætatis annum agens ſextum & ſexageſimum, diem clauſit extremum. Eodem fere tempore Sanctus quoque Rochus deceſſit apud Montempeſſulanum Patriam Galliæ Narbonenſis oppidum non ignobile, *eius res geſtas ſummatim hic Auctor recenſet.*

Sur. 16. Aug.

S. Rochus.

Ann. Chri. 1328. Nouo ineunte anno Bauarus ad Ianuarij Nonas Romam acceſſit, cumque aliquot apud Vaticanum dies conſediſſet, Capitolium iniit, redimituſque inibi eſt vna cum Coniuge Auguſtali diademate à Sarra Columnio, ſiue vt alij tradunt à Stephano fratre; cuius rei monumentum, ac veluti familiæ præclarum decus à nouo Auguſto coronam retulere gentilitiæ Columnæ in poſterum ſuperaddendam. Exinde Romanos Ciues acerbiſſimis exactionibus vexare, tùm milites venales per Vrbem res nullo precio ſoluto certatim rapere, ac ſtupris omnia fœdare inſtituerunt. hinc Populi tumultus maximus, hinc cruentæ rixæ, cædeſque mutuæ. poſthæc apud Vaticanum Ioannem Pontificem ſolemni ritu exauctorauit, proque illo Petrum Corbarium Franciſcanæ ſodalitatis hominem Rom. Pontificem di-

Bauarus Romæ coronatur.

Petrus Corbarius Pſeudo-pontifex.

dixit, ac Nicolaum huius nominis Quintum appellauit, à quo & Auguſtalibus iterum titulis; ac Diademate ornari voluit. cęterum cum Roberti claſſem Oſtia Tyberina obſidere intellexiſſet, terreſtri quoque itinere illius copias Vrbem petere, Romanis quoque Ciuibus haud ſatis fidens, Velitras venationis ſpecie receſſit.

Obijt hoc ipſo tempore Carolus Roberti filius laudatus Princeps maximo ſui deſiderio non Patri modo, ſed ſubditis etiam Populis relicto.

capitur & ad Pōtificem mittitur. Subinde Bauarus Germaniam repetens Italiæ Vrbium vbique mœnibus excluſus eſt. At verò PſeudoPontifex eius auxilio deſtitutus in vincula coniectus Auinionem ad Ioannem miſſus eſt, eiuratoque ac damnato ſchiſmate noxarum veniam, ac Anathematis ſolutionem impetrauit, ea tamen ad ſequentem annum pertinet. Ann. Chri. 1329.

Roberti Scotorum Regis obitu, Regnum ad Dauidem filium peruenit. Federicus Cæſar ægritudine animi, ex clade à Bauaro accepta, ac ſubinde ex carcere contracta; ſiuè vt alij tradunt amatorio poculo confectus interijt, quod tamen ad ſequentem annum quidam referunt. Canem quoque Scaligerum

ino-

inopina mors ſuſtulit; poſtquem Marcus Vicecomes à conſanguineis, Galeacium vlturis, comprehenſus, eliſis linteo faucibus extinctus eſt.

P. Aemil. l. 8. Hoc tempore apud Galliam multa in Sacerdotes à Regijs Prætoribus iactata ſunt; conquerebantur omnem iuriſdictionem à Regijs tribunalibus ad ſacra deuolutam, multòque plures profanas cauſas, interque profanos homines cognoſci ab Epiſcopis, ac reliquis Sacerdotibus, quàm à Regijs Prætoribus; Quæ Regis ſunt Regi, quæ Dei Deo reddenda eſſe aiebant. Rege ſuper his conſulto Eccleſiæ cauſam Bertrandus Eduorum Epiſcopus egit, euocatiſque veluti è cęlo Sanctis Regibus, atque Auguſtis Carolo Magno, Ludouico Pio, Ludouico Diuo, horum opem maxima vocis contentione implorauit, vt qui viuentes patrocinio res ſacras tutati eſſent, munificentia Eccleſias cumulaſſent, nunc diuinitatis participes, deſertas eſſe nollent. recenſuit dein quot Principes Templorum hoſtes fœdum, atrocemque exitum habuerint, quot de ſacerdotio victo triumphum, aut palmam petentes miſerando exitu pœnas dependerint. quot contra ſacrorum propugnatores glo-

gloria, Imperio, proliſque propagatione fructum ampliſſimum percepẽrint. his alijſque ab Epiſcopo peroratis Philippus Rex immunitatem Eccleſiarum auctam à ſe potius quam imminutam velle pronunciauit, deque ea re luculentiſſimum Edictum promulgauit, indeque Catholici cognomen retulit. Extat Bertrandi de immunitate Eccleſiæ opuſculum planè aureum hoc ipſo tempore ab eo conſcriptum. *to. 5. Bibl. SS.*

Ioannes Boemiæ Rex Italiam petiit. Ioannes interim Boëmiæ Rex Pontifice nequaquam inſcio, Bauaro quoque haud abnuente veluti ſequeſter pacis Italiam armatus petijt. Vrbeſque apud eam plurimas aut Ciuium deditione accepit, aut vi ſubegit. Simul eidem Pontifici per legatos pacis condiciones cum Bauaro propoſuit pollicitus, Illum omnia aduerſus Apoſtolicam Sedem patrata reuocaturum, atque admiſſorum veniam ſuppliciter petiturum, dum vtcumque ab eo partum Imperium ratum Pontifex haberet, aut certè Henrico Bauariæ Duci illius conſanguineo deferri curaret. Ea de re Pontifex ad Ioannem Regem prolixas admodum, *quæ hic habentur*, litteras reddidit. Ann. Chri. 1330.

Iacobita. *Hoc loco Author Iacobitarum men-*

mentione iniecta de illorum moribus, ac Chaldæorum, deque Babilonico Patriarcha, quem hi ſacrorum Antiſtitem ſupremum agnoſcũt, inſtitutaque ab eo nuper ad Paulum V. Rom. Pont. legatione multa huc affert ſcitu non iniucunda. *Patriarcha ad Paulum V. legatio.*

Ann. Chri. 1331. Vill. l. 10. Dubracc. hiſt. Boem. Boëmo Italiæ adhuc hærente, illiuſque Imperio, vt videbatur inhiante, non ipſe modo, ſed Ioannes quoque Pontifex initi cum eo fœderis ad eam potiundam in ſuſpicionem apud pleroſque Principes, atque Reſpublicas venit, cum præſertim Rex idem cum Pontificio legato in colloquium apud Caſtrum Francum veniſſet. Itaque Robertus Rex Pontifici alioquin addictiſſimus, Albertus, ac Maſtinus Scaligeri, Vicecomites, Ateſtini, Gonzaghæ, ac Florentini arctiſſimo ſeſe inuicem fœdere aduerſus quoſcunque exteros deuinxerunt; vt eo excluſi, nullo Guelforum aut Gibellinorum diſcrimine, hoſtium numero haberentur. porrò eo fœdere illud ſocij ſtatuerant, vt Robertus Carolum fratris filium Vngariæ Regem in Boëmiæ Regnum immitteret, cui & Ladiſlaum illius ſocerum Poloniæ Regem haud ęgrè ſeſe adiuncturum ſperabant, imò & Bauarum haud leuiter, vt putabatur, à Boëmo læ- *Italiæ Principũ fœdus.*

ſum

ſum oppidis nec paucis, nec ignobilibus apud Germaniam interceptis, tùm Romani Imperij viribus apud Italiam violatis. Erat Ioannis filius Carolus poſtea Auguſtus huius nominis quartus hoc tempore annorum ſexdecim eximiæ indolis adoleſcens, hunc Pater Auenionem ad Pontificem Legatum poſtea reducem ſubactis à ſe Italis Vrbibus adminiſtrandis impoſuit ipſo etiam Pontifice annuente.

Quæſtio de viſione Dei

Eodem ferè tempore Ioannes Pontifex eam quæſtionem mouit, An iuſtorum animæ hoc corpore ſolutæ perfectè Deum ante corporum reſurrectionem videant, an potius nonniſi ſacroſanctam Chriſti humanitatem contemplentur. ac viciſſim inferorum ſupplicijs damnati leuiores antè vltimam ſententiam pœnas luant. cum autem contra perfectam Dei viſionem multa ex patribus afferret, inque eam ſententiam pendere videretur, multi eum Cardinales, ac Theologi, atque adeò Reges admonuere, vt à quæſtione huiuſmodi faceſſeret, cum muneris paſtoralis non eſſet ea ſectari ſtudia, ſed probatas ſententias tueri, falſa dogmata damnare. Is igitur teſtatus ea ſe nonniſi diſputandi gratia in medium attuliſſe, nec certi quic-

Genebr. Chr. Crātz. Vand. l. 8. c. 16. Ciacc. in Io.

quicquam decernere cogitaſſe, ab huiuſmodi diſceptatione in poſterum deſtitit. vt Caluini procaciam admireris, qui ex more impudentiſſimè mentitur, Ioannem palam aſſeruiſſe animas eſſe mortales, vnaque cum corporibus vſque ad Iudicij diem interire, & neminem Cardinalium huic ſe tantæ inſaniæ oppoſuiſſe.

Inſtit. prim. c. 8. n. 233.

Caluini mendaciũ

Ann. Chri. 1332. Sequenti anno vitæ diem clauſit extremum Andronicus ſenior Græcorum Auguſtus Imperij anno fermè quinquageſimo, Iuniore Andronico ex filio nepote ſuperſtite. hunc ſequutus eſt Iſaias Patriarcha, cui Ioannes Presbyter ſublectus eſt. *Quo loco Author multa de Sacerdotum apud Græcos coniugio tradit; tum de illorum dogmate, ac vulgata dudum quæſtione de S. Spiritus proceſſione, quam & ad proximè ſequentem annum inculcat*, quo Ioannes Pontifex Epiſcopos duos Byzantium legauit Eccleſiæ illius cum Romana vnionem (cuius rei ſpes affulſerat) curaturos.

Andronici Imp. obitus

Nice. ph. Gr. l. 10.

Ann. Chri. 1333.

Vill. l. 10, Blõ. d. dec. 2. lib. 10. P. Aemil l. 8.

Viſus hoc tempore eſt Ludouicus ſiue ex animo, ſiue ex arte reſipiſcere, Ottonem etenim, atque Albertum Auſtriæ Duces, ac Boëmię Regem conciliatores nactus ſequeſtres eos apud Ioannem Pontificem interpoſuit abundè, omnia pollicitus,

tus, dum Eccleſię communioni reſtituaretur, Romanoque Imperio Pontifice annuente potiretur. cęterum quod minus ex fide agere deprehenſus fuiſſet, quatuor tum Regibus, qui apud Pontificem erāt, Gallo, Anglo, Balearico, ipſoque Boemo, eum dehortantibus, pacis negotium diſcuſſum eſt.

Hoc eodem tempore, Florentinos qui à Pontifice recedentes authores Ateſtinis Dynaſtis, ac Bononienſi Populo fuerant, vt Romanæ Eccleſiæ iugum excuterent, belloque Pontificium legatum peterent, diuina vltio excepit, quippe Arno flumine imbrium copia mirè intumente Vrbs ita eſt obruta, vt mœnibus publiciſque æquè, ac priuatis ædificijs magna ex parte collapſis ad tria Ciuium millia interijſſe quidam tradant. Robertus ſanè Rex huiuſmodi Florentinorum cladem illorum luxui, ſuperbiæ, auaritiæ, atque omnis generis hoc tempore flagitijs, maliſque artibus tribuebat, literis Neapoli tertio Idus Decembris hoc anno ad eos datis. *Vill. l. 11. in princ.*

Haud abſimile infortunium paſſi haud ita pridem fuerant Ferrarienſes quoque ac Mantuani ex repentino Padi fluminis incremento, ex quo decem amplius mortalium

mil-

milliā vndis obruta memorantur.

Sumōt l.3. Bō fin. rerum Vng. Vill. l. 10. c. 225. Per idem tempus Carolus Vmbertus Vngariæ Rex Neapolim ad Robertum Patruum venit, Ludouico interim maiori natu filio Regni administratione credita. veniendi cauſa fuit, vt Andreæ alteri filio tum ſeptenni, quem ſecum ducebat, Ioannam ipſius Roberti ex Carolo filio præmortuo Neptem Pontifice indulgente, deſponderet. res tum quidem ex vtriuſque Regis conſilio, nequaquam tamen bono omine, vt poſtea euentus docuit, peracta eſt. Andreas puer adoptatus à Roberto eſt vna cum Ioanna, atque in ſpem Regni Neapoli retentus, educatuſque. *Carolus Vmbertus Vng. Rex.*

Mariā l.16.c. 2. Hoc item anno ab Alphonſo Caſtellæ Rege infeliciter cum Mauris pugnatum eſt. tanta fuit captiuorum Chriſtianorum apud Barbaros multitudo, vt vno ſinguli aureo ab his venundati dicantur, maxima cum Chriſtiani nominis nota, ac dedecore. *Hiſpani à Mauris victi.*

Ann. Chr. 1334. Vndeuigeſimum Pōtificatus annum agebat Ioannes, cum Auenione ex diſſenteria nonagenario maior deceſſit. Morti proximus ſententiam de diuina Beatorum viſione, quam non tàm definiendo, quàm differendo ſequutus videbatur, ne quid inde turbarum oriretur, *Ioānis Papa obitus.*

tur, abrogauit, literis, *hic recitatis*, eam in rem editis. pecuniæ vim maximam ad bellum ſacrum redintegrandum, Eccleſiæue hoſtes amoliendos, congeſtam reliquit. Sunt qui tradant, eam ad ducenties centena aureorum millia perueniſſe, bonarum artium, atque omnis generis litterarum ſtudioſus cum eſſet, eum tamen tum ſenium, tum curarum pondus à legendo abſterrerent, gratiſſimum illi faciebat, quiſquis compendio perſtrictos libros, ac veluti defloratos obtuliſſet.

Sub anni exitum Nouemdialibus ex more abſolutis à 24. qui] tum erant, Cardinalibus Iacobus Furnerius Ciſtercienſis Inſtituti Monachus Sauarduni (quod oppidum eſt agri Toloſani) infimo apud ſuos loco natus, doctiſſimus tamen, ac integerrimus in Petri ſolium euectus eſt, ac Benedictus hoc nomine XII. appellatus. Pontificatu ſtatim inito quinquaginta aureorum millia Romam miſit Baſilicis Lateranenſi, ac Vaticanæ; alterum tantum Cardinalibus in domeſticos eorum ſumptus attribuit: Epiſcopis, qui Auenione, aut alibi extra Diœceſim eſſent, vti Sedem quiſque ſuam repeterent, ſeriò edixit. Legationem quoque ad Bauarum inſti-

Benedictus XII.

inſtituti pacem illi reſipiſcenti, atq. abunde omnia pellicitus.

Ann. Chri. 1335. Coacti apud Trinacriam, agente Federico Rege, Epiſcopi in eam ſententiam venere, vt communi calculo ſtatuerint, Eccleſiaſticum Interdictum, cui Regnum illud Ioannes Pontifex ob initum cum Ludouico fœdus ſubiecerat, ipſius Ioannis obitu deſiijſſe, licet autem quid ea de re Benedictus ſenſerit, quidue ſtatuerit non ſatis conſtet, ex his tamen, quæ poſteà ſequuta ſunt, conijcere haud ægrè poſſumus, illum ſacrorum vſum à Siculis receptum toleraſſe.

Hoc loco Author quod idem Pontifex per hoſce dies fraticellorum ſectam ſacro iterum telo iugulauerit illorum dogmata, ac deliria quinque, ac quinquaginta capitibus comprehenſa enumerat, tum eiuſdem Pontificis, dum Cardinalis eſſet ſolutiones ſingillatim adnectit.

Porro Benedictus veluti in Romani Imperij Interregno Italię Regulos pleroſque, ſuos, ac Romanæ Eccleſiæ Vicarios conſtituit. Luchinum, ac Ioannem fratrem Archiepiſcopum Mediolanēſem apud Inſubriam, Maſtinum Scaligerum Veronæ, ac Vicentiæ: Philippinum Gonzagam Mantuæ, ac Regij: Albertinum Carrarium Patauij: Obi- *Vicarij Pōtificij in Italia.*

N cio-

cionem Ateſtinum Mutinæ, cui & Ferrariam fiduciario iure attribuit ea lege, vt decem aureorum millia cenſus nomine quotannis ſolueret. Roberto quoque Regi, vt coram Bertrando Nuncio, ac Ioanne Antiſtite Neapolitano fidelitatis, quod vocant, iuſiurandum præſtaret hoc eodem anno, litteris ad eum datis, mandauit. Chriſtianorum rebus apud Hiſpaniam tutandis Alfonſo Rege poſtulante, ſacram pecuniam Eccleſiaſticis viris imperauit. Quod verò idem Benedictus, qua erat eruditione, ac doctrina inſtructus, ante initum Pontificatum commẽtarium ſatis luculentum de diuina viſione aduerſus priorem illam Deceſſoris ſententiam conſcripſiſſet, celebrioribus eius æui Theologis ipſius iuſſu perlectum, probatumque euulgauit, tùm catholicam ea de re ſententiam ſanxit.

Tractatio pacis cũ Bauaro inita. Angebatur animo pius Pontifex, Ludouicum extra Eccleſiæ gremium diutius agere, ac ſub anathematis piaculo inſordeſcere; nec Ludouicus ipſe vſque adeò lætos ducebat dies conſcientiæ ſtimulis actus, itaque de propenſiori in ſe Pontificis voluntate edoctus, legatos ad eum miſit, per quos pacis condiciones omnes ſubiturum ſe pollicebatur. extat locupletiſſimum *Ann. Chri: 1336. Alber. Argẽt.*

mum ipſius ad pacis negotium transſigendum mandatum *ab Auctore huc allatum*. cæterum quod hoc ipſo tempore hoſtes in Philippum, ac Robertum Reges incitaret, eorumdem opera effectum eſt, vt Benedictus nihil tum quidem decreuerit, Ludouicum autem officij erga Reges, ac ſincerioris amicitiæ ad eorum gratiam ineundam admonuerit, tum neceſſitatem eiurandi hæreſes[1], earumque authores deteſtandi oſtenderit. Paruit haud ægrè Bauarus, legatoſq. alios Viros Principes deſtinauit pleniſſimo cum commonitorio, reique tranſigendæ mandato, ac poteſtate, *cuius exemplum hic habes*. Vt mirum videri poſſit, nec tum quidem Ludouicum receptum, nec pacem optatam adeò coaluiſſe. Verum enimuero admirari quis deſinet, cum cognoſcet Ludouici opera, ſuſceptique Anglorum patrocinij ope effectum, vt bellum funeſtum æquè, ac diuturnum inter Galliæ, Angliæque Reges hoc ipſo tempore initium ſumpſerit. Is etenim & ſuppetias Eduardo aduerſus Philippum tulit, & Vicarium eum Imperij apud Belgium conſtituit, quo ille nomine Hollandiam, Gheldriam, Brabantiam, atque Annoniam ſibi adiunxit; nullum

Vill. *l. 12.*

N 2 ha.

hactenus bellum, poſtquam Romanorum arma ſenſit, atrocius Galliam exercuit. geſtum eſt viribus vtrinque ſummis, cladibus omni æuo memorandis. Galliæ Regnum Caroli auunculi obitu materno iure ad ſe delatum Eduardus aiebat; Philippus legem Salicam Gallis veluti ſacroſanctam, ac totius Regni ſuffragia obtendebat. Aquitaniam quoq; ereptam ſibi Eduardus querebatur, tum Scotiæ Regem in ſe incitari, ac ſuppetijs iuuari. Stabat pro Anglo Ludouicus, alijque ex Germania, ac Belgio Principes; Pro Gallo Scotiæ, Boemiæ, Nauarræ, ac Campaniæ Reges. Benedictus vt vtrumque Regem à bello auerteret, tùm fœderatos cum his Reges, Bauarum in primis ab impio fœdere deterruit, tùm ſacras decimas Philippo ad bellum aduerſus infideles conceſſas ſolui vetuit. Poſt hæc Philippum ipſum Auenionem ad ſe vocauit, hortatuſque illum eſt ad bellum in Eduardum ſuſceptum in Syriæ Saracenos transferendum.

Alfonſo Aragoniæ Rege vita functo, Petrus filius Regnum adeptus eſt. quo tempore Alphonſus Luſitaniæ Rex bellum Alfonſo Genero Caſtellæ Regi intulit, qua ex re *Surit. l. 3.*

re D. Eliſabetha, qua de alibi meminimus, Luſitani mater, mœrore animi contracto morbo inſuper ex itinere, quod conciliandæ inter Reges paci inſtituerat, correpta, diem obijt extremum, vitæque ſanctitatem miraculis poſt mortem editis illuſtrauit. *S. Eliſabetha Reg. Luſit. obitus.*

Ann. Chri. 1337. Tertiam hoc tempore legationem Bauarus ad Benedictum inſtituit, pacis leges ab eo recepturus, cum ſimul Eduardum in Philippum incitare, ac iuuare haud diſſimulanter pergeret, ipſamque Galliam inuadere moliretur. Itaque hominem Pontifex auerſatus, mirari ſe dixit, quod pacem in ore, gladium in manu gereret, nouaſque in dies diſſidiorum occaſiones quæreret, ſeſeque alijs ſuper alijs difficultatibus implicaret.

Romæ interim contentio maxima inter Columnios, ac Vrſinos de Senatoria dignitate exorta eſt. eam Pontifex ita diremit, vt iuri ſuo vtrique cederent, ac Senatorem ipſi Pontifici deſignandum permitterent. *Diſſidiū inter Colūnios, ac Vrſinos.*

Hoc eodem anno Eccleſiam Toletanam regēdam ſuſcepit Aegidius Carillus Albornocius, qui poſtea Cardinalis effectus egregiam Romanæ Eccleſiæ operam nauauit Tyrannis Italia pulſis, quique bel- *Aegidius Albornotius*

lone, an pace melior fuerit, incertum reliquit. Huius opus ſunt Aegidianæ Conſtitutiones inter Muncipales Piceni leges cenſitæ, tùm verò etiam per vniuerſam Pōtificiam Ditionem vſu exceptæ. munificentiæ quoque illius monumentum Bononiæ perſtat ſtudioſorum iuuenum Hiſpanæ gentis Collegium.

Aegidiana Cōſtitutiones.

Ioannes Boemiæ Rex ob ereptū Antiſtiti Vratiſlauienſi Caſtrum, anathemati ab eo ſubiectus eſt. huiuſmodi ſententiā Benedictus quoque Pontifex ratam habuit.

Mat. th. Miech. rer. Pol. l. 4. c. 22

Coacti apud Spiram Germaniæ Antiſtites Authores Bauaro fuere, vt is omnia ex Romani Pontificis ſententia facturum ſe polliceretur, qua de re, & Pontificem ipſum litteris *hic recitatis* certiorem fecerunt. At verò Ludouicus non ſine inconſtantiæ nota conuentu apud Francfordiam coacto gerere ſe tum maximè prò Auguſto cœpit. Eduardo Regi Vicarij titulum confirmauit: Raynaldum Gheldriæ Comitem, ac Vvillelmum Iuliacenſem illum Ducem, hunc Marchionem appellauit: tum edictum *huc pariter allatum* promulgauit, quo decreuit Romanum Cæſarem ſtatim ab electione legitimum eſſe Auguſtum, nec Rom. Pontificis

Bauari inconſtātia.

Ann. Chri. 1338.

Richard Ciſterc. in Bened.

con-

confirmatione, aut inauguratione indigere. Septemuiros etiam Electores eamdem in ſententiam ad Benedictum ſcribere curauit. Extant huiuſmodi eorum litteræ *ab Auctore hic relatæ*, quas tamen non germanas, ſed ſuppoſititias eſſe haud immeritò quidam putant. His permotus Benedictus acta omnia in Ludouici cauſa à Deceſſore olim edita, tùm ſententias in eum promulgatas iterum edidit, ac promulgauit; ea vt euerteret Ludouicus fraterculorum ope Apologeticam diſputationem inſtituit, atque edidit, *cuius exemplum hic pariter affertur*. Sequuta eſt Principum, ac Populorum contentio, apud Germaniam præſertim, maxima, alijs Pontifici, Ludouico alijs ſtudentibus, cædes quoque, incendia, ac direptiones. Clerici, ac Monachi multis ex Vrbibus pulſi, ſeù quod parere interdicto vellent, ſeù quod concionibus, libriſque editis Pontificis ſententiam tutarentur.

Vil. l. xi. ca. 82. P. Aemi. in Philip. Thom. Valſin. in Eduard.

Gall. & Angl. Regũ diſſidiũ.

Per eos dies non Angli modò, verùm etiam Flandri Eduardum Galliæ Regni hæredem pronunciarunt. qua de re Anglos Pontifex ipſumque Regem Eduardum paternè increpuit, Flandros inſuper, quod Franco eſſent obnoxij, Eccleſiaſtica cenſura notauit. Extant

Benedicti ad Regem litteræ, quibus illum à bello deterret ad pacem hortatur, tùm ipſius Regis ad eum redditæ, quibus Galliæ Regnum materno ad ſe delatum iure, cum alia ratione haud queat, armis vindicandum ſibi eſſe contendit. {Venerat per idem tempus Eduardus in Prouincias Ciſmarinas ſexaginta amplius armatorum miliibus} inſtructus, quibus fretus Cameracum arctiſſima obſidione cinxit. Philippus ad Peronam Veromanduorum conſederat; tres apud ſe Reges Boemum, Scotum, ac Nauarreum, centum vero armatorum millia in caſtris habebat: pugnæ auidum non Benedictus modò Pontifex, ſed Roberti quoque Regis legati dehortati ab ea ſunt; illud etiam verè, an fictè adijcientes, Robertum ex Mathematicis comperiſſe, fore vt Philippus ab Eduardo cladem accipetet, quantam ad eam diem Franci non accepiſſent.

Vaticiniũ de clade gallica.

Eodem ferè tempore Leo Armeniorum Rex legatum ad Benedictum deſtinauit de rebus eum fidei, deque imminentibus à Sarracenis periculis admonens.

Turba Romæ. *Ann. Chri. 1339.*

Præfecerat permiſſu ciuium Benedictus Vrbi Senatores Mattheũ Vrſinum, ac Petrum Columnium. hos haud ita multo poſt per ſummam

nam inconſtantiam ijdem ciues deiecerant, proque eis Stephanum Columnium, ac Iordanem Vrſinum elegerant. His Benedictus eam dignitatem abrogauit, ac priores à ſe conſtitutos præeſſe iuſſit: Rectoribus quoque XIV. Regionum à populo per tumultum euectis adminiſtrationem ademit, ac anathema omnibus dixit, qui decreto huiuſmodi non parerent. Eius rei cauſa Stephanus Auenionem conceſſit, ſuamque, ac populi cauſam perorauit.

Eduardus quoque litteris hoc ipſo tempore ad Benedictum, ac Purpuratos Patres, *quæ ab Authore hic referuntur*, datis, iura ſua in Galliæ Regnum, vtpotè defuncto Carolo arctiori propinquitatis vinculo iuncto iterum conculcauit. Ad eas Pontifex ita reſcripſit, vt ſimul ei belli exitus incertos, ſimul Bauari artes ante oculos poſuerit, neue ab eo circumueniri ſe, ac difficultatibus implicari ſineret admonuit. Eduardus tum, ſeù quod Pontifici morem gerere exoptaret, ſeù quod auxilia adhuc conquireret, nullo operæ precio ad Cameracum facto, in Flandriam inde receſſit. Eodem ſane tempore Venetos pro auxiliari claſſe interpellauit. at hi quod non Philippum modo, ſed

etiam Benedictum ægrè laturum ſcirent, ſi vires ſuas Anglo commodaſſent, Turcarum incurſiones cauſati, ſuppetias petitas Eduardo Regi negarunt. Erant hoc tempore Auenione Venetorum legati Pōtificem exoraturi, vti Aegyptiacam negociationem, vt potè cum Infidelibus eius permiſſu exercere abſque piaculo ipſis liceret. annuit tùm Pontifex ad quinquennium. ex ea publicè, ac priuatim Veneti ditati ſunt tùm primum aromatum vſus apud Italiam, ac reliquas ferme occidentales regiones longo interuallo reuocatus dicitur. Serici quoque vſus crebrior inuectus, gemmarumque atque vniouum exinde copia extitit.

Pet. Iuſtin. l. 4.

Aromatũ vſus.

Serici ac gẽmarũ copia.

Hiſpanorum de Mauris victoria.

Apud Hiſpaniam Mauri excurſione facta ingentem inde prædam abegerant, cùm eos lento agmine incedentes Alcantaræ Magiſter ad Arcobrigam aſſequutus ad vnum omnes aut cæcidit, aut cepit, prædamque omnem recepit.

Hoc tempore Ludouicus nulla ab Eduardo Rege iniuria affectus per ſummam animi inconſtantiam ab eius amicitia receſſit. abrogatoque illi Vicarij titulo, fœdus cum Philippo Gallo ipſius hoſte ferijt.

P. Aemil. l. 8. in Philip.

Ex Oriente hoc eodem anno Auenionem ad Benedictum Ponti-

ficem

ſicem Barlaam Monachus venit, atque in publico Patrum conſeſsu quid cum Auguſto, ac Patriarcha, quidue cum Græcis reliquis pro illius Eccleſiæ cum Romana vnione egiſſet, expoſuit. præcipua illi contentio fuerat de Sācti Spiritus proceſſione. porro cuiuſmodi ea fuerint, quæ Barlaam apud Græcos egerit, *fusè Auctor recenſet, tum ex Beſſarione Cardinale quadam addit*. Solemne Græcis ſemper fuit, cum neceſſitate aliqua vrgentur, vnionis nomen Latinis omnibus optatum inculcare, eoque veluti aucupio eos capere, auxiliaque impetrare. voti porrò compotes facti vnionis negocium ad futurum Cōcilium, aut ratione alia differre conſueuere. id tum alias, tùm hoc ipſo tempore factum conſtat, quod cum probè intelligeret Benedictus Barlaamo reſpondit, operæ precium non eſſe fidei articulos iam firmatos iterum diſcutere, inque id Concilium œcumenicum in

Ann. Chri. gratiam hæſitantium Græcorum cogere.

1341. Inducijs inter Eduardum, ac Philippum Reges pactis Benedictus ſtabiliendę inter eos paci duos S.R.E. Cardinales Legauit. Extant Eduardi ad Pontificem litteræ, quibus iterum teſtatur ſe non praua

M. S. Vatic. Thom. Val ſing. hi. Angl.

Induciæ inter Gallia atque Angliæ Reges.

aliqua animi cupiditate, aut Regni fines iniuſtè proferendi libidine, ſed cauſæ æquitate ductum Gallo negocium faceſſere. extant & Benedicti ad Regem redditæ, quibus eum enixè hortatur ad cõcordiam ex animo ineundam. Sed & Bauarus Philippo iam conciliatus honorificum ſibi duxit Eduardo ſuadere, vt arma deponeret, ſuoque arbitrio negocium committeret. Cœterum Eduardus Ludouici cum Philippo conſenſionem, ac ſeceſſionem à ſe factam haud æquo animo ferens, de illius inconſtantia palam queſtus, non eius, ſed Põtificis eum Philippo iudicium poſtulaturum ſe dixit, ſiquidem alieno iudicio rem perſpicuam permittere in animum induxiſſet.

Sub idem tempus Luchinus, ac Ioannes Vicecomites diris ob tyrannidem, ac præcipue ob Bononiam occupatam à Pontifice deuoti, Legatis Auenionem miſſis anathematis ſolutionem, ac ſacrorum vſum receperunt ea lege, vt ſacella duo extruerent, inſtruerentque, ac redditibus ditarent annuis, tum pauperibus bis mille, panes ſingulos quotannis largirentur. *Cor. hiſtor. Med. p. 3.*

Ioãnis Viceco mitis factus. Non eſt hoc loco prætermittendum Ioannis facinus. erat is, vt alibi innuimus, Mediolanenſium Antiſtes. *Ioã. in Io.*

tiſtes; Eum Pontifex haud ita pridem indicta pœna Auenionem euocauerat, cum ſe propediem venturum recepiſſet, legatos præmiſit, aut prodromos. Hi per omnes Vrbis regiones ampliſſimas ædes perſoluta illius anni penſiona conduxerunt, ingentemque omnis generis commeatus copiam compararunt, ita vt annonæ precium vſque ad querelam publicam excreuerit, confluentes porrò Auenionem domos, aut diuerſoria, quò ſe reciperent non inuenirent. Certior de his factus Pontifex Mediolanenſes legatos ad ſe vocauit, & ecquid tantum cõmeatus emiſſent, totque ędes paſſim inani ſumptu conduxiſſent interrogauit; cum legati ea ſe Archiepiſcopi iuſſu feciſſe dicerent, quod is ſui ipſiuſque Pontificis honoris cauſa ſeptem equitum, totidemque peditum millia ducturus ſecum Auenionem eſſet, Benedictus cognito quo rerum ſuarum periculo Ioannes tantis inſtructus viribus eſſet expectandus, leniter ſubridens, tanti itineris laborem Præſuli, & negocijs alijs diſtento, & ſui apprime ſtudioſo benignè ſe remittere dixit. dimiſſi ea ratione legati conductas domos honeſtis viris virtutis nomine, aut parum ditibus incolendas

das gratuitò conceſſerunt. commeatum quoque omnem aut cœnobitis, aut egentibus e plebe munificentiſſimè tribuerunt tanta cum laude, atque vrbis plauſu, vt omnes Ioannis magnanimitatem in cælum attollerent. Nec diù ſuperſtes fuit Luchinus veneno, vt creditum, à Coniuge adulterij inſimulata, & facinus occupante ſublatus.

Armenorum errores. *Hoc loco Author noua Armenorum legationis mentione iniecta, eorum dogmata ſincera fidei aduerſa tribus ac triginta capitibus comprehenſa refert, eaque affinia plurimum Caluinianis eſſe oſtendit.*

Eodem ferè tempore Andronicus, qui iunior dictus eſt, Grecorum Auguſtus deceſſit: quo ſublato Ioanne, ac Manuele filijs licet ſuperſtitibus, Ioannes Catacuzenus, tunc aulæ potens, qui magni Domeſtici nomine, ac munere inſignis erat, Imperium inuaſit.

S. Iuo Pauperum Aduocatus. Floruit hac tempeſtate doctrinæ laude, ac probitatis Vir Sanctiſſimus Iuo natione Brito, qui diuendito ampliſſimo patrimonio, opes, atque operam pauperum, ac pupillorum Viduarumque tutandis cauſis impendit. illuſtria poſt modum ob pietatis opera, ac miracula paſſim edita Sanctorum

nu-

numero adſcriptus.

Franciſcus quoque Petrarcha ingenio plurimum pollebat: itaque ob poeticæ in primis facultatem Romæ apud Capitolium corona laurea ſolemni pompa ornatus eſt. litterarum ab eo relicta monumenta huiuſmodi ſunt, nullius vt præconium magnoperè, cõmendationemque deſiderent. *Franc. Petrarcha.*

Ann. Chri. 1342. Ad vij. Kal. Maij Anni huius ſæculi quadrageſimi ſecundi Benedictus Pontifex diem obijt extremũ. eo ſublato Pontificatum adeptus eſt Petrus Rogerij Lemouicenſis Presb. Card. SS. Nerei, & Achillei, Clementis nomine ſalutatus. Rei nuncio Romam perlato, Romani ciues, quem diximus Franciſcum Petrarcham ad nouum Pontificem legarunt, enixè illum rogantes, vt primo quoque tempore optatus Vrbem reuiſeret, tum Iubilæi celebritatem ad annum quinquageſimum reuocaret. Extat elegantiſſimum Petrarchæ carmen, quo Romanam Eccleſiam ſub ſponſæ typo per proſopopeiam Pontificem alloquentem exhibet. extat quoque Clementis de huiuſmodi reuocatione Diploma *ab Authore huc allatum*; nam proficiſcendi Romam conſilium, vt tum quidem (quod Bauarus Italiam, vt videbatur *Benedicti obitus.* *Cemẽs VI.* *Petrarcha legatio.* *Iubilaũ ad annũ redactum.*

batnr petiturus, Tridentum veniſſet) differre, ita deinceps alijs de caufis abijcere coactus fuit: ſane Bauarus hoc ipſo tempore, quaſi vicem Pontifici rependere hoc pacto vellet, cuius Deceſſores, veluti in Interregno, Pontificios Vicarios Imperialibus, quas vocant, Vrbibus, ac Dynaſtijs præfecerant, apud Vrbes complures, quæ Pontificiæ Ditionis erant, Vicarios ipſe ſuos conſtituit. Viterbij Ioannem Vici, Arimini Galeottum Malateſtam, Vrbini Antonium Feretranum, Camerini Michaelem Varanum: Rauennæ Guidonem Polentanum, Foroliuij, ac Ceſenæ Ordelaffios, Fauentiæ Ioannem Manfredum: alios denique alibi.

Roberti Neap. Re. obitus; Ioãna Neptis ſuccedit.

Hoc ipſo tempore fato ceſſit Robertus, Ioanna ex Carolo filio Nepte natu maxima (nam Mariam quoque, ac Margaritam reliquit) hærede inſtituta: ea tamen lege, vt & Rom. Eccleſiæ beneficio, & æquo cum Andrea coniuge iure regnaret Cæterum quod Regij coniuges per ætatem impares Regno adminiſtrando eſſent, Clemens Pontifex Aymericũ Cardinalem Legatum, dum hi pubeſcerent, Vicarium, & Baliuum, vt vocabant, conſtituit. Roberto haud diù ſuperſtes fuit Petrus Trinacriæ

nacriæ Rex, cuius obitu Regnum ad Ludouicum filium ſexennem puerum delatum eſt. Hunc ſequutus eſt Carolus Vmbertus Vngariæ Rex, Ludouico & ipſe filio hærede inſtituto.

Hoc tempore Florentini Gualtero Brenno genere Gallo, qui Athenarum Dux inani titulo appellabatur, Vrbis regimen crediderant: hunc ipſum exacto nondum anno, quod tyrannidem inuadere haud obſcurè moliretur, deiectum gradu Vrbe expulerunt. *Gualterus Brennus.*

Hoc eodem Anno Ciccus Aſculanus celeberrimus huius æui Magus, quod liberiùs in Ioannæ Reginæ geneſim, ac fata inquireret, comprehenſus, ac multorum criminum compertus, ignis ſupplicio affectus eſt.

Ann. Chri. 1343. Subinde Clemens in Ludouicum iterum nequicquam monitum promulgatas à Ioanne Deceſſore ſententias, ac cenſuras innouauit, reique cauſas addidit, quod is multis iam annis ſub Anathemate inſordeſceret: quod ſummum Eccleſiæ Antiſtitem inſtituere, ac deijcere Romani Cæſaris munus eſſe diceret: quod Sedis Apoſtolicæ definitionem de Chriſti, ac Apoſtolorum paupertate hæreticam eſſe diceret: quod Epiſcopos inſtitueret, aliaque *Bauarus iterũ excõmunicat.*

Sa-

Sacerdotia pro libidine demandaret: quod Eccleſiaſticum Interdictum & violaret ipſe, & Sacerdotes ad illud violandum adigeret: quod ritè inita matrimonia ſolueret, iniri vetita iuberet. Porrò cum huiuſmodi de cauſa in maximas ſe ſe difficultates coniectum cerneret, quod Proceres ab eo paſſim deficerent, ſubditi autem populi tumultus miſcerent, Philippum Gallum interpellauit, vt Pontificem ſibi propitium redderet. conciliatori pacis Gallo Clemens haud difficilem ſe futurum ſpopondit, dum Bauarus iudicio Sedis Apoſtolicæ ſtare in animum induceret. Is igitur haud omnino alienum à ſe Pontificem fore cum intellexiſſet, legatos ad eum miſit Henricum, ſiuè Vlricum auunculum Archicancellarium, ac Præpoſitos Auguſtanum, & Bambergenſem. Spes erat rei ex omnium bonorum voto perficiendæ, cum Germaniæ Proceres neſcioqui authores Ludouico fuere, vt Francfordiæ conuentum haberet, eo coacto, qui conuenerant Principes, auditis, quæ legati apud Pontificem egiſſent, quæque illius nomine ſpopondiſſent, ea ex Imperij dignitate nequaquam eſſe, Pontifici plus æquo tributum pronunciarunt; Legatoſque alios miſerunt,

qui

qui priorum geſta irritarent. eadem de re mirum in modum Pontifex commotus eſt, cumque eo Philippus Rex, qui abundè omnia pollicitus pro Ludouico fuerat.

Plat. de bon. ſtat. relig. l. 2. c. 27. Sumõ. p. 2. l. 3. c. 4. Superſtes Roberto viro Sanctia Regina, quod eo etiam ſuperſtite concupiuerat, haud cunctata, inter Sanctimoniales, quæ D. Claræ auſteriorem viuendi regulam ſectabuntur adſcribi voluit. *Sãctia & Eliſabetha Regina.* Quo tempore Eliſabetha Caroli Vmberti Vngarię olim Regis vxor Andream filium viſura, eiuſque nuptijs, atq; inaugurationi interfutura Neapolim venit. cæterum Ioannæ nurus mores improbos, ac leuitatem pertæſa, ante delatam filio Regni adminiſtrationem, quem malè coniugatum querebatur, Vngariam repetijt. eadem Ioannæ improbitas, tùm ipſius Andreæ ſponſi ignauia vix ferenda Pontificem diſtinebàt, ne tàm propere illorum inaugurationem demandaret. Aulæ potens tùm erat Frater Robertus Cœnobita ex Vngaria Tutor, ſeù morum moderator Andreæ adoleſcenti datus. Hunc graphicè deſcribit Petrarcha, qui per eos dies Neapolim conceſſerat, eiuſque ex hypocriſi, ac Tyrannide florenti hactenus Regno calamitatem ominatur. *l. 5. rerũ famil. ep. ad Io. Colũn.*

Aegrè

Anglorũ facinus. Aegrè admodum ferebanr Angli, opima illius regni Sacerdotia à ſuis maioribus piè inſtituta, exteris hominibus demandari, itaque cum ex his duo S.R.E. Cardinalibus Adamaro, & Geraldo Pontifex contuliſſet, illorum exactores conniuente ad hæc Rege carceri addictos malè mulctarunt. Igitur Clemens literis v. Kal. Septembris ad Regem datis *ab Authore huc allatis* ſeriò illum monuit, ne immunitatem Eccleſiaſticam impunè ſineret violari.

Io. Catacuzenus Imp. Apud Orientem Ioannes Catacuzenus fraude partum Imperium aduerſus Andronici filium Ioannem Paleologum (Caloiannem alij appellant) atque Annam Auguſtam illius matrem tutaturus, Orchanem Turcarum Regem, filia eidem matrimonio iuncta, auxilio vocauit; ea ex re immanè quantum Turcicæ apud Orientem vires tum creuerint: quamquam poſtea Catacuzenus Ioanne quoque Andronici adlecto genero æquo cum eo iure imperare ſatius duxit. *Orchanes Turcarum Rex.*

Sacrũ bellum in Turcas. Clementis iuſſu hoc anno apud Germaniam, quantumuis Bauaro hoſtiliter cum eo agente, ſacra in Turcas expeditio (Paſſagium vocabant) indicta eſt, noxarum venia omnibus oblata, qui religioſum Ann. Chri. 1344.

vt-

vtcumque bellum iuuiſſent.

Biz hiſt. Gen. l. 6. Genuenſes Theodoſiam Vrbem ad Euxini oram, quo Coloniam deduxerant, egregiè tutati ſunt, Barbaris, qui eam obſederant profligatis. *Genuẽſiu victoria.*

Alfonſus quoque Caſtellæ Rex feliciter cum Mauris pugnauit: qua de re Pontifex & gratulatorias ad eum litteras dedit, & ſupplicationes Auenione inſtituit. *Item Hiſpanorũ.*

Exinde Aragonius Rex Iacobum Regem Balearium conſanguineum bello imparem, ac deditit ium aulto exuit regno.

Gaguin. l. 8. Hoc tempore Humbertus Delfinus Viennenſis, cum ei nec liberi, nec liberorum ſpes eſſet, Philippi Regis filium hæredem inſtitu t, Prędicatorum ipſe ordini Lugduni adſcriptus; poſtea Cardinalis, ac Patriarcha Alexandrinus renunciatus, quod tamen non ante quadriennium factum eſt, cum Is ſacro apud Palæſtinam bello perfunctus domum reuerſus eſt. Ceſſionem eam Clemens Pontifex ratam habuit, in qua illud cautum, vt Galliæ Regis filius natu maximus, hæreſque Delfinus vocaretur. *Delſini Viennẽſis ceſſio.*

Per idem tempus Eduardus Angliæ Rex Garteriæ militarem ordinem inſtituit, cui tantus deinceps acceſſit honos, vt maximi quique *Garteria militaris ordo.*

Prin-

Principes eidem dare nomen optauerint. Eius ordinis equites vtuntur pallio cæruleo, & crus ſiniſtrum parum infra genu corrigia fibulata gemmis, atque auro ornata cincti, a qua quidem corrigia faſciaue nomen ordini eſt inditum, quod *Garter* lingua Anglica id ligaculum ſignificet, quo tibiarum tegumenta obligare conſueuimus.

Ioanna Regnum Neap. obtinet.

Hoc Anno Clemens Pontifex Campaniæ, atque Apuliæ Regnum fiduciario iure Ioannæ tribuit his legibus, vt ne Imperium adipiſci ipſa, aut Vir poſſent, vt Romanæ Sedi cenſus nomine quotannis octo vnciarum auri millia perſolueret, equumque album traderet. quotannis pariter ad tres menſes trecentos equites, aut claſſem inſtructam ſubmitteret: Statuta aduerſus immunitatem Eccleſiaſticam ne conderet, condita, ſi quæ eſſent, abrogaret: appellantibus ad Sedem Apoſtolicam, nullam moram inijceret.

Iudæi ſignũ deferre iuſſi.

Iudæos hoc ipſo tempore Pontifex deferre ſignum in poſterum iuſſit, quo à Chriſtianis dignoſcerentur.

Ann. Chri. 1345.

Poſt Regnum, ac Regni Diadema Pontificis beneficio Ioannæ, vt diximus, delatum. Ludouicus Vngariæ Rex pro Andrea fratre

eun-

Bõſin. dec. 2. l. 10. Sũont. l. 3. Vill. l. 12. c. 5

eundem Pontificem interpellabat, vt quemadmodum thori, ita & ſceptri conſortem eſſe iuberet. Reginæ conſanguinei Roberti olim Regis ex Philippo Tarentiuo fratre Nepotes Regno inhiantes Andreæ adoleſcenti ob inertiam, ac ſocordiam negocium apud Clementem faciebant, Philippo quoque Galliæ Rege adnitente. potior tamen Andreæ cauſa viſa eſt, miſſusque Neapolim Epiſcopus Carnotenſis, qui ſacro eum Chriſmate inungeret, ac regio Diademate inſigniret. res ex condicto peracta eſt. tum verò Ioanna, & quos diximus, conſanguinei perdendi Andream rationes inire ſecum ipſi cœperunt. Catharinæ Philippi Tarentini olim coniugis, quæ Imperatricis Conſtantinopolitanæ inanes titulos venditabat, conſilijs in primis Ioanna vſa eſt. ea Ludouici filij florente ætate Iuuenis nuptijs Reginæ oſtentatis, iam ſatis ad ſcelus pronam haud ægrè impulit ad Viri necem maturandam, Igitur ad xv. Kal. Octobris, Auerſæ, quo Regij conſuges ſeceſſerant, Andreas nocte intempeſta vxoris fraude, vt creditum, ſuſpendio necatus eſt, & ſerica quidem reſte, quam eum in vſum confici à ſe improba mulier ſocordi Viro veluti per iocum prædixe-

Andreas Rex Neap. coronatur.

Ioãna facinus Andream Virum ſuſpẽdio necat.

dixerat. Porro vt à ſe crimen amoliretur Neapolim ſtatim delata, poſt muliebres eiulatus, Regni Proceribus quotquot aderant coram; Clementi autem Pontifici, ac Ludouico Vngariæ Regi, alijſque Chriſtianis Principibus, litteris ad eos datis, innocuam ſe, ac immunē ſceleris oſtendere conata eſt. Et Ludouicus quidem litteris ad eam redditis, diuini, humanique iudicij pœnas eidem comminatus eſt. At verò Pontifex, ne per Reginæ impotentiam, aut inteſtina diſſidia Regnum periculo ſubeſſet, Aymericum Cardinalem Neapolim iterum legauit, qui & illius regimen ſuſciperet, & in authores immanis parricidij inquireret, & merita illius ſupplicia decerneret.

Ludouico, vt cum maximè, à Pontifice diffidente, Clemens Pontifex apud Septemuiros electores egit, vt Imperio ei abrogato, illud Carolo Morauię Marchioni Boemiæ Regis filio deferrent. res ex Pontificis voto peracta eſt. Conuenere ex his quinque apud Renſium oppidum (nam Francfordiam Ludouicus tenebat) ad xij. Kal. Auguſti, ipſumque Carolum Regem Romanorum dixerunt. Is legatis ſtatim ad Clementem miſſis obſequium Romanæ Eccleſiæ ex priſco Ann. Chri. 1346.
more

more exhibuit, eiuſdemque Eccleſiæ priuilegia, ac immunitates ſuo & ipſe Diplomate confirmauit. eam porrò electionem Clemens litteris *ab Authore hic relatis*, ratam habuit; tùm Chriſtianos Principes, vt delatum Carolo Imperium afferrent etiam, atque etiam hortatus eſt.

P. Aemil. l. 9. Froſſard. l. 1. Valſing. hiſt. Angl.

Gallorũ ab Anglis clades.

Sub idem tempus Eduardus Angliæ Rex inſigni de Philippo Gallo victoria potitus eſt. hæc eſt Creſciacenſis Gallorum clades omni æuo memoranda, in qua triginta amplius eorum millia cecidere, in his equeſtri dignitate inſignes viri mille, ac ducenti, Magni Principes vndecim cum Philippi Regis fratre Carolo Alenconij Comite, ac Ioanne Boemiæ Rege, de quo reticendum non eſt, eum hoc tempore, cum ſe pugnæ credidit, vtroque captum lumine fuiſſe, acutioribus tamen gloriæ ſtimulis actum, atque importuna gratificandi amico Regi voluntate, cæcitate haud quaquam retardatum ruere ad interitum voluiſſe. Eam poſt victoriam Eduardus Caletum Oppidum maritimum Galliæ propugnaculum poſt diutinam obſidionem cepit. & res tum accidit ſanè memorabilis. Deditìtios Caleti Ciues Victor Anglus recipere abnuebat, niſi ſex

Mirũ de Ioãne Rege Boemia.

Mirũ de Ciuibus Caletanis.

ex optimatibus ad ſupplicium deditis. eam ad denunciationem cum Senatus Ciuitatis inter neceſſitatem, indignitatemque animi anceps diſtineretur, ſilentiumque, ac ſtupor cæteros defixiſſet, qui eorum primus ſedebat ſurrexit, ſeque hoſtium iræ dedere, proque reliquis ciuibus mortem oppetere haud grauatè velle profeſſus, æmulationem pietatis alijs iniecit. Itaque ſecundus ſtatim ſurrexit, ac deinceps tertius, & reliqui vſque ad numerum ab hoſte ſæuo pręſcriptum. cæterum deuota hoc pacto capita ſua ipſorum pietas, numenque ſeruauit. Philippa quippe Eduardi coniux, pœnæ addictos miſerta viro exorato, ſupplicio exemit.

Lud. Vng. Rex in Apuliam. Rex interim Vngariæ Ludouicus Legatos ad Clementem deſtinauit, delatumque ad ſe, vt putabat, fratris obitu Neapolitanum regnum Sedis Apoſtolicæ beneficio demandari ſibi poſtulabat. abnuit Clemens tum alias ob cauſas, tum quod is foedus cum Bauaro percuſſiſſet. Rex tum copias quàm maximas contraxit, duodeuiginti legiones fuiſſe tradunt, eaſq; per Iſtrios, ac Foroliuianos circumactas, Adriatico demum ſinu in Apuliam duxit. *Vill. l. 12. c. 51. Bõſin. decis. 2. l. x.*

Septimo ac quadrageſimo huius

ſæculi

Ann. Chri. 1347. *Vill l. 12.* ſæculi anno Nicolaus Gabrinus Laurentij filius (Colarentium vocabant) Rom. populi ſcriba multitudine ad ſpem libertatis erecta Capitolium conſcendit, eiectiſque inde Senatoribus, antiquum Rom. Imperij decus reuocare ſe haud ægré poſſe profeſſus eſt. Kal. Auguſti Tribuni nomen, atque inſignia aſſumpſit : res non ſine ſolemni pompa, Vrbiſque plauſu peracta eſt cingente illum gladio Rom. Populi Syndico, calcaria deinde aurea Nicolao de Armannis Peruſino equite aurato, qui vnus erat de decem eius Reip. legatis, pedibus aptante. Subinde libertatem, ac ius Romanæ Ciuitatis omnibus Italiæ Vrbibus publicauit. tum veró Carolo Rom. Regi, ac Ludouico Bauaro de iure Imperij armis decertantibus diem dicere non erubuit. Extant veſaniæ teſtes literæ *ab Authore huc allata*. Clementi quoque Pontifici edixit, niſi ante anni lapſum Romam repeteret, curaturum ſe, vt nouus Pontifex eligeretur. porro vt liberius, ac tutius imperaret, tum vt Populo rem gratam faceret, Romanos Proceres complures aut Vrbe eiecit, aut ſupplicio affecit. Sed & expetita à Rege Vngaro eius amicitia, initumque cum eo fœdus Nicolai *Colarentius.*

potentiam mirè auxit. cęterum res maiore animo, quàm conſilio mota, vt breui creuerat, ſic cito corruit. Elapſo nondum anno ab initio, vt diximus, Tribunatu ex Romanorum Procerum coitione, ruinæ proximum cum ſe cerneret, clam Vrbe excedens, ad Carolum Cæſarem in Germaniam venit inani ſpe fretus amicitiam, ac fœdus ſe cum eo initurum. at ille turbulentos homines minimè fouendos ratus, Tribunum ſub cuſtodia ad Clementem miſit Auenionem. hoc pacto importunus vindex libertatis ſummo ex potentiæ faſtigio excidit, ac meritas ſæuitiæ, atque inconſultæ temeritatis pœnas dedit.

Eius caſus.

Ludouici Bauario obitus.

Eodem ferè tempore Bauarus dum maximè Carolum Imperij æmulum inſectatur, non longe à Monachio extinctus eſt v. Idus Octobris, Henricus Moguntinus deiectus ſede à Clemente, cui Gerlacum Naſſouium ſublegerat, auſus eſt Ludouico ſucceſſorem appellare Eduardum Anglum. eo porrò abnuente, Federicum Miſnenſem Marchionem Ludouici generum. Sed & eo Caroli potentia territo, aut pecunia corrupto, delatum Imperium abijciente, tertium elegit Gunterum Sauargemburgenſem, quem & Aquiſgrani poſtmodum

dum coronauit, cum Adolfum Comitem Palatinum, atque Ottonem, ac Ludouicum Brandemburgicos in ſuam ſententiam adduxiſſet. Paulo ante Bauari obitum Monachij exceſſerat Guilielmus Ochã vnà cum Bonagratia Bergomate, ac Michaele Ceſenate conſectarijs, ac Chriſti paupertatis aſſertoribus eadem in Vrbe tumulatus. *Gulielmi Ochami obitus.*

Ann. Chri. 1348. Ladouici Pannoniæ Regis aduentu territa Ioanna nouo ineunte anno, alieno licet anni tempore tribus cum triremibus Neapoli aufugit Auenionem petitura. Niceam præteruecta ad portum Anchiſis cum appuliſſet cuſtodiæ inibi eſt tradita, vt quidam tradunt, Clementis iuſſu, nec prius dimiſſa, quam Ioannes Philippi Regis filius Auenionem delatus ſubituram eam Sedis Apoſtolicæ iudicium recepiſſet. nec ita multo poſt Ludouicus quoque Tarentinus Ioannæ ſponſus fugam arripuit. Florentiam cum perueniſſet, Vrbe à Ciuibus excluſus eſt. Porrò Ludouicus Rex terrore tantum nominis, vniuerſo propemodũ potitus Regno, Auerſam profectus eſt. conuenere illum præter alios innumeros Regiæ ſtirpis quotquot erant; recepti principio ab eo ſunt ad pacis oſculum, atque adeò ad epulum; mox ex his *Ioãna Aueniõe aufugit.* *Ludouici Vngariæ Regis ſæuitia.*

duo Carolus, ac Ludouicus Ioannis Dyrrachij Ducis filij, qui Roberti Regis frater fuit, impiè cæſi, reliqui cuſtodiæ traditi. ad hæc alij complures vtcumque in ſuſpicionem regiæ cædis adducti ſupplicijs acerbiſſimis addicti ſunt. In his Iordanes Vrſinus Comes Taliacotij equorum impetu in diuerſa tendentium quatuor in partes diſſectus eſt. eam ob ſæuitiam Ludouicus exoſum omnibus cum ſe cerneret quartum poſt menſem fugiẽti ſimilis vnica triremi reuectus in Vngariam eſt. At vero Ioanna Auenionem delata, tanta facundia cauſam necis Andreæ Viri in Purpuratorum Patrum Senatu dixit, vt accuſatores Ludouici Regis Legatos conticeſcere coegerit; cum præſertim ex eorum quæſtionibus, qui Neapoli damnati fuerant, nihil pro ſe in eam afferrent. Diſceſſere poſtmodum Ludouicus, ac Ioanna coniuges nec tum quidem abſoluti, nec damnati. paulo ante diſceſſum receptis à Clemente Pontifice octuaginta florenorum auri millibus, eidem vendidere Vrbem Auenionem, quæ ſub Prouinciæ comitatu auitum erat Ioannæ patrimonium. extat publicum ea de re confictum documentum *ab Authore huc allatum*. In quo nonniſi

Auenio Põtifici vendita.

de

de huiuſmodi ſoluto precio mentio habetur, licet quidam in ea ſint ſententia, vt putent in precij partem veniſſe quoque cenſum pro Neapolitano Regno Rom. Eccleſiæ debitum, inque eam venditionem à Clemente remiſſum.

Bocca. initio decã. S. Ant. p. 3. tit. 21. P. Iuſtin. l. 4. Ann. Chri. 1349. Chron. Span. Dira interim peſtis orbem fere vniuerſum funeribus exhauſit, adeò vt vix decimum quemque mortalium ſuperſtitem fuiſſe memorent. *Peſtilentia.* Ad cladem, quæ triennio ferme graſſata eſt, auerruncandam tum alia pietatis opera indicta, ac religioſè obita, tum Sacrum Iubilæum Clemens Pontifex à centeſimo ad quinquageſimum, qui iam inſtabat annum contraxit, datis hac de re hoc anno litteris ad iv. Idus Aprilis. *Iubilæũ ad quinquageſimum annũ redactum.* Ad huiuſmodi vulgarem luem duo alia ſæuiſſima morborum genera acceſſere, quæ Germaniæ præſertim populos vexarunt, ſanguinis profluuium, ac ignis ſacer, quo carnes horribili ſpectaculo abſumebantur, nec viuorum tantum, ſed etiam defunctorum, quippe ipſa cadauera antequam humarentur vſque ad oſſa erodebantur.

Dum de inducijs inter Galliæ atque Angliæ Reges firmandis non ſine ſpe pacis ageretur, Galli cuſtodem portæ Caleſij pecunia corruptum ad proditionem adegerunt.

res tamen perfici antea nequijt, quam de ea certior Eduardus fieret. Is igitur impunitatem proditori pollicitus, eum impulit, vt admiſſa Gallorum parte, reliquos ſublicium attollens pontem excluderet. Igitur decepti Galli, qui iam ſubierant, miſere trucidati, pacis tractatio diſcuſſa eſt.

Annus Iubilæi. Accedit annus ſæculi quinquageſimus Sacra Iubilæi celebritate memorabilis, memorabilior haud dubiè futurus, niſi illum fœda lues deformaſſet, quo factum vt peregrinantium Romam frequentia, licet magna, non ea tamen fuerit, quam tranquillior rerum ſtatus tuliſſet. **Ann. Chri. 1350.** *Lud. Vng. Rex Romæ.* Ludouicus quoque Vngariæ Rex, qui haud ita pridem in Apuliam redierat, multaſque apud eam Vrbes receperat, Romam delatus, Templa inibi religioſiſſime inuiſit, ac donarijs ditauit. *Bôſin. Dec. 2. l. x. Sumont. p. 2. l. 3.* Redeuntem in Pannoniam Guido Cardinalis Legatus proſequutus eſt, hortatuſque illum impensè Clementis, ac totius Purpuratorum Patrum Ordinis nomine, vt pacem Ioannæ Cõſanguineæ daret. *[...]ius la[...]us.* paruit ille ex animo tanta vſus magnanimitate, vt non pacem modo dederit, Vrbeſq; quotquot adhuc obtinebat dimiſerit, verum etiam ducenta, ſiue vt

alij

alij tradunt, trecenta aureorum millia ob ſumptus belli inter conditiones pacis ſibi decreta, haud grauate remiſerit. Regios quoque Principes apud Pannoniam diutius ſub cuſtodia habitos donis inſuper cumulatos abire liberos permiſerit, hæc tamen nonniſi biennio peracta, quo temporis interuallo necati Andreæ Regis cauſa Auenione diſcuſſa, ipſaque Ioanna, accuſatoribus in eam nihil probantibus iudicio abſoluta eſt. Regnum illi, ac Ludouico viro ex nouo Pontificis beneficio, ac decreto delatum, annuo exinde cenſu ſexaginta aureorum millium imperato. *a Ioãna Regina abſoluitur. Regnũ recipit*

Matt. Vill. l. 1. c. 23 Dubr. l. 22. Hoc ipſo tempore Carolus Romanorum Rex in paralyſim incidit, eademque anno ferè integro laborauit, ſiue ex veneno fratris ſcelere hauſto, ſiue vt alij tradunt ex poculo amatorio ab Agnete vxore propinato. ferunt illam, cum ea de cauſa duos ex intimis Caroli ad ſupplicium duci audiſſet, marito crimen faſſam, inſontes gladio exemiſſe, ſeque non ad mortem inferendam, ſed amorem coniugalem conciliandum philtra miſcuiſſe ingenuè profeſſam. *Carolus Caſar vita periculũ adit.*

Hoc eodem anno rebus humanis exempti ſunt Philippus Galliæ, Alphonſus Caſtellæ Reges. huic *Galliæ & Hiſp. Regum obitus.*

Petrus, illi Ioannes filij ſucceſſere. Quo tempore Venetorum, ac Genuenſium apud Orientem Claſſes mutuis ſe ſe cladibus affecerunt.

Ioannes Vicecomes Bononiã occupat.

Ann. Chri. 1351.

Sub idem tempus Ioannes Pepulus Bononienſis, Patriæ tyrannidem occupauerat, porro cum tueri eam armis à Pontificis copijs nequiret, pretio eam Ioanni Vicecomiti Mediolanenſi Antiſtiti, ac Principi diuendidit. huiuſmodi acceſſione Præſul finitimis terrori eſſe cum cæpiſſet, Venetos, ac Florentinos impulit, vt ſocialia cum Pontifice arma iungerent, tùm Pontificem ipſum, vt ſubditis eidem populis ſacris interdiceret. His permotus Archiepiſcopus, tum iteratis Clementis monitis, ac legatione adactus, cum eo ita demùm tranſegit, vt ſolutis eidem centum ac quinquaginta florenorum millibus, quotannis autem Cenſus nomine ſexaginta pondo auri, Bononiam beneficiario à Romana Eccleſiæ Iure obtineret. Rem eum ægrè concoquerent Florentini euocare in Italiam Carolum Cæſarem aduerſus Archiepiſcopum omni ope curarunt, quod cum ille perſenſiſſet, Carolum & ipſe demereri inſtituit, ſeque omnia eius iudicio permiſſurum profeſſus eſt.

Po-

Pign. l. 4. Cor triſt. med. p. 3 Poſtridie Iduum Septembris Clemens Pontifex nouo ex decreto Obicio Ateſtino Ferrariæ Principatum fiduciario iterum iure attribuit ſub cenſu annuo aureorum decem millium. *Ferraria in feudũ conceſſa.*

P Iuſt. hiſt. ven. l. 4. Bizar. hiſt. Gen. l. 2. Per idem tẽpus Philippus Auria Genuenſium Claſſis Præfectus Euboeam Inſulam Venetis eripuit, Vrbem, præda inde, ac Ciuibus abductis, flammis ſubiecit. Inter captiuos fuere tres ac viginti patricij ordinis Veneti. Eam vt notam Veneti delerent, fœdus cum Petro Aragoniæ Rege, ac Ioanne Catacuzeno Græcorum Auguſto (qui haud ita pridem Ioannem generũ, atque Imperij ſocerum deiecerat) aduerſus Genuenſes iniuerunt. Genuenſes viciſſim Ioannem Paleologum, qui cum Anna Sabauda Matre Theſſalonicam ſe receperat, tutdum ſuſceperunt, rati, Græcorum Proceres Catacuzeni tyrannidem pertæſos, nihil non acturos, vt Paleologum reſtituerent. *Veneti à Genuenſibus victi.*

Epiſt. Clem. nõ Iul. Non eſt hoc loco reticendum Clementis factum ad ſingularem eius modeſtiam commendandam. Nuncium hoc tempore ad eum miſit Ludouicus Trinacriæ Rex ipſius Neptem deſponderi ſibi enixe poſtulans, imparem eam Clemens tanto connubio affirmauit, Regiam *Clem. Pont. modeſtia.*

proinde affinitatem ex ſumma animi æquitate renuit.

Eduardus Angliæ Rex Pontifici hoc tempore non ſatis æquus conuentu Vveſtmonaſterij indicto nobilitatem Regni vniuerſam euocauit, decretoque parlamenti, vt vocant, pœnam in eos omnes conſtituit, qui Sacerdotium quodcunque apud Angliam à Pontifice obtinerent, aut litteras ea de re in Inſulam importarent data inſuper eidem Regi facultas eſt ea ſacerdotia Prouincialibus tribuendi, quibus peregrini homines apud Angliam potirentur.

Conſtantinus Rex Armeniæ. Sub idem tempus Rex Armeniæ Cõſtantinus maiores motus à Sultano Aegyptio metuens; auxilia à Chriſtianis Principibus, à Pontifice in primis poſtulabat, quæ vt facilius impetraret, ſpondebat Regni Patriarcham, Regnumque adeò vniuerſum ad veræ fidei confeſſionem, ac Rom. Eccleſiæ obſequium ſe ſe adducturum. Negocium Pontifex Nicoſienſi Antiſtiti demandauit, ac fidei articulos *hic relatos* Armenis præſcribendos eidem miſit, his ſi acquieſcerent, pecuniaria Regi ſubſidia decreuit, tum Hieroſolymitanæ militiæ magiſtro, vt alijs poſthabitis in Armenorum auxilia terreſtres, ac maritimas, quas

ha-

haberet copias educeret imperauit.

Ann. Chri. 1352. Nouo ſubeunte anno Clemens Pontifex, ac ſi mortem, quæ iam inſtabat, præſagiret, conſtitutionem de futuris Comitijs, ſiue vt vocant Conclaui promulgauit. *Conſtitutio de Cõclaui.*

Res hoc tempore apud Meſſanam accidit ad Aulicorum exemplud haud quaquam reticenda. Erat Aulæ illius potens Matthæus Palicius Regis adoleſcentis moderator, qui quod per ſæuitiam, atq; auaritiam multa geſſiſſet, omnium odium incurretat. Seditione itaq; in eum excitata, non viri modò omnis ordinis, ſed etiam fœminæ magno numero ferro, ac facibus armatæ Regiam inuadunr, Matthæum ad necem poſtulant, Regem nequicquam è feneſtris clamantem, & abundè omnia pollicentem ita exterrent, vt quàm occultiſſimè fuga ſalutem quærere coactus fuerit. foribus demam effractis Matthæum, ac coniugem, liberoſque comprehenſos miſerè trucidant, traiectiſque loro pedibus ſeminec[illegible]s per Vrbem raptant. *Siculorum ſeditio.*

Sub idem ferè tempus Veneti claſſe inſtructiſsima comparata, functiſque cum Aragoniæ Rege, ac Grecorum Cæſare viribus, Genuenſes inter Chalcedonem, ac Byzantium *Veneti à Genuenſibus victi.*

ticm adorti aduerſa omnia experti ſunt, atque inſigni clade affecti.

Ioannes Vviclefus. Emerſit hoc tempore apud Angliam Ioannes Vviclefus, impius hæreſiarcha, *cuius deliria ab Authore hic recenſentur*, ex his pleraque omnia Ioannem Huſsium, ac deinceps Luterum, & alios huius æui nouatores mutuatos conſtat.

Clem. VI. obitus. Vertente anno ad viij. Idus Decembris Clemens Pontifex naturæ debitum perſoluit, cum annum in Pontificatu ageret xi. *Matt. Vill l. 3. c. 39 Plat. Papyr. Cinc.* *eius nota.* Vitio illi datum eſt, quod Iuniores aliquot, ac penè pueros in ſacrum Senatum adlegerit, ac licentius pro ætate viuere permiſerit, maximo cum eius ordinis, ac totius Eccleſiæ probro. Eo ſublato Ioannes Galliæ Rex vt nouum Pontificem ſuo arbitratu eligeret, magnis itineribus Aueniomem contendit. quod cum perſenſiſſent Patres, ne illius aduentus ipſorum officeret libertati, electionem maturarunt, & vndecimo vacantis Sedis die Stephanum Lemouicenſem Epiſc. Card. Oſtienſem Rom. Pontificem deſignarunt, atque Innocentium eius nominis vij. appellarunt. *eius laudes* Virum integerrimum, pietatiſque, ac doctrinæ laude eximium. frugalitatem, quam ipſe ſibi pridem indixerat, familiæ vniuerſe, nec tantum ſuæ, ſed etiam Cardi-

nalium

nalium præcepit. Aulæ ſumptus à Clemente plus æquo auctos imminuit, domeſticos ad certum numerum redegit.

Ann. Chri. 1353. Erat inter Romanos ciues quidam cui nomen Franciſco Baroncello, is Nicolai fælicitatem in adipiſcenda Tribunitia poteſtate, non autem in amittenda calamitatem animo verſans, de inuadenda tyrannide cogitauit. tumultu itaque ex compoſito in Vrbe excitato, vexilloque Populi Romani explicato Capitolium occupauit. tùm Baſilicam, cui ab Aracœli titulus eſt, ingreſſus e ſuggeſtu confertam apud multitudinem verba fecit, non ambitione, aut priuatæ rei gratia, ſed bono publico in eum ſe locum aſcendiſſe dixit, cum videret Vrbem latrocinijs obnoxiam, vias à ſicarijs infeſſas, iuſtitiam proſtratam, pudicitiam promiſcuè violatam, ſacra ac profana omnia nobilium præſertim libidine temerata. Hæc vbi plauſa excipi ab auditoribus ſenſit, ſchedulam e ſinu protulit, legeſque *ab Authore hic relatas*, tyrannidi viam ſternentes euulgauit. poſtridiè coactis iterum eodem in Templo Ciuibus per Regionarios vniuerſum Rom. Populum in ſui verba adegit, ac Tribunitiam poteſtatem, ſceptrumque

Franciſcus Barencellus Romæ Tyrannus.

ac

ac chlamidem recepit. rerum itaq; ex animi ſententia hac ratione potitus, litteras ad Innocentium Pontificem conuiciorum plenas dedit; tùm Carolum Regem Romanorum monuit, vt quamprimum ad Vrbem accederet, atque Auguſtale Diadema, vel inuito Pontifice, à volente Senatu, Populoque Romano acciperet. Certior de his factus Innocentius, & piorum coetu hominem exemit, & clauum clauo vt truderet Nicolaum Rentij cuſtodia emiſſum Romam ablegauit. Eius aduentu Romanus Populus ita commotus eſt, vt Baroncellum non deſtituerit modo, ſed etiam Interemerit mense ab inito Principatu quarto. Nicolaus tùm, vt erat facundiæ non vulgaris, pro concione ad Populum ſeptem ſe propemodum annis, quemadmodum olim Nabucdonoſor, infælicem egiſ ſe vitam dixit, Deo demum annuẽté ad ſolium, à quo libertas Populi Romani, ac ſalus penderet, reſtitutum. Velle ſe impensè publicæ vtilitati proſpicere, conſiliaque omnia in ſuorum ciuium bonum, ac pacem dirigere. auditus eſt non æquo ab omnibus animo, quod multi illius mores perſpectos haberent, & diriorem tyrannidem metuerent, tum qui ei ex populo ſtu-

eius te meritas.

excommunicatur.

à Nicolao Rẽtij deijcitur.

Nicolai quoque caſus.

ſtudebant annonæ caritate, cui ſubleuandæ impar erat, exacerbati, inſuper intolerandis vectigalibus irritati, promiſcuè illum iam oderant. itaque ſub ipſa noui Principatus exordia ad vj. Idus Septembris, Columnijs præcipuè adnitentibus, cõcurſu ad Capitolium facto inconditis populi clamoribus ad necem petitus eſt, auſus ex editiori ædium parte, vexillo Populi Romani explicato, clamantes alloqui, lapides, ac ſagittas excepit. tum quod ignem foribus ſubijci aſpiceret, mutata veſte, ac detonſa barba occultè prodijt veluti perſonatus, populi & ipſe voces ingeminans. *Viuat Populus, pereat Tyrannus*, cæterum agnitus miſerè trucidatus, atque ad vſque D. Marci Baſilicam raptatus eſt. Hoc pacto Romanus Populus per ſummam inconſtantiã, quos euexerat Tyrannos deiecit, nec ita multo poſt Bertoldum quoque Vrſinum Senatorem ad Deiparæ Imaginem procumbentem, quod eius culpa annonæ caritate laborare Vrbem dicerent, lapidibus obrutum interemit. *Bertoldus Vrſinus.*

Aegydius Carillus Albernotius Cardinalis ab Innocentio Legatus hoc tempore in Italiam miſſus Eccleſiaſticæ Ditionis Vrbes quà vi, quà ciuium deditione pleraſque omnes *Aegidius Albernotius Cardinalis.*

omnes recepit. Illarum Dynaſtis, qui obſequentiores in Rom. Eccleſiam fuiſſent, fiduciarius Principatus relictus, cæteri bello domiti, eiectique, Arces opportunis locis excitatæ.

Genuenſes victoria, qua diximus ſuperiori anno potiti fœlicia vrgere initia cum decreuiſſent, triremes ſexaginta Antonio Grimaldo Duce, iterum eduxerant. Veneti viciſſim ad notam eluendam triremibus quinque, ac quadraginta inſtructis, ac Nicolao Piſano creditis, inſuper triginta quinque ex fœdere ab Aragoniæ Rege acceptis, belli aleam ſubire non detrectarunt. cōcurſum eſt apud Sardiniam magnis vtrinque animis, ac viribus, victoria à Venetis ſtetit hoſtium Nauibus ſupra quadraginta aut captis, aut merſis, militum octo millibus cæſis, tribus amplius millibus captis. Cœterum non tàm ea clades, quàm Ciuium ſocordia, ac diſſidium Genuenſium Rempublicam hactenus florentiſſimam, hoc tempore peſſun dedit; quippe iugum Antiſtitis Mediolanenſis Ioannis Vicecomitis ſubire, quàm factionibus depoſitis, iunctiſque animis, ac virtutibus fortunæ obniti maluerunt. Perculit ea res non Venetos modo, verùm etiam Italiæ Dynaſtas

P. Iuſtin. hiſt. Ven. l. 4.

Genuēſes a Venetis victi.

Ioanni Vicecomiti ſe dedunt.

Ann. Chri. 1354. *Matt. Vill. l.* 3. & 4. ſtas pleroſque omnes, qui à Ioannis potentia huiuſmodi acceſſione plus æquo aucta iure ſibi metuentes, mutuo ſeſe fœdere obſtrinxerunt. Sed neque eo ſe tutos ſatis arbitrantes Carolum Cęſarem pollicitationibus maximis in Italiam euocarunt, Innocentio quoque Pontifice adnitente. Eo vix dum iter aggreſſo Ioannes Archiepiſcopus deceſſit, Ioanne cognomento Olegio ipſius filio notho, tribuſq; ex Stephano fratre Nepotibus; Matthæo, Galeacio, ac Barnaba quadripartito imperio vendicantibus, ac mutuis ſeſe odijs proſequentibus, quo factum, vt prona omnia Carolo in Italiam venienti fuerint. *Eiuſdē Vicecomitis obitus.* Ioannis obitu Genuenſes veluti experrecti, quamquam Vicecomitum iugum excutere tùm quidem non auſi, claſſem iterum quinque, ac viginti triremium Pagano Auria Duce comparatam aduerſus Venetos eduxerunt. Is igitur hoſtilem claſſem apud Oenuſas nactus memorabili victoria potitus eſt, & incruenta ea quidem quinque Venetorum millibus, ipſoque Claſſis Præfecto Nicolao Piſano captis. *P. Iuſtin. l. 4. Bizar. l. 7. Vbe. foliet. l. 7.* *Veneti à Genuenſibus victi.* Eam inter Venetos, ac Genuenſes diſcordiam, quod potiſſimum ſucceſſibus apud Orientem aduerſus Turcas plurimùm incommodaret,

vt

vt quacunque demum ratione cō-poneret Innocentius Carolo Cæſari auctor fuit, vt ſuam ipſe operam, opemque conferret. Is igitur aliquot diebus ea de cauſa Mantuæ cum ſubſtitiſſet, nihil non egit, quò vetera inter eos odia reſtingueret, ac pacem Chriſtianis omnibus optatam cemponeret.

Haud minori ſtudio Pontifex, licet incaſſum, laborauit, vt vetera inter Galliæ, atque Angliæ Reges diffidia componeret.

Petrus Caſtella Rex eiuſq; vitia.

Apud Hiſpaniam Petrus Caſtellę Rex non tantum ſæuitia, a qua nomen ſortitus eſt, ſed effuſa etiam libidine, alijſque probris infamis Mariæ Padiliæ amoribus captus, vxorem Blancam Borboniam thori conſortio eiecerat, qua illa ex cauſa clàm Regno exceſſerat, atque in Galliam ad Patrem redierat. Ea ex receſſione Regni Proceres cum Gallica timerent arma, auctores Regi fuere, vt pellice ignominia affecta, eiectaque coniugem reuocaret. paruit tùm ille, ac recifis ad latera veſtibus (quod probri apud Hiſpanos genus eſt) Mariam eiecit, Blancam vxorem Pontificis quoq; monitis reuocauit. noctem vix vnam cum ea manſit, & Padiliam ſtatim recepit. adhuc nouo flagitio priora ſcelera cumulauit. Ioannam

Ca-

Caſtriam pudicitiæ laude inſignem viduam cum adamaſſet, nec niſi per legitimum coniugium potiri ea ſe poſſe ſciret, ſolutum ſe priori matrimonio per legitimam ſententiam ſimulauit, Abulenſi, ac Salmaticenſi Epiſcopis ad ſeruitutem natis rei teſtibus appellatis. Ea fraude Ioannæ nuptiæ feſtinatæ ſunt, ex quibus Ioannes poſtea filius procreatus Matris ſolamen, fortunæ ludibrium futurus. Paucis cum noua nupta Rex impius (ſunt qui vna tantum nocte ſcribant,) diebus moratus, copia faſtidium, vt antea pariente, Padiliam iterum depopoſcit. His permotus Innocentius Bertrandum Nuncium in Hiſpaniam miſit, qui Petrum etiam per cenſuras Eccleſiaſticas a nefario vitæ inſtituto reuocaret. litteras quoque ad eundem Regem dedit. tùm Reginam ipſam Blancam ſolatus eſt, ſeque illi auctoritate Apoſtolica adfuturum ſpopondit.

Veneta Rei. diſcrimen. Hoc tempore Falerius Venetiarum Dux Patriæ tyrannidem per Optimatum cædem inuadere cum cogitaſſet, re detecta, ſecuri percuſſus eſt. Qui cum eo conſpirauerant aut ſuſpendio necati, aut culleo inſuti, in mare proiecti ſunt. **An. Chri. 1355.**

Pace inter Venetos, Genuenſes, ac Vicecomites Pontificis, ac Cæ-

ſaris

Carolus Mediolani coronatus. ſaris authoritate, Hic Mediolanum conceſſit, ibidemque poſtridie nonarum Ianuarij ipſo Epiphaniæ ſacrodie ferreo Diademate ſolemni ritu ornatus eſt. Hetruriam exinde petijt, ac Piſis ſubſtitit, qua in Vrbe Florentinorum, Peruſinorum, ac Senenſium legatos audijt. Erat inter Peruſinos legatos Bartolus Iureconſultorum facile Princeps, quo in primis expetente Carolus Paruſinam Academiam priuilegijs ampliſſimis ornauit. Poſthæc Senas, atque inde Romam perrexit, vbi iureiurando antea præſtito, ac diplomate de tuendis Romanæ Eccleſiæ iuribus dato, à Petro Oſtienſi, ac Aegidio tit. Sancti Clementis Cardinalibus Auguſtales titulos, atque inſignia maximo cum totius Vrbis plauſu apud Vaticanum recepit. Diplomatis porrò *ab Auctore hic relati* Autographum Aelia in Arce adhuc extat. *Matt. Vill. l. 4. & 5 Dubr. hiſt. Boem. l. 22.* *poſtea Roma.*

Germaniã repetit. Lud. Rebus hoc pacto vix dùm peractis, nouus Auguſtus Tibur receſsit; mox per Hetruriam, atq; Inſubriam natale ſolum repetijt.

Siciliæ Regis obitus Fed. frater ſuccedit. Ludouico Trinacriæ Rege vita functo, Regnum Federicus frater adeptus eſt. cæterum quod iniuſſu Pontificis id feciſſet, anathemate ab eo dãnatus eſt, Regnumq; adeò Eccleſiaſtico interdicto ſubiectum.

Con-

Vill. l. 4. c. 45 Foliet. & Bizar. de reb. Gen. Contentione iterum inter Cantacuzenum, ac Paleologum Græcorum Cæſares de Regno exorta, Hic Cataluſij ciuis Genuenſis opera, atque ope ſuperior extitit. Cantacuzenus abdicare ſe Imperio coactus, Monachus effectus eſt. cuiuſmodi vitæ genus Irene quoque Auguſta illius vxor amplexa eſt. *Cantacuzenus imperio deijcitur.*

Liberam Imperij adminiſtrationem nactus Paleologus, quod & a Turcis premeretur, & ſuorum multos refractarios experiretur, Innocentij Pontificis opem poſtulauit, Emanuelem filium obſidem, & abundè omnia pollicitus, quæ ad ſinceram vtriuſque gentis, atque Eccleſiæ concordiam ſpectarent, qua de re ipſius litteræ iure etiam iurando firmatæ extant *Ab Authore huc allatæ.*

Receptus in Germaniam Cæſar auream ſeù Carolinam. quam voeant ſanctionem edidit, *cuius exemplum hic habes.* *Bulla aurea Caroli.*

Hôc eodem anno Ioannes Galliæ Rex non procul à Pictauio infeliciter aduerſus Anglos pugnauit. quo die prælium eſt initum, Pontificij Legati in caſtra aduenere, conatuque inibi maximo vltrò citròque commeantes conciliare inter vtrumque Regem pacem inſtituerunt. incaſſum autem deſudarunt,

vt eis arma e manibus extorquerent, ambobus inhoneſta multa depoſcentibus, Eduardo in primis, qui, vt Ioannes ſeſe cum toto exercitu quaſi iam victus ſuæ fidei committeret, poſtulabat. pugnatum eſt magna vtrinque contentione; cæterum victoria Anglis ceſſit. cæſa Gallorum ſex amplius millia; Rex ipſe Ioannes cum Philippo filio, ac nobilibus Gallis mille, & ſeptingentis captus. Carolus Delfinus vix fuga elapſus apud Pontificem egit, vt pro ſuprema auctoritate pacem demùm cum Anglo conficiendam curaret. Annuit Pontifex, & duos iterum Cardinales in Angliam legauit datis ad Regem litteris Kal. Octobris. quibus eum hortatus eſt vt moderatè ea victoria vteretur, & ex moderatione maiorem longe, quàm ex ipſa victoria gloriæ acceſſionem futuram: hanc ſibi clementiæ laudem ſolus decerperet, in qua partem nullam haberet fortuna; meminiſſet nihil humani a ſe alienum: eam quam maximam habebat ſolidæ virtutis præſtandæ facultatem complecteretur. totum biennium Legati eam in cauſam apud Angliam fuere. Ioannes porrò meritas numini dediſſe pœnas viſus eſt. quippe iniuſſu Pontificis, præter acerbiſſimas à populo exactio-

Froſſad. l. 1. Polido. l. 19. P. Aemil. in Ioanne. Maſſon. l. 4.

Ioannes Galliæ Rex ab Anglis captus

Ioãnis Gall. Regis tyrannis.

ctiones decimationes ex vniuerſis Sacerdotijs inſtituit. Carolum Regem Nauarræ, aliosque Proceres hæc ipſa improbantes in vincula coniecit, optimatum non paucos leuiſſimis de cauſis ſeuerè percuſſit. Anglos ſi quos in poteſtatem redegit miſerè cruciatos interemit, tùm quibus mitius conſultum voluit, dextræ pollicibus præciſis virgiſque cæſos dimiſit; quibus eum de rebus Pontifex ſeriò monuerat, & diuinam ei vltionem comminatus fuerat litteris Apoſtolico ſpiritu dignis *ab Authore hic relatis.*

Veneti hoc tempore Vngariæ Regem infeſtum maxime experti ſunt, Dalmatia, Iſtria, ac Foro Iulij magna ex parte illius excurſionibus captis, aut direptis. *Veneti ab Vng. Rege vexati.*

Innocentius Pontifex, Franciſcũ Petrarcham eruditionis fama celebrem ab epiſtolis habere cupiebat, honeſtiſq; propoſitis præmijs euocabat. Is verò ſiue aulæ faſtidio, ſiue priuatæ vitæ amore munus detrectauit. qua illum de cauſa quidam (ſuperbiam ſtomachati) magiæ criminis apud Pontificem inſimularunt, conuicijs inſuper, ac contumelijs inceſſerunt; quibus ille irritatus multa in aulam Pontificiam, ipſumque adeò Pontificem euomuit, ſi tamen illius opus ſunt, *Franciſcus Petrarcha.*

P quæ

quæ abſque titulo eidem adſcriptæ epiſtolæ circumferuntur.

Bellũ inter Caſtel læ atq. Aragoniæ Reges.

Bellum interim atrox inter cognomines Caſtellæ, atque Aragoniæ Reges exortum eſt. Huius ille extorres fratres Ioannem, ac Ferdinandum turbandis rebus receperat. ea de cauſa cum vtriuſque copiæ in armis conſiſterent, Guillelmus S. R. E. Cardinalis conciliandę inter eos paci ab Innocentio legatus, dum de conditionibus ageretur, inducias firmauit. tum verò Caſtellę Rex Hiſpalim diſceſſit, qua in vrbe Alfonſæ Coroneliæ amoribus ita indulſit, vt præ illa Padilia contemptui iam eſſet. Sic prauum animum, qui ſemel verecundiæ fines tranſiſſet, nullæ aut domeſticæ, aut publicæ difficultates à turpitudine auocabant. probroſi hominis fruſtrationibus Legatus Apoſtolicus fatigatus anathemate illum perculit, Caſtellæ verò vniuerſæ ſacris interdixit porrò cum is Mauros Granatenſes magno numero auxilio vocaſſet, Aragonius Marocci Regem ex Africa exciuit, Innocentio Põtifice huiuſmodi Religionis probrum, Reique publicæ diſcrimen cum vtroque Rege grauiſſimis litteris expoſtulante,

Ann. Chri. 1347. *Surit. l.* 3. *Marian. l.* 17.

Caſtel læ Regis probra.

Ludouicus, ac Ioanna coniuges vetera in Trinacriam iura ex Federico

rico repetentes, Meſſana, ac alijs ſubinde vrbibus receptis, Catanīā eum compulerant Inſula fermè reliqua exutum. Actum de illo haud dubiè fuiſſet, niſi Aragonius ſocer præſto fuiſſet, eius auxilio factum, vt Regni angulum, Regiſque nomen vtcumque tueretur. *Federicus Siciliæ Rex.*

Ioāni Paleologo Pontificijs auxilijs adiuto fœliciter hoc anno cuncta ceſſere. nam & Orchanis Turcæ maiorem natum filium Calilem, & Matthęum Catacuzeno natum vxoris fratrem Imperij æmulum in poteſtatem recepit. *Proſpera Paleologi fortuna.* *Cantacuz. l. 4. c 44 45.*

Ann. Chri. 1358. Eduardus Anglię Rex Pontificis, ac Cæſaris totiuſque Galliæ Procerum rogatu, ea demum ſe lege captiuum Ioannem Regem dimiſſurum profeſſus eſt, ſi is & ingentem vim auri perſolueret, & Galliæ Regnum Angliæ beneficiarium eſſe pateretur. Re ad Gallos perlata, de auro non recuſarunt, itaque & matronarum mundum collaturos ſe haud ægrè receperunt; de ſubijciendo Anglis Regno rem indignā auerſati ſunt. Ioannes quoque Regnum quale à parentibus accepiſſet, talem liberis relinquere ſe velle dixit, neq; ab hac ſententia vllo cruciatuum, aut mortis genere diſceſſurum. Ad comparandum, vt diximus, eo facilius Regi redimendo

aurum apud Galliam, lex ſumptuaria de muliebri mundo promulgata eſt. Carolus porrò Delfinus, qui poſtea potitus Regno, Sapientis nomen adeptus eſt, ſupra ætatem etiamnum ſapiens, paternam apud Pontificem, & Auunculum Cæſarem, Galliæq; atq; Angliæ Proceres redemptionem omni ope vrgebat, Regnumque interim ſapientiſſimè adminiſtrabat. Pariſijs tamen haud leuiter tumultuatum eſt Carolo Rege Nauarreo Ludouici olim Galliæ Regis cognomento Vtini ex Ioanna filia nepore cuſtodia exempto faces ſubdente, & Galliæ Regnum aduerſus Ioannem, ac filios vindicante. Ad hæc omnis propemodum plebs vniuerſum apud Regnum aduerſus nobilitatem inſurrexit, per quam Reip. ſtatum peſſumdatum querebatur. Ruſticorum quoque colluuies, quæ ad centum fermè hominum millia pertingeret, cum optimates, ſi fas, delendos ſuſcepiſſet, miſerè graſſata eſt, nobilium ædibus direptis, eorum dominis ad poſtes religatis, coniugibus, ac filiabus in eorumdem conſpectu violatis, vniuerſa denique familia mactata, ac domibus incendio abſumptis tanta immanitate, vt Pontifex Delfinum ad copias in nefarios homines comparandas ſa-

Seditio maxima apud Galliā

Froſſard. l. 1. Gaguin. P. Aemil.

cra

era etiam pecunia iuuerit.

Erat apud Angliam ſub Eduardi poteſtate non Ioannes modo Gallus, ſed & Dauid Scotorum Rex nouennio iam captiuus. Is hoc demum anno dimiſſus, Regnum ſe beneficiario ab Anglis iure in poſterum poſſeſſurum, quingenta inſuper aureorum millia intra decennium perſoluturum ſpopondit, obſidibus interim donec fidem ſuam liberaſſet Eduardo traditis. Eaſdem ſubire leges Ioannes abnuit, cuius filius Philippus concaptiuus hoc ipſo tempore Audacis nomen adeptus eſt huiuſmodi ex cauſa. Regio conuiuio cum Patre aſsidebat; Regis Angli Pincerna antequam Ioanni, Eduardo poculum porrexit, eam rem iniuriam interpretatus Regius adoleſcens Pincernæ colaphum impegit, Regiſq: Patris licet captiui rationem habendam admonuit. laudatum eſt ab Eduardo quoque facinus, Philippo autem Audacis exinde nomen eſt inditum.

Dauid Scotiæ Rex captiuus dimittitur.

Philippus audax eius facinus.

Annal. Fland. Thom. Valſi. hiſt Angl.

Reuocatus ab Innocentio fuerat in Galliam Aegidius Cardinalis poſt Italiam ſatis, vt videbatur, pacatam. cæterum quod illius receſſu Tyranni plures iterum caput extuliſſent, repetenda ei italia fuit, atque arma iterum capeſſenda. his ſatis inſtructus Franciſcum Ordelaffum

Foroliuij Tyrannum ſubegit, atque in deditionem accepit.

Turba Roma. Romanos ex more turbas miſcentes compreſſit, ac Senatorem ciis exterum hominem Raymundum Ptolemæum Senenſem dedit: Vicecomites ne plus æquo potentia creſcerent, inito cum Ateſtinis, Gonzagis, aliijſque Dynaſtis Rebuſque publicis fœdere, coercuit. Illum interim Petrus Caſtellæ Rex, vt Tyrannum agere nunquam dediſceret, quod ipſius conſilijs, ac ſuaſu Regni Proceres aliquot negocium ſibi faceſſere exiſtimaret, bonorum, quæ tam ex auito patrimonio, quàm ex Sacerdotijs apud Hiſpaniam illis erant, ademptione mulctauit, qua de re Pontifex, licet incaſſum, impium Regem coarguit. Sunt qui tradant Aegidij in Italiam reditum non hoc tempore, ſed Vrbano V. Pontificatum adepto contigiſſe. *Ann. Chri. 1359.* *Platin. Blond. & Sabell.*

Per idem tempus Turcæ Orientale Imperium vt cum maxime infeſtum habebant, Ioannis itaque Paleologi precibus Innocentius ſacram militiam ex more indixit, ac Petrum Epiſcopum Coronenſem Apoſtolicæ Sedis apud Byzantium Legatum Cruce ſignatorum copijs præfecit.

Sexageſimo huius ſeculi anno capti-

Ann. Chri. 1360. *Fraſſard. l. 1. P. Aemil. in Ioãne. Gagui. l. 9. Polyd. Virg. l. 19.*

captiuus Galliæ Rex, Pontifice, Auguſto, ac Principibus alijs adnitentibus ab Eduardo liber dimiſſus eſt his ſub legibus, vt trecenta aureorum millia perſolueret, proque illorum præſtatione Ludouicum, ac Ioannem filios, Petrum inſuper Alenconium, ac Ludouicum Borbonium obſides daret: Aquitania ita excederet, vt eam deinceps Anglus eo iure obtineret, quo quæ optimo. Anglus viciſſim eiuſque filius eiuſdem nominis Eduardus remitterent ſi quid iuris in Andes, Turones, Cenomanos, Normanniam, atque adeò in Galliæ Regnum haberent.

Vgo Luſignanus RexCypri.

Romanis iterum turbas cientibus Innocentius Vgonem Luſignanum Regem Cypri, qui ab expeditione ſacra in Vrbem venerat maiora aduerſus Turcas præſidia exquirens, Senatorem dedit, cui tamen haud diuturna ea dignitas fuit, eodem quippe annó fato functus Petrum filium Regni hæredem habuit.

Ann. Chri. 1361.

Emiſſus cuſtodia Gallus Aueniońem ad Pontificem diuertit, ab eoque ſacro baltheo præcinctus eſt; quod bellum aduerſus infideles emiſſo voto ſuſcepturum ſe polliceretur, & iam Gallorum copię non contemnendæ in

P 4 Orien-

Orientem ſoluiſſent.

Caſtellæ Regis fratres iure ſibi ab eius ſæuitia metuentes in Galliam conceſſerant, indeque in Aragoniam, vtriuſque Regni viribus aucti. quod verò Galli ea ſe ratione Blanchæ iniurias vlciſci dicerent, Rex ſæuiſſimus vxorem innocuam cuſtodiæ antea traditam, veneno per Medicum propinato de medio ſuſtulit. eo tamen ſcelere lætari diutius nequijt Padilia amaſia eodem ferè tempore amiſſa. extorres tum fratres perduellionis reos egit, quam ſententiam Legatus Apoſtolicus reſcidit, atque irritam pronunciauit. *Marian. l. 17. Surit. l. 3.*

Venceſlaus naſcitur. malū omnē ex eo. Auctus eſt hoc eodem anno Auguſtus filio Venceſlao, de quo illud traditur, cum luſtrali aqua tingeretur, lotio eam adſperſiſſe, poſtea quoque nondum bimulum, cum coronaretur, aram aluo egeſta inquinaſſe. itaque idem omen ex eo ſumptum, factumque vaticinium, quod olim de Copronymo, ferunt, futuram ſcilicet eo Regnante, quod ſanè accidit, ſacrorum contaminationem. *Dubr. hiſt. Boem. l. 23.* *ap. Baron. an. 719.*

Lud. Neap. Regis obitus Ludouico Neapolitano Rege Ioannæ coniuge vita functo, ne quid illa in ipſius Regni, aut Sedis Apoſtolicæ detrimentum moliretur; neue Federicus Rex Trinacriæ Ann. Chri. 1362.

à Pe-

à Petro Aragonio ſocero adiutus, aut alius quiſpiam exterorum, aut Regni Procerum vim illi, aut Regno inferre conarentur, Innocentius Guillelmum Abbatem Maſſilienſem, qui rebus proſpiceret, Neapolim legauit.

Sur. 12 Iul. Volater. l. 21. Trith. Chrō. Vill. l. 10. Maſſon. & al. in Vrbano.

Floruit hoc tempore ſanctimoniæ laude Brigita Suecorum Regiæ decus, *cuius res geſtas fusè Auctor hoc loco refert*.

Innocentij PP. obitus.

Eodem anno pridie Idus Septembris Innocentius Pontifex vitæ diem clauſit extremum. Pontificatus anno decimo: viginti qui tum aderant Cardinales Auenione Comitijs habitis ſecum ipſi diffidentes Pontificatum Guillelmo, quem diximus, Legatum Apoſtolicum apud Neapolim agenti detulerunt. Auenionem porrò, ne ab Italis Romæ ſubſiſtere cogeretur, occultis nuncijs reuocatum Vrbanum hoc nomine quintum appellarunt. Extat Franciſci Petrarchæ ad eum epiſtola illius electionem miraculo adſcribentis. Saluberrimas ſtatim leges ſanxiſſe fertur, eam in primis ne facinoroſi homines, quod in more tum erat poſitum, in Cardinalium ædes tutum in poſterum confugium haberent. hoc ipſum noſtrorum Patrum memoria vſu, iterum receptū cum eſſet, Sixtus V.

Vrbanus. V.

Aſyla tollit.

prudenter cauit, atque huiuſmodi aſyla maxima cum iuſtitiæ laude ſuſtulit.

Diſſidium inter Car. Imp. & Ludo. Vn. Regẽ. Exortæ inter Carolum Auguſtum, & Ludouicum Pannoniæ Regem (cui Caſimirus Rex Poloniæ ſeſe adiunxerat) inimicitiæ Vrbani opera ita compoſitæ ſunt, vt affinitate quoque pax firmata ſit, Eliſabetha Caſimiri Nepte quartis iam nuptijs Auguſto tradita, tertiam etenim vxorem Annam, ex qua Venceslaum ſuſceperat, haud ita pridem amiſerat. *Ann. Chri. 1363. Cromer. de reb. Polon. l. 1.* *Item inter alios Principes.* Haud diſpari euentu Pontifex inter eundem Auguſtum, ac Ioannem Morauiæ Marchionem fratrem, interque Ludouicum Regem Pannonium, atque Auſtriæ Ducem Rodulfum pacis conciliatorem egit. Sed & Caſtellæ, atque Aragoniæ Reges in bellum iterum ruentes vtcunque pacauit.

Per idem tempus Ioanna Neapolis Regina viduitatis pertæſa, cũ ad matrimonium cum Philippo Turonum Duce tum à Pontifice, tum à Rege Galliæ vrgeretur, Iacobum Regem Balearium expetijt, ea tamen lege, vt ne dotale Regnum ante Pontificis aſſenſum reciperet, neue illius titulum vſurparet.

Turcæ in Europam tranſeunt. Amurates Orchane genitus Turcarum Princeps auxilio à Ioanne Au-

Auguſto vocatus, ac Genuenſium nauibus in Europam cum ſexaginta armatorum millibus delatus, fide Turcica opem tulit, quippe Augusti filio obſide accepto, Auguſtũ ipſum ſtipendiarium fecit, magnaque inde Thraciæ parte potitus Adrianopolim Imperij ſedem trãſtulit. Orientali Auguſto ita vt diximus in diſcrimen adducto Vrbanus Pontifex vt opem ferret, ſacrum bellum ex more indixit, à Petro quoque Cypri Rege, qui per eos forte dies Auenione ipſum cõuenerat, eam in ſententiam adductus. Sacræ expeditioni, vt Carolus Cæſar nomen daret adduci nequijt, quod diceret ſuis eam deceſſoribus male ſemper ceſſiſſe. Ioannes Galliæ Rex decreto aduerſus Infideles bello, in Angliam anteà tranſmittere conſtituit, vt de obſidibus datis, & de pacis interim ſecuritate, dum Regno abeſſet, tranſigeret.

Imperatorẽ tributariũ faciũt

Sacrũ bellũ.

Ann. Chri. 1364. Spem Italis Vrbanus fecerat Apoſtolicam Sedem in Vrbem referendi. Eam ob cauſam Senatus, Populuſque, ac Romanus Clerus, Legatos ad eum Auenionem miſit rogatum, vt quæ mente conceperat, opere aliquando tandem perficeret, ac infœlicem viduatæ ſponſæ condicionem miſeraretur.

Ioānis Gall. Reg. obitus. Vix dum in Angliam Rex Gallus peruenerat, præpoſtero inuiſendi filios, quos obſides reliquerat, deſiderio illuc delatus, cum lethali correptus morbo extinctus eſt v. Id. Aprilis, relatum cadauer eſt in Galliam iij. Non. Maij, nec ita multo poſt Carolus Delfinus filiorum natu maximus Rhemorum Antiſtite operante ſacro vnguine delibutus, ac Diademate ornatus eſt. *Carolus filius ſuccedit.*

Petrus Caſtellæ Rex deponitur. Petrum Caſtellæ Regem in ſubditos ſibi populos, in primis verò in ſacratos Deo viros debacchantem Vrbanus Pontifex hæreſeos quoque damnatum gradu mouerat, atque Henricum fratrem licet illegitimum natalibus antea reſtitutum Regem dixerat, Hunc Galliæ Rex Carolus auxilils iuuandum ſuſcepit. erat tum apud Galliam prædonum colluuies maxima. Hi ad Hiſpanici belli ſtipendia vocati à Carolo certatim ſub ſigna dum confluunt, vt erant ſceleribus aſſueti, Pontificem Auenione obſeſſum libertatem multo auro redimere coegerunt. quo factum vt ille adeundi Vrbem conſilium maturare in animum induxerit. Id cum Carolus perſenſiſſet, quos potuit eiſdem laqueos iniecit. *P. Aemil. l. 9. Maſſon. l. 4* *Pontifex à prædonibus obſeſſus.*

Inter hæc Petrus quoque Arago-

niæ

Marian. l. 17. Surit. l. 3.

niæ Rex eius Prouinciæ Sacerdotia, eorumque fructus inuaſerat. re ad Pontificem delata, ab eoque ad ſacrum Senatum relata; cenſuere Patres, inuaſorem Regem anathemati ſubijciendum, Corſicæque, ac Sardiniæ Regnis Rom. Eccleſiæ fiduciarijs mulctandum. quibus ille territus Petrum patruum ætate, ac D. Franciſci, quod profitebatur, ſacro Inſtituto venerandum, cumq; eo Gaſparem Treguram iuris vtriuſque ſcientiſſimum Auenionem ad Pontificem legauit. hi à bellorum turbinibus, ac Regni cladibus exorſi, Regem inuitum, & coactum, & nonniſi conſultis antea doctioribus viris ad ea ſubſidiorum remedia deſcendiſſe affirmarunt. eo in rerum ſtatu, cum aræ, ac foci hoſtium furori ſubijcerentur, licere non vectigalia modo ſacra, ſed aurum quoque, ac argentum ex ſanctioribus adytis auferre, cum ſacri æquè, ac profani Ordines Reipublicæ tuendæ cauſa ſe ſuaque impendere teneantur. cum præſertim Eccleſijs cautum ſit, vti in certum tempus ablata reponantur: paratum Regem non hæc modo præſtare, ſed abunde omnia ex Pontificis nutu perficere. ea porrò cum Rex opere præſtitiſſet, & diuinam iram, & Pontificias diras auertit.

La-

Laboratum hoc anno in Italia, eſt ſæuiſſima locuſtarum peſte ab Oriente Occcidentē verſus migrātium, quarum numero, ac copia ſolum obductum, ſolem obtenebratum ferunr. *Boſſ. hiſt. Medio.*

Pax inter Pōtificem & Barnabā viceco mitem Compoſita hoc eodem anno pax eſt inter Pontificem, ac Barnabam Vicecomitem his ſub legibus, vti Barnabas Vicarij Imperialis titulo, ac munere in poſterum abſtineret. Neminem fœderatorum, Eccleſiæ Principū laceſſeret. Guelfam apud ſe factionem ne opprimeret, ſed ex æquo ſubditis ſibi populis imperaret: extructis Bouonienſi in agro caſtris excederet: pro eis Pontifex certam auri ſummam perſolueret: Anathemate Barnabam, ac ſocios exſolueret: ſacra illius Vrbibus, ac ſociorum reſtitueret. His firmatis Pontifex Antonium Bentiuolum Bononiæ, Guidonem Polentanum Rauennæ: Danielem Carrectium reliquæ Aemiliæ Rectores dedit. *Boſſ. ibid. Cor. p. 3. Rub. hiſt. Rau. l. 6.*

Antonius Bentiuolus Bononia Rector.

Obſeſſus iterum à prædonibus Pontifex magna iterum vi auri redimere libertatem cogitur. Sunt qui tradant trecenta eum florenorum millia perſoluiſſe. præſentem itaque vim numinis ſentiens, & grauiora in dies metuens, de referenda in Romanam Vrbem Apo- *Ann. Chri. 1365.*

ſtolica

ſtolica Sede ſeriò cæpit cogitare, iniectaſque a Gallis, alijſq; pluribus moras abrumpere decreuit.

Reſtituendo in auitum Regnum Petro Rege Caſtellæ Eduardus Anglus exercitum comparauerat, ad illius ſtipendia pecunia deſtitutus, exactionibus Aquitanos vexauit. hi Ioannem Armeniacum, & Carolum Petragoricum Duces nacti, Anglorum iugum excutere, Gallorum opem exquirere non dubitarunt. Horum Rex Carolus paternę ceſſionis immemor, ac ſi Anglus ipſius beneficiarius adhuc eſſet, diē illi Pariſijs dixit. at ille adfuturum ſe haud grauatè dixit, ſed cum quinquaginta armatorum millibus. Funeſtum bellum vt auerteret Pontifex vtrique Regi author fuit, vt cauſæ cognitorem, ac diſceptatorem Auguſtum agnoſcerent; ni iudicio illius acquieſcerent, ſacroſanctæ poteſtatis fulmine feriendos ſe ſcirent. Noua hæc potentiſſimorum Regum diſſidia Chriſtianæ Reip. hoc maximè tempore malè ceſſerunt, quo Rex Cyprius Alexandria nobiliſſima Aegypti Vrbe potitus, tueri eam abſque Occidentalibus ſubſidijs nequibat. Sanè qui eum ex Latinis ſequuti ea in expugnatione fuerant, vt potè non pietate, ſed cupiditate moti, Vrbe incenſa

Petra epiſt ſenil.l. P.Aemil. in Car. Polid l. 19. Vaſſin. in Eduar.

Alexā dria à Rege Cypri capta.

cenſa, ac direpta, opimiſque inde ſpolijs abreptis abeuntes pium Regem voti impotem, auari voti compotes ipſi, fecere.

Bononia à ciuilibus pariter, ac externis bellis quietem nacta vetera hoc tempore ornamenta recepit, ipſius in primis Academia Pontificis, atque Auguſti certatim ſtudio, ac liberalitate ſtipendijs, ac priuilegijs aucta.

Bombardæ inuentum. Ad hæc tempora quidam referunt Bombardæ inuentum, aut veriùs portentum, Bertoldo Nigro Theutone authore, quem Franciſcanæ familiæ alumnum fuiſſe quidam tradunt, licet alij nec nomen, nec ſtatum memoriæ proditum affirment.

Carolus Imp. Auenione. Carolus interim Auguſtus conciliandis Carolo, atque Eduardo Regibus in Galliam profectus eſt, Pariſijs porrò aliquandiù moratus, Auenionem perrexit, quo & fœderatorum Italiæ Principum Legati conuenere Pontifici ſimul, ac Cæſari profectionem in Italiam ſuaſuri, vt Barnabæ tyrannidem, ſi fas, compeſcerent, tum Anglorum copias, quæ Ioanne Aucuto Duce infeſtam eam habebant, delerent, aut pellerent. commodum hoc ipſo tempore Franciſcus Petrarcha prolixiores ad Vrbanum litteras ve- Ann. Chri. 1366.

netijs

netijs dedit eandem illi profectio-
nem maxima cum eloquentiæ lau-
de conculcans. huiuſmodi monita
propenſum ex ſe Vrbani animum *Vrba-*
perpulere, vt decreta in ſequentem *nus Ro*
annum profectione, & Venetis *mam*
de comparandis ſibi triremibus, & *adire*
Aegydio Cardinali Legato de re- *ſtatuit*
parandis interim Vaticanis ædibus,
eiſdemque, ac Viterbienſi Arce
ſuppellectile inſtruendis perſcrip-
ſerit.

Ann. Triremium aduentu, quæ ad præ- *Vrba-*
Chri. ſcriptum adfuere, Auenionenſis *nus A-*
1367. ciuitas, ac ſi hoſtium direptura Vr- *uenio-*
Petra. bem Claſſis aduenisset, clamoribus, *ne di-*
l. 17. ac eiulatu maximo impleta eſt. *ſcedit.*
ſenil. Aulici quoque, ac purpurati Sena-
Bizar. tus Patres lacrimas non continue-
& Fo- re. his nequaquam permotus Pon-
lict. tifex Auenione ſoluens Maſſiliam
hiſt. Maio ineunte delatus eſt, indeque
Gen. ad x. Kal. Iunij Genuam perrexit.
pridie Nonarum Iunij Cornetum
appellenti Aegydius Card. Legatus
obuiam factus currus aliquot rece-
ptarum vrbium clauibus onuſtos
præ ſe agens, gratum Pontifici ſpe-
ctaculum exhibuit, indeque illum
Viterbium deduxit. Præſto ibidem *Viter-*
erant Auguſti, atque Vngariæ Re- *bij ſub*
gis, Ioannæ quoque Reginæ, ac *ſiſtit.*
aliorum Principum Rerumque pu-
blicarum Legati, tum ex ipſis Italiæ

Dy-

Dynaſtis Nicolaus Ateſtinus, cum Vgone, ac Alberto fratribus. Franciſcus Carrarius, Ludouicus, ac Nicolaus Gonzagæ, ac Romani Oratores. Hos Pontifex apud cœnobium Minoritarum coactos aduerſus Barnabam Vicecomitem, ac reliquos Eccleſiæ hoſtes fœdere ſibi nequaquam abnuentes deuinxit pridie Kal. Auguſti. exacto nondũ menſe diem Viterbij extremum obijt Aegidius Cardinalis Vir belli ac pacis artibus clarus, qui Pontificiam ditionem, tyrannide eiecta, fœliciter aſſeruit, iterque Romanis Pontificibus, vt Romam veterem Sac. Imperij Sedem repeterent aperuit. cineres Aſſiſij temporario tum quidem tumulo in D. Franciſci Templo conditi, Toletum poſtea ex ipſius voto relati, quodq; Pontifex noxarum veniam funus proſequentibus, ac cadauer deducentibus, ac feretrum ſubeuntibus indulſiſſet, Toletum vſque certatim populus occurrentibus piorum humeris delati ſunt. Bis Pontifex Romam veluti ouans inijt maxima omnium Ordinum gratulatione exceptus, ſtatimque ad ciues pacandos, ac Baſilicas inſtaurandas, atq; ornandas animum aduertit. In primis verò Apoſtolorum Principum capita ingentis precij loculis argen-

Aegydius Card. obitus

Mariã l. 17. c. 7.

Pontifex Romam init.

gen-

genteis clauſa apud Lateranum condidit.

Antequam Viterbio recederet Pontifex Ioanne Columbino Seneſi poſtulante inſtitutum ab eo Religioſorum hominum ſacrum Ordinem, quem Ieſuatorum appellant, confirmauit. poſtque haud diù ſuperſtes Ioannes miraculis poſt mortem editis anteactæ vitæ gloriam illuſtrauit.

Ioannes Columbinus. Ieſuatorum ordo.

Boſſ. hiſt. Rhod. l. 3.

Acceſſit tum Romam Paulus Conſtantinopolitanus Patriarcha ab Ioanne Paleologo vnà cum alijs Oratoribus ad Vrbem miſſus illius Eccleſiæ cum Romana tantoperè concupitæ vnionis negocio, ſi fas, conficiendo, tum auxilijs aduerſus Turcas hoſtes infeſtiſſimos impetrandis; abundè omnia præſtiturum ſe Vrbanus pollicitus eſt, & primo quoque tempore auxilia ſubmiſſurum: abeuntibus Legatis litteras non ad Auguſtum modo, ſed ad Helenam quoque Auguſtam, Andronicum, Manuelem, ac Michaelem filios, Cantacùzenum ex Auguſto Monachum, ac alios nonnullos illius Aulæ Proceres dedit. Porro illud ſcitu dignum inter alia, quę Pontifex Auguſtis munera ferenda miſit, tres cereos orbiculos, quos Agnus Dei vocamus, fuiſſe; tũ octaſtichon addidiſſe, quod ſic habet.

Lib. 1. Cerē. ſect. 7.

Bal-

Balſamus, & munda cera cum chriſmatis vnda
Conficiunt Agnum, quod munus dò tibi magnnm,
Fonte velut natum per myſtica ſanctificatum
Fulgura deſurſum depellit, & omne malignum:
Peccatum frangit, vt Chriſti ſanguis, & angit;
Prægnans ſeruatur, ſimul & partus liberatur
Dona ferens dignis, virtutem deſtruit ignis:
Portatus mundè de fluctibus eripit vnda.

Verſiculos hos pro ea ætate rudiores Gulielmus Eſtius Canonicus Louanienſis elegantiores dedit hunc in modum.

Quale ſit & qua vi venerabile polleat Agni
ταυροφ ορου ſignum carmine diſce breui.
Punica cera ſubeſt, mixtumque Opobalſamon vnda
Chriſmaque Pontificis cuncta ſacrata prece.
Pellitur hoc ſigno tentatio Dæmonis atri,
Et pietas animi ſurgit abitque tepor.
Hoc aconita fugat, ſubitaque pericula mortis

Hoc

Hoc & ab inſidijs vindice tutus eris.
Fulmina ne feriant, ne ſaua tonitura lædant.
Ne mala tempeſtas obruat iſtud habe.
Vndarum diſcrimen idem propulſat, & ignis,
Illaque ne noceat vis inimica, valet.
Hoc facilem partum tribuente puerpera fœtum
Incolumem mundo proferet, atque Deo.
Vnde, rogas, vni tam magna potentia ſigno?
Ex Agni meritis, haud aliundè, fluit.

Ann. Chri: 1368. *Blond. dec. 2. l. 10.*

Carolus Imp. Italiam petit. Ioanna Regina, et Petrus Rex Cypri Romæ.

Sequentis anni vere ineunte Carolus quoque Aug. ex condicto Italiam petijt; quo tempore, & Ioanna Regina Romam venit, exceptaque ab Vrbano eſt ad Baſilicæ Vaticanæ gradus, atque ad Aram vſque deducta, donata inſuper aurea roſa, quam ex veteri Eccleſiæ more Pontifices ſacrare ſolent. adfuit hoc ipſo tempore Petrus Rex Cyprius donatus, & ipſe aureo Enſe ab eodem Pontifice ſacris operante inaugurato. Hæc inter Carolus Aemiliæ, atque Etruriæ Vrbes adibat. at verò Pontifex propior vt illi fieret, tum vt vrbanos æſtus vitaret,

taret, Viterbium, dein Faliſcos petijt. Viterbij ſanè vitæ periculum adijt tumultu à Ioannis Præfecti aſſeclis excitato. Saluti fuit Arcis confugium, tum Nicolai Vrſini, ac Nicolai Farneſij, quæ præſto fuerunt copiæ, quæ fuit cauſa, vt Faliſcos adiret, & de Viterbio ſolo æquando cogitaret. Auguſto poſtmodum, & ipſo apud Faliſcos recepto, de Italia pacanda, deque alijs plnribus ad ſacrum æquè, ac politicum rerum ſtatum pertinentibus actum, æſtate porro exacta Romam properatum. Eam dum iniret Pontifex, Carolus Aug. pedes ipſe Pontificij equi frænum manu prehendit, & ad Vaticanam vſque Baſilicam deduxit, vbi & deſilienti ſtapedam tenuit venerabundus.

Pontificis, & Imperatoris cõgreſſus.

Imperatoris in Põt. obſequium

Item Imperatoris Orientalis.

Haud abſimi'e obſequij genus Ioãnes quoque Paleologus Græcorum Auguſtus ſequenti anno Vrbano Viterbio reuertenti præſtitit, cum Romam ipſe ante Pontificem acceſſiſſet, fideique profeſſionem coram præmiſſis ea de cauſa Cardinalibus emiſiſſet, ac vetus ſchiſma ſolemni ritu abiuraſſet. Ann. Chri. 1369.

Receſſerat in Germaniam Carolus domeſticis, externiſque motibus reuocatus, quod nec Boemos quietos experiretur, & Caſimirus

Po-

Poloniæ, ac Ludouicus Vngariæ Reges in ipſum coniuraſſent, etiam Morauiam inuaſiſſent, quo factum vt Pontifex Vicecomitum armis, atque inſidijs expoſitus, tum Peruſinorum defectione, atque audacia, qui eum armis laceſſere non dubitauerant, permotus, iam tum de reditu in Galliam cogitare cœperit.

Petri Caſtella Regis exitus. Hoc item anno Petrus Caſtellæ Rex Deo illius ſcelera vlciſcente, Henrici fratris dextera occubuit. Toletum Henricus obſidebat, Vrbem obſidione vt ſolueret Petrus auxilio vocatis Barbaris, præſto fuit. obuiam proceſſit Henricus, commiſſo prælio Petrus in vicinum oppidum compulſus eſt, ex eo fuga euadere dum conatur, in fratrem ipſum incidit, cum quo diutius colluctatus, vulneribus demum confectus cecidit, eo maiori cum angore animi, ac doloris acerbitate, quod moriens Regnum relinquere ſe hoſti cerneret. *Henricus frater ſuccedit.*

Ann. Chri. 1370. Elapſo, à Caroli Aug. ex Italia receſſu anno, Ioannes quoque Græcorum Cæſar ſpe plenus exceſſit; nec ita multo poſt Vrbanus Pôtifex longiotis apud Italos moræ pertæſus, quod res vrbanæ, totiuſque Eccleſiaſticæ ditionis parùm ex animi ſententia cederent, con- *Ioannis Paleologi ex Italia diſceſſus. Pontifex Aſcen-*

ſcen-

uenio-nẽ re-dit. ſcenſis ad Cornetanum littus Triremibus Neapoli ſubmiſſis, Auenionem reuerſus eſt, relatę in Italiam Romanę Sedis decus alteri relinquens. Ferunt B. Brigidam tum Romę agentem diuinitus monitam Pontifici per Confeſſarium edixiſſe, ſi Romam deſereret, fore vt ſtatim Auenioni redditus moreretur. porro haud vanam fuiſſe prędictionem euentus docuit, quippe Vrbanus Auenione vix receptus lethali correptus morbo, ſub anni exitum extinctus eſt. illud ſcitu periucundum, difficiliq; ex morbo cum decumberet, Peruſini ad eum Oratores venere, admiſſi haud ſecius, ſed tamen moniti, ne prolixiori oratione tędio ſic laborantem afficerent. qui primas ea in legatione partes agebat, quam ex itinere memorię mandauerat prolixam admodum narrationem, effutire omnem voluit, nulla morbi ratione habita. Ea Pontifex moleſtè, vt par erat affectus, parum ſeſe Oratoribus ęquum prębebat. tum ex Legatis alter, homo callidus, quique Collegę ineptiam, Pontificis moleſtiam probè intellexerat, ni noſtrę, inquit, Pater ſancte, petitioni annuis in mandatis habeo totam quanta eſt Collegę mei orationem tibi ex integro vt recitem. facetè dicto Pon-

Gabel. in reuel. B. Brigida.

Morbo corri-pitur.

Legatos Peruſinos audit.

Papyr. Maſſ. in Vrb.

Facetum legati dictum.

Pōtifex oblectatus, oratoribus omnia ex voto indulſit. à legatorum ſtatim diſceſſu pius Pontifex felicem animam Deo reddidit tanta cum ſanctimoniæ fama, vt non ita multos poſt annos Carolus Rex alijque Principes, atque Epiſcopi de eo in ſanctorum numerum referendo apud Clementem pſeudo Pontificem, quem tamen ipſi legitimum extimarent, impensè egerint, rebus ab eo præclarè geſtis, ſanctiſſimèque inſtituto vitæ genere, ſupplici libello *ab Authore huc allato*, vigintiquatuor capitibus comprehenſis. Nouendialibus Vrbano ritè peractis, comitijs habendis Conclaue ſacrum ingreſſi Patres ſequenti die, hoc eſt iij. Kal. Ianuarij Petrum Diaconum Cardinalem Guillelmo Comite Belfortio, ac Ioanna Clementis Sexti ſorore genitum ætatis annum quadrageſimum nōdum agente Summum Pontificem renunciarunt, quem Gregorium hoc nomine xj. appellarunt. Hunc Clemens Auunculus adoleſcentem inter purpuratos Patres adlectùm, Peruſiam miſerat Baldo eximio tum legum Profeſſore litteris imbuendum, apud quem in quouis doctrinæ genere ita profecit, vt idem Baldus in rebus dubijs dilucidandis eius ingenio plerunq. vſus dicatur.

Moritur.

De eo inter ſāctos referēdo agitur.

Gregorius xj.

Baldus eius Præceptor.

Caſimiri Polonia Regis obitus Obijt hoc ipſo tempore Caſimirus Poloniæ Rex vir pace, quàm bello clarior, qua tamen vſque adeò præſtitit, vt Magni nomen adeptus ſit.

S. Catharina Senenſis. *Hoc loco Author Catharinæ Virginis Senenſis mentione iniecta res illius geſtas ex Nicolai Burgheſij commentario fusè refert.*

Ad viij. Idus Ianuarij Gregorius Pontifex adſtantibus xix. Cardinalibus, atque Epiſcopis compluribus Cleroque, ac populo Auenionenſi diademate Pontificio ornatus eſt. poſt quæ Chriſtianis Principibus de ſua electione edoctis eorum diſſidijs componendis operam opemque omnem impendit. Ann. Chri. 1371.

Hoc tempore Angli Galliam ex inſtituto infeſtam habebant, iniurias Galli vtcunque propulſabant. *Eduardi Angl. Re. Ryrannis.* tùm verò Eduardus Rex haud inſolenter à Clero æquè, ac populo quinquaginta marcharum millia in belli ſumptus poſtulauit, atq; adeo extorſit. ipſius quoque conniuentia factum, vt hoc ipſo tempore dira totius Catholicæ Religionis lues Ioannes Vviclefus peſtifero *Ioãnes Vviclefus.* veluti afflatu Angliæ Regnum latè infecerit. Hunc Vvegornienſis Epiſcopatus repulſam tranſuerſum egiſſe ferunt; tum quod Rom. Pontificis ſententia Collegij cuiuſdam Oxo-

Oxonienſis Præfectura excidiſſet, odio in eum vehementius exarſiſſe.

Hærebat adhuc Romæ B. Brigida, hæc diuino iterum monitu Gregorium de reuocanda Pontificia in Vrbem Sede interpellauit. peregrinationem exinde Hieroſolymam inſtituit, Romamque iterum ſe recepit. *S. Brigida.*

Ann. Chri. 1372. Barnabas interim vicecomes turbandis rebus intētus Nicolaum Ateſtinum, Romanæ Eccleſiæ Beneficiarium bello petijt, ac prælio licet non incruento ſuperauit. Quo tempore Gregorius nouo ex decreto eidem Nicolao Ferrarienſem Vrbem fiduciario Iure contulit cenſu annuo florenorum auri decem millium imperato. oppida quoque alia] eodem Iure tribuit Ioanni Aucuto Anglorum Duci, quo illum à vicecomitum ſtipendijs abduceret. *Ferraria Eccleſiæ feudū.*

Hoc tempore apud Hiſpaniam quidam Raymundi Lulli, de quo alibi meminimus, errores veluti poſtliminio reuocarunt. *de his porrò Authorem fusè hîc diſſerentem conſule.* *Raymundi Lulli errores.*

Bellum quoque ibidem exortum eſt ob interceptas à Luſitanis Cantabricas naues mercibus onuſtas. Eam ob cauſam Henricus Caſtellæ

Rex in Luſitaniam irruit, ferroque, ac flammæ omnia ſubiecit.

Inter hæc Turcæ nullo obſiſtente Epiro, ac Macedonia maiori ex parte potiti, Ioanni Aug. extrema omnia minitabantur, Is igitur Ioannem Laſcarum ad Gregorium Pontificem, ac reliquos Chriſtianos Principes legauit, qui ſuas, ac totius Orientalis Imperij calamitates exponeret. his Pontifex mirum in modum permotus iunctis cum Pānoniæ Rege, ac Ioanna Regina viribus, Venetis quoque, ac Genuenſibus, tum Rhodijs militibus adſcitis inſtructam ſatis claſſem, Paleologo ſubmiſit, piam interim militiam apud alia quoque Chriſtiani Orbis Regna per Apoſtolicos concionatores indicens. Conuentum quoque veteres apud Thebas cogi imperauit, cui Ioannes ipſe Paleologus, Rex Pannoniæ Ludouicus, Petrus Iunior Rex Cypri, qui & Perinus dictus eſt, Rhodiorum militum Oratores, Andreas Contarenus Dux Venetus, Cataluſius Genuenſis interfuere; alijque Orientis Reguli; Venetorum tamen, ac Genuenſium noua ex veteribus diſſidia huiuſmodi conatus irritos fecere. Inaugurationi Perini Regis peragendæ vtriuſque Gentis Baiuli, quos vocant, aderant. Orta eſt

Ann. Chri. 1373.

Sacrũ bellum in Turcas.

Boſſ. hiſt. Rhod. l. 3.

Venetorum ac Genuenſiũ diſſidia.

Biza. hiſt. Gen.

contentio dignitatis, quis eorum dexterum Regis latus tegeret. Venetus anticipatione, aliaue vſus arte Genuenſem excluſit. Hic poſtridie iniuriam vlturus Regiam cum ſuis ingredi, arma veſtibus tegere conſtituit. id cum Veneti perſenſiſſent, Regem, quaſi inſidæ in eum tenderentur, ea de re monent. Regiam ingreſſi Genuenſes, excuſſiq; ac armati inuenti, non ij tantum qui Regiam ingreſſi fuerant, e feneſtris præcipites acti, ſed per Inſulam quoque negociatores vniuerſi nec opinantes intercepti, ceſique ſunt. Rei nuncio Genuam perlato, parata eſt ſtatim claſſis, ac Cyprũ deducta; deſcenſione autem ad Famaguſtam facta, ea per Reginæ Eleonoræ deditionem potiti ſunt, deque, iniuriæ authoribus pænas ſumpſerunt, Iacobum Perini Patruum duoſque liberos Genuam abduxerunt. Sed nec Perino Regi pax data, licet quadraginta aureorum millia ſpopondiſſet. Poſt hæc bellum in Venetos ſuſceptum: quod mutuis cladibus peractum eſt. *Genuẽſiũ cædes.*

Bello inter Caſtellæ, ac Luſitaniæ Reges adhuc vigente, Ille Olyſſiponem delatus ſuburbia diripuit, ac incendit, claſſem inſuper, quæ in portu erat, diiecit, prædaque inde *Bellũ inter Caſtella, ac Luſitaniæ Reges.*

onuſtus receſſit. Guidonis tamen Cardinalis Portuenſis opera effectum eſt, vt non pax modo inter Reges, ſed etiam affinitas conciliaretur. eiuſdem porro Guidonis dexteritate inter eumdem Caſtellæ Regem, atque Aragonium iterum diſſicentes compoſita pax eſt.

S. Andreas Corſinus.

Obijt hoc anno ſanctimoniæ, ac miraculorum fama celebris Andreas Corſinus Florenrinus inſtituto Carmelitanus, Epiſcopus Feſulanus, quem haud ita pridem Vrbanus VIII. Pont. adhuc ſuperſtes ſanctorum numero ſolemni ritu adſcripſit. *rem geſtam, & ab vſque Pauli V. Pontificis tempore inchoatam fusè Author hic refert, quem require.*

S. Brigida obitus.

Eodem hoc anno Romæ ad ſuperos migrauit eximiæ ſanctitatis fœmina Brigida Sueciæ Regina, cuius res geſtas, ex canonizationis diplomate à Bonifacio olim IX. edito apud authorem hic habes.

Anglorum in Galliã excurſio.

Angli hoc tempore ex inſtituto Galliam adorti igni, ac ferro populati eam ſunt. cœterum excurſionibus pluſquàm par erat progreſſi, cõmeatibus interclusi, ac fame enecati ex triginta amplius millibus vix ad ſex millia in Angliam reuerſi ſunt.

Hæc dum apud Galliam aguntur,

tur, Italia à Vicecomitum armis non quieſcebat. eos tamen Bononienſem agrum populantes, ac Mutinam obſidentes, hinc Legatus Apoſtolicus, hinc fœderati Italiæ Principes inſigni clade affecerunt. itaque Vercellenſes, eorumque exemplo Nouarienſes, Alexandrini, atque Aſtenſes illorum excuſſo iugo Pontifici ſeſe, aut Cæſari tradidere. *Viceco mites victi.*

Pax demum inter Ioannam Reginam, ac Federicum Aragonium Trinacriæ Regem hoc anno conſtitit certis ſub legibus, *quæ* tum ex Regijs tum ex Pontificijs *litteris ab Authore hic recenſentur.* *Pax inter Ioãnã Reginam, & Fedeticũ.*

Ioanne Paleologo à Turcarum armis Latinorum opem iterum implorante, Gregorius Pontifex Legatos ad eum miſit, qui & concupitam vnionem curarent, & de Barbaris coercendis in medium conſulerent.

Blond. dec. 2. l. 10. Boni- neont. Anna. Quo tempore Florentini ſupplicio de Pratenſibus ſumpto, quod occulta colloquia cum Apoſtolico Legato habuiſſe, ac defectionis agitaſſe conſilia dicerentur, Anathemati ab eodem Legato ſubiecti ſunt. quamobrem mirum in modum exacerbati memorabile facinus edidere; vexilla etenim complura, quibus aureis litteris inſcrip- *Florentinorũ facinus.*

tum erat LIBERTAS per cohortium Duces circa Pontificias Vrbes miſere, populos ad defectionem à Pontifice inuitantes. immane dictu quàm facilè omnes libertatis mentio, ac dulcedo permouerit, initio à Tifernatibus facto, quorum exemplo Vmbriæ, ac Tuſciæ Vrbes reliquæ, Piceni tum, atque Aemiliæ certatim à Pontifice defecere. quod D. Brigida haud obſcurè antea prædixerat. cœterum huiuſmodi motus, Deo ita moderante, in publicum bonum vertit. Gregorius Pontifex ratus ea mala ex Pontificis abſentia orta, eiuſdem præſentia diſcuti haud ægrè poſſe referendæ in Italiam Sedis conſilium inijt. Qua de re Carolum Auguſtum, Regeſque alios certiores reddit; tùm qui Pontificias apud Vaticanum ædes inſtruerent, præmiſit, atque ab Venetis, ac Neapolis, Trinacriæque Regibus triremes poſtulauit. omnem interim mouit lapidem, vt Florentinos à nefarijs conſilijs reuocaret Nuncijs ad eos miſſis, ac litteris ſemel, atque iterum non ſine facinoris exprobratione datis.

Pontificiarũ Vrbiũ defectio.

Pontifex Romam cogitat.

Ann. Chri. 1375.

Res hoc tempore accidiſſe fertur ſcitu non iniucunda. Antiſtites quidam Minoritarum Ordini parũ æqui de eo, ſi fas, delendo conſilium inierant; quam in rem, & Conciliabulum

Inſigne miraculũ

bulum coegerant. erat ea ipſa in Vrbe templum, in cuius feneſtris ex vitro pictæ imagines viſebantur D. Pauli, qui enſem; D. Franciſci, qui Crucem manu teneret. noctu Aedituus viſus ſibi eſt Apoſtolum hæc dicentem audire; *quid agis Franciſce? Ecquid tuam familiam non tueris?* cui ille. *quid faciam? nihil præter hanc Crucem habeo, & hac quidem patientia me admonet.* tum Apoſtolum ſuum illi gladium offerre. Simul ac illuxit Aedituus Templum iniit, ac feneſtras intuitus cognouit eas imagines inſignia inter ſe commutaſſe, & Pauli quidem Crucem, Franciſci autem cruẽtum gladium tenere, quæ dum tacitus miraretur, increbuit rumor, ex Epiſcopis illum, qui conſpirationis Author fuerat, abſciſſo capite repertum. tum Aedituus oſtentum prodere non dubitauit, reique teſtes imagines omnibus oſtentare.

Auth. vita. S. Anton. p. 3. t. 23 c. 14. Erat hoc tempore Piſis Diua Virgo Catarina Senenſis, vbi mira quadam ratione Chriſti Domini ſtigmata excepiſſe dicitur. *S. Catharina Senenſis ſtigmata.*

Ann. Chri. 1376. Carolus Imp. qui Vinceslaum filium ſeſquiannum non amplius natum Boemiæ ſecum Regem dixerat, adultiorem iam Romanorũ quoque Regno inaugurandum curauit, ea de cauſa, quod ratione

alia res non ſuccederet, centum aureorum millibus Electorum cuique perſolutis, eorum ſuffragia mercatus dicitur, Gregorij ea de re aſſenſu antea impetrato, ea tamen lege, vt nouus Cæſar Sacramentum ex more diceret, Romanamque Eccleſiam, eiuſque iura, ac priuilegia, tutaturum ſe Diplomate ſuper hoc edito ſponderet. quod quidem perſanctè præſtitit, & duplici quidem Diplomate, *quorum exempla apud Authorem hic habes.*

Florẽtinorũ facinora. Hoc ipſo tempore Florentini, ac ſi parum egiſſent ſexaginta ferè Vrbibus à Pontifice per defectionem abductis, Guilelmum Card. Legatum Bononia expulerunt, Nicolaũ Cartuſianum Pontificis Nuncium ignitis forcipibus laniatum, ſpirantem adhuc ſub furcis, humarunt: Hæreticæ prauitatis quæſitoris domum exuſſerunt, Petri Corſini Cardinalis ipſorum ciuis bona publicarunt: Sacerdotem ad retegendam cuiuſdam confeſſionem per tormenta adegerunt, quem ſacerdos per vim detexerat ſuſpendio necarunt. Narnienſem Epiſcopum alterum Sedis Apoſtolicæ Nuncium pædore carceris diutius vexarunt. Plebiſcita plurima aduerſus Rom. Eccleſiam ediderunt: Eccleſiarum redditus fiſco addixerunt. huiuſmodi *Leon. Aret. Bonin. contr Pogg.*

modi tamen facinora excuſare apud Pontificem non erubuerunt legatis ad eum miſſis Donato Barbadoro, & Alexandro Antilla. Quam autem non ex vero perorauerint, aut crimina diluerint, ex eo conſtat, quod Florentiæ Magiſtratus Pontifex diris deuouerit, ciuibus porro vniuerſis ſacris interdixerit, poteſtate omnibus facta in Florentinos, eorumque bona vbique gentium violentas manus inijciendi quo factum vt eum populus aduerſus Magiſtratus tumultuaretur hi demum inanimũ induxerint veniam à Põtifice ſuppliciter implorare. huic rei perficiendæ opportunam exiſtimarunt Catharinam Virginem ſanctimoniæ, ac ſupra ſexũ prudentiæ fama celebrem. Eam itaq; Piſis euocatam exemplo nouo Auenionem haudquaquam abnuentem legarunt. Sperabat Sancta Virgo, vna eademque opera permoturam ſe Gregorium Pontificem ad veniam Florentinæ Reipublicæ impertiendam, & Sedem Apoſtolicam Romam referendam. & ſanè fœliciter vtrumque pro ea qua, diuinitus edocta pollebat, eloquentia præſtitit. audita eſt in Purpuratorum Patrum conſeſſu. admiratione omnibus defixis, & de Florentinis quidem Pontifex probe ſe

S. Anton. 3. p t. 22. c. 1. & tit. 23 c. 14.

Catharina Senenſis fama. Legatione ad Pontificẽ fungitur.

intelligere, teſtatus eſt pacem eos in ore, gladium in corde, atq; adeò manu præſerre, omnia tamen haud grauate ipſius Virginis arbitrio permittere, quam ſciret Romanæ Sedis exiſtimationem præ oculis habere. de profectione in Italiam magnopere optare ſe dixit, vt ipſa reuelari ſibi à Deo poſceret, an aliquod ea ex re periculum ſubeſſet: tanta erat apud Pōtificem, ſacrumque illum ſenatum illius fama ſanctitatis. Ea porrò interpellaſſe Deum ſe poſt Sacram Euchariſtiam deſumptam reſpondit, didiciſſeq; diſcrimen nullum ſubeſſe. ferunt Gregorium, & ſanctæ Virginis monitu, & Romanorum precibus, & Baldi olim Præceptoris litteris ſatis permotum, Epiſcopi cuiuſdam libero, acrique dicto, profectionem in Italiam maturaſſe. Increpitus is à Gregorio, ecquid tandiù Auenione ſubſiſteret, & à ſua ipſe Eccleſia abeſſet? Et tu, inquit, Pater Sancte, quid tuæ curam abijcis? mea cauſa haud abſimilis à tua eſt. Auenione receptam Catharinam ſorori ſuæ Pontifex commendauerat: Hæc, cum ſemel Virgo à percepta ſacra Euchariſtia ex more in ecſtaſim rapta eſſet, præſens ipſa iuuenculam conſanguineam ad ſpectaculū̃ vocauit. illa rei adhuc ambigua, ſimulato

Epiſcopi liberum in Pontificem dictum.

S. Catharina ecſtaſis.

mulato pedum oſculo, eos ſemel, atque iterum acu perpugit. ſic rem certius exploratura; vbi ne tum quidem motum, aut ſenſum vllum Virginem edere perſpexit, ſtupore & ipſa affecta Catharinam deinceps impenſius venerata eſt, & Deum ſanctius reuerita. Tres interim inſignes præſules inquirendi in Catharinæ mores percupidi à Pontifice venia impetrata, eam adiuerunt; & aſperius compellatam, ecquid auſu temerario legationis ſibi munus arrogaſſet, quæſiuerunt. tum mirari ſe Florentinorum fatuitatem dixerunt, qui viris prudentia, ac rerum vſu, eloquentiaque inſtructis deſtituti, nonniſi mulierculam, quam ad Pontificem maximum legarent, habuiſſent. adhæc quæſtiones difficillimas de ſacroſanctis fidei myſterijs ingeſſerunt. quibus omnibus cum diuino ſpiritu illuſtrata Virgo ea, qua par erat, modeſtia, ac ſapientia reſpondiſſet, Deum in illa perſpicuè præſules agnouerunt.

Raym. in vit. l. 3. c. 19.

Periculum de eadem à Præſulibus factum.

Decreta iam profectione Pontifex Catharinam præmiſit, quæ Florentinos, ac reliquos refractarios ad pacem adigeret. tum Autumno ineunte Septembris Idibus Auenione ipſe ſoluit: ſub anni exitum in Romanum littus delatus, ad xvij.

Ann. Chri. 1377.

Pontifex Auenione diſcedit.

la-

Ianuarij diem ſequentis anni per *Romã inijt.* Tyberis alueum Romam ingreſſus eſt, Magiſtratibus omnibus, ac promiſcuè populo, & Clero obuiam effuſis. Moratus Romæ quatuor vix menſes Anagniam ſeceſſit, vbi & *Anagniam ſecedit* Rom. populum cum Franciſco Vicano Præfecto diſſidentem pacauit, & Venceslai Cæſaris Oratores, quorum Princeps erat Amadeus Comes Sabaudiæ, benignè audijt. litteras quoque ad Oxonienſem apud Angliam Academiam dedit, quibus Ioannem Vviclefum apud eam hoc tempore debacchantem, ac peruerſa illius dogmata deteſtatus Eccleſiaſtica cenſura notauit.

Eduardi Angl. Regis obitus. Moritur hoc anno Eduardus Angliæ Rex rerum bello geſtarum gloria inclytus, & non perinde clarus domi, libidine, ac ſacrilegijs infamis. Huic Richardus ex Eduardo *Richardus ſuccedit.* filio Nepos ſucceſſit, cuius inaugurationis ritum hoc loco Author ex Valſignano deſcribit.

Eodem ferè tempore & Federicus Rex Trinacriæ deceſſit Maria *Federici Trinac. Reg obitus.* filia ſuperſtite, nulla maſcula prole relicta, proinde Regnum Petrus Aragonius exambire cœpit legatis ea de cauſa ad Gregorium miſſis, qui teſtatus, Regnum illud ad fœminas quoque tranſire, idque ex Conſtantiæ Federici Aug. matris

ſuc-

ſucceſſione exploratum eſſe, nolle ſe Mariam excludere profeſſus eſt.

Aret. *Pogg.* *Bonin- contr.* Octouiri qui ſub ſpecie tuendæ libertatis, Florentiæ tyrannidem exercebant, imperio ne exciderent, ad honeſtas pacis condiciones adigi nulla vi poterant. cæterum belli ſumptibus impares, Populi quoque tumultus veriti, inſuper Barnabæ Vicecomitis monitis, tum Catharinæ Virginis precibus permoti, manus dedere. inita pax eſt Cardinali Ambianenſe, Barnaba Vicecomite, Venetorum, Genuenſium, Florentinorum, ac aliorum Principum, & Rerumpublicarum Legatis Serazanæ conuenientibus. Inter pacis cõdiciones ea fuit, vt Pontifici octingenta florenorum millia ob damna illata perſoluerentur, quorum quadringenta millia Florentini, reliqua inductæ ab eis in fraudem Vrbes curarent.

Ann. Chri. 1378. *Maſſon.* *Plat.* *& Ciacc. in Greg.* *Bald.* *& S. Antonin.* Receptus haud ita pridem iterum Romæ Gregorius Pontifex ad vij. Kal. Aprilis apud Vaticanum ex calculi dolore extinctus eſt. humatuſque in Diaconia Sanctæ Mariæ Nouæ ad pacis Templum. Sequenti die Carolus Imp. Gregorium in fata ſequutus eſt, cum antea filium Cæſarem ad ſe accitum monuiſſet, ne per ignauiam, ac voluptatum illecebras, quod ſuſpicari coge- *Gregorij XI. obitus* *Caroli Imp. obitus.*

cogebatur, Imperium à Proauo Henrico virtute partum à ſe Patre cum laude adminiſtratum fœdaret. Eo ſublato Auguſta Coniux Eliſabetha tertium Ordinem, quem vocant, D. Franciſci amplexa eſt, eoque in Inſtituto vitæ reliquum magna cum ſanctimoniæ fama exegit. *Dubr. hiſt. Boem. Chrō. Franciſ. l. 9.*

Ordo Canonicorū Regulariū. Eodem hoc anno Gregorio adhuc ſuperſtite, nec abnuente, Canonicorum Regularium S. Saluatoris, Scopetinos vulgò appellant, nouus Ordo Senenſi in Agro à Stephano, ac Iacobo Andrea Senenſibus initium ſumpſit, breuique poſtmodum adoleuit.

Finis Libri XV.

AN-

ANNALES ECCLESIASTICI POST CARDINALEM BARONIVM

Ex probatis Authoribus, ac præcipuè ex Abrahamo Bzouio deſumpti

A LVDOVICO AVRELIO PERVSINO

In Epitomen redacti.

LIBER XV.

Ann. Chri. 1378.

Reſpondens xv. eiuſdem Auctoris Tomo.

Theo. de Nien. S. Antonin. p. 3. tit. 22. c. 2 Plat. Maſſon. Ciacc. & al.

QVod Rebeccæ olim contigit ex gemino partu, ac diſſidentibus ipſo etiam ex vtero filijs, vt eo ex partu dolores maximos perpeſſa penè interierit, hoc idem Rom. Eccleſiæ vſu veniſſe hoc anno conſtat, qui ſæculi fuit octauus, ac ſeptuageſimus, ex ſchiſmate

mate poſtea æquè noxio, ac diuturno in noui Pontificis electione conflato. Quindecim non amplius Cardinales Nouendialibus, ac deinceps Sacris Comitijs Romę interfuere, quamquam duo inſuper ſub ipſam Comitiorum ſolutionem adfuere. Ex his quatuor non amplius Itali, reliqui, vno Hiſpano excepto, Galli omnes; ex Gallis porro aliquot Lemouicenſes, alij ex Gallia reliqua erant. Et Itali quidem Italum Pontificem, ea præſertim ex cauſa, ne vrbs iterum deſereretur, Lemouicenſes præſcripto veluti iure (nam quatuor continenter ea ex Vrbe fuerant) conciuem ſuum; reliqui Lemouicenſium imperium pertæſi, vtcumque Gallum, dum non Lemouicenſem, optabant. re cognita Romani Proceres, Ciueſque reliqui, tum qui ex ſuburbanis magno numero confluxerãt. quà precibus, quà clamoribus Italum Pontificem depoſcebant. Senator ſanè, & Magiſtratus Vrbicus, ne Patribus vis aliqua contingeret, aut ne vim ipſi poſtea cauſarent, aut comminiſcerentur, pro illorum incolumitate militum numerum haud contemnendum addixerunt. Erat tum Romæ Bartholomeus Patria Neapolitanus, Archiepiſcopus Barenſis

Can-

Cancellariæ, vt vocant, Apoſtolicæ Præfectus, quique alia Auenione quoque munia cum laude obierat; hunc demum coacti Romæ Patres licet ex eorum numero nõ eſſent, Pontificem deſignarunt, deque ea re ad Venceslaum Auguſtum Regesque reliquos, tum ad quinq; qui Auenione ſubſtiterant Cardinales, literas ipſo ex Comitiorum Conclaui dederunt. quod & ipſe nouus Pontifex præſtitit, qui haud ita multo poſt ex more inauguratus Vrbani nomen aſſumpſit. Cæterũ quod moribus ipſe ſeuerior in totius Rom. Curiæ, in primis verò Cardinalium luxum inuectus fuiſſet, tum quod futurum ſe perpetuò Romæ, Auenionem numquam reuerſurum edixiſſet, Cardinales pleroſque omnes ad ſeceſſionem impulit. Hi ſub ſpecie vitandi Vrbis æſtus Anagniam primo, tum Fundos delati, noua inibi Comitia, veluti in interregno habuerunt; Ioanna Regina Vrbani Pontifici parum æqua, Fundanoque Comite Honorato Caietano tuto eos inibi futuros pollicentibus. cauſati itaque vim ſibi à Romano Populo Romanis in Comitijs illatam, Robertum Gebennenſem tit. SS. xij. Apoſtolorum Cardinalem Pſeudopontificem acclamarunt, quem Clementem

Vrbanus VI.

Cardinaliũ ab eo ſeceſſio.

Clemens Antipapa.

tem huius nominis vij. appellarunt. Ea in Eccleſię perturbatione diuiſa ſunt regũ ſtudia, Gallo, atq. Hiſpano cũ Ioanna Clementi patrocinãtibus, reliquis Vrbani cauſã potiorẽ exiſtimantibus: nihil apud ſanioris cõſilij homines Clementi, ac ſchiſmaticis Cardinalibus officiebat magis, quàm quod ijdẽ ipſi Vrbanum nõ libere modo elegiſſent, ſed electum quoq; diutius, & extra Vrbẽ, Tybure nimirũ, quo ſe Pontifex receperat, tum præſertim pluribus in Pontificijs functionibus interque inita miſſarũ ſolemnia ex ritu coluiſſent, qua re motus Baldus Peruſinus Iuriſconſ. ea tẽpeſtate facile Princeps ſẽtentiã pro Vrbano tulit. Catharina quoq; Sen. Virgo ſapiẽtię ſupra ſexũ, ac miraculorũ fama celebris epiſtolis etiã, quæ extant, ea ſuper re datis Vrb. cauſã tutata eſt. *P. Aemil. hiſt. franc. l. 9.*

Baldus Peruſinus, & Catharina Senenſis Vrbani cauſã tuẽtur.

Iuſta hoc anno peracta ſunt Pragæ maxima cũ celebritate defũcto haud ita pridem Carolo Auguſto.

Obijt hoc eodẽ tempore Petrus Ciſtercienſis eximiæ doctrinæ vir, ac pietatis, qui B. Brigittam ſequutus, peregrinationũ illius comes fuit eidemq; autem ſacris cõfeſſionibus excipiendis, calamum reuelationibus conſcribendis commodauit.

Clemens interim Cardinales ſibi addictos ad Chriſtianos vbique Prin- Ann. Chri. 1379.

Thec. Nien. l. 1. Principes legauit, tum Anglos, ſeu Britones, qui, vt alibi docuimus, in Italia merebant, ad ſua ſtipendia euocatos in Romanum agrum im- *Goliē. l. 5.* miſit, quamquam Ioannes Acutus eorum Dux præcipuus cum eorumdem Britonum parte pro *Sum. mont. l. 3.* Vrbano ſtetit, Aeliamque eidem arcem Gherardi Cardinalis prodi- *Blond dec. 2. l. x.* tione amiſſam vindicauit. At verò Vrbanus in Clementem, ac ſectatores exauctorationis, ac damnationis ſententiam dixit. commiſſo dein' inter vtriuſque milites prælio, victoria Vrbano ceſſit. quare territus Clemens, Anagnia Neapolim aufugit. tum quod illius Vrbis ciues conciui Vrbano ſtudere animaduertiſſet, Maſſiliam, atque inde Auenionem profectus eſt ad xij. Kal. Iul. quo haud ita multo poſt Iōanna quoque Regina ab Vrbano ſibi, ac Neapolitanis metuens ſe ceſſit. ad eam Auenione commorantem acceſſit Ludouicus Andegauenſis Caroli Gallorum Regis frater. Hunc Ioanna vt Carolo Dirrhachio conſanguineo in Neapolitani ſpem Regni ab Vrbano excitato, & cum Vngaricis copijs prope diem adfuturo opponeret, adoptione filium adſciuit; ac Regni hæredem appellauit, Clemente adoptionem huiuſmodi, ac ceſſionem ſuo *Clemens Anti papa Auenione. Ioāna quoq; Regina. Ludouicum Andegauen. adoptat.*

ſuo diplomate comprobante, Carolo quoque Rege pecunia, ac milite adiuuante, dirasque in Vrbanum per vniuerſum Regnum Clementis iuſſu publicari permittente. qua ex re turbæ vbique maximæ exortæ ſunt, cum multi, ſacerdotalis præſertim ordinis viri Vrbani cauſam potiorem ducereut, quamobrem vincula, exilia, atque atrocia etiam ſupplicia ſubirent. Vrbanus porro vti Eccleſiaſticam ditionem ab ingruentibus, vt metuebat, Gallis defenderet, Vicarios apud eam plures conſtituit, Agapitum Columnam apud Aemiliam, Philippum Alenconium apud Etruriã, & Vmbriam, Andream Bontempum Peruſinum (quem & Cardinalem poſtea dixit) apud Picenum, Franciſcum Prignanum conſanguineum apud Campaniam. tum Florentinos, ac Peruſinos à deceſſore diris deuotos exoluit, cumque his, ac Io. Galeacio Vicecomite fœdus percuſſit.

Vicarij ab Vrbano conſtituti

Deceſſerat Trinacriæ Rex Federicus Maria tantum filia ſuperſtite, hanc a multis dotali cum Regno expetitam Martinus Aragonius cõſanguineus eam apud Inſulam raptam, ac triremi impoſitam, eamque Barcinonem deductam coniugio ſibi copulauit Rom. Pontifice

in-

inconſulto,qua ex re multæ vtrique Genti clades contigere.

Henrici Caſtellæ Reg. obitus

Obijt hoc ipſo tempore Henricus Caſtellæ Rex veneno, vt dicitur, à Mauro quodam, qui, exilium ſimulans, receptus ab eo fuerat, propinato, cuius morte Regnum ad Ioannem filium delatum eſt. Quo tempore Vrbanum quoque Pontificem ex veneno itidem hauſto vitæ periculum adijſſe ferunt.

Ann. Chri. 1380.

Subinde Venceslaus Aug. vnà cum Vrbani Legato, ac ſplendidiſſimo Germaniæ Procerum, ac ſeptemuirorum comitatu Aquiſgranum profectus Cõuentum ibidem habuit, in quo iterum ſancitum Vrbanũ pro legitimo Petri ſucceſſore habendum. Gallia viciſſim ſtudio erga gentilem hominem Clementem, ac Regis Caroli edictis ad inſaniam vſque in Vrbanum ferebatur, quamquam Pariſiorum Academia haud diſſimulanter ipſius Vrbani cauſam agebat. non tolerauit Deus, Regem Carolum per ſchiſmatis patrocinium Eccleſiam diutius vexare. Is igitur ad XV. Kal. Octobris, non ſine veneni ſuſpicioue, diem obijt extremum, Carolo qui Regnum adeptus ſextus hoc nomine dictus eſt, ac Ludouico filijs ſuperſtitibus, quorum natu maior duodecimum vix dum annum

Caroli V. Gallor. Re. obitus Carolus VI.

num

nnm exceſſcrat. Regnum dum Carolus pubeſceret per Ludouicum Patiuum adminiſtratum eſt. Is igitur quod et Neapolitanum Regnũ ſpe fuiſſet complexus, & Gallicum tutari ab Anglis, ac domeſticis ſeditionibus opus haberet, ſacras decimas à Clemente, qui nihil ei negatum vellet, impetrauit, magna Sacerdotum indignatione, quam & creati ab eodem Clemente magno numero Cardinales augebant, quippe quorum cupiditati vnius Galliæ Regnum ſatis eſſe vix poſſet, illiuſque, opima licet, ſacerdotia, reliquis ferme Chriſtiani Orbis regionibus Vrbano parentibus. Sacerdotij cuiuſdam cauſam Pariſienſis Theologus liberè apud Regem cum egiſſet, inque exactas decimas, in mores, in tempora inuectus fuiſſet, Ludouicus Regni Adminiſtrator hominem e Gymnaſio raptum conijci in cuſtodiam iuſſit; Is tamen à confluente ſtudioſorum Iuuenum multitudine a cuſtodia eductus, Romam ad Vrbanum ſe contulit, a quo exceptus benignè, ac liberaliter ſaltus eſt, quod pro ſacra maieſtate, libertateque contumelias, ac vincula pertuliſſet. Aduenere interim Pariſios à pleriſque Chriſtianis Regibus legati. Hi Reges ſuos Procerum, ac Popu-

Legati Regnũ pro Vrbano ad Frãcos.

larium

lariumr in primis verò ſacerdotum conuentibus ritè habitis Vrbani cauſam potiorem iudicaſſe commemorabant; pètebat proinde, vti Gallia cum reliquis Regnis ſentiret, vt omnium ex voto dirum Schiſma tolleretur. reſponſum à Ludouico eſt, ipſum quoq; Francum Regem Carolum Sapientem Conuentus ſuorum habuiſſe, deq; illorum ſententia non temerè ſtatuiſſe, Vrbanum minis, terroreque Romanorum haud quaquam liberè, riteue electum, Fundana vero comitia ſanctiora Gallis videri. hoc in commune reſponſum. Hiſpano peculiariter exprobratum, eſt quod per ſummam animi leuitatem, atq; inconſtantiam à Clemente Pontifice receſſiſſet ſuaq; à Francis conſilia abiungeret, quorum in primis beneficio regnaret. Hæc Ludouicus, qui nonniſi per Clementem aſſequuturum ſe Neapolitanum Regnum ſperaret. cuius adipiſcendi gratia copias conſcribere cum decreuiſſet, Rege veluti iubente, nouum Populo vectigal indixit. Ea ex re turbæ maximæ exortæ ſunt, regijque vulgo exactores ab incondita multitudine malè mulctati. inſuper effracti carceres, emiſſiq; inde noxij. cæterum in arcem præſidio regio inſeſſam irrumpere conati,

P. Aemil, in Car. 6

Tumultus apud Galliam.

R nati,

nati, reiecti ſunt. eo demùm veſaniæ venere, vt Duce ſibi conſtituto, ac Rege per licentiam appellato, ac circumducto: eum adegerint ad nouum vectigal edicto abrogandum, ac ſubſidiorum nomen tollendum. Spè demùm veniæ ſeditioſis oſtentata, a tumultu ceſſatum eſt, at non perinde à cædibus, ſeditioſis ipſis à regijs ſatellitibus paſſim abreptis, ac in Sequanam deiectis; quod vbi animaduerſum eſt, dum ſibi quiſque timet, plebs iterum concitatur, ferroque, ac facibus per Vrbem ſæuit. huiuſmodi per populorum clades & Clemens Pontificatum ſtabilire, & Ludouicus Regnum parare inſtituerunt.

Sum. mont. l. 3. Collenut. l. 5. Böſin. dec. 3. l. 1. Theo. Niem. l. 1.

Carolus Dyrrhachij Rex Neap.

De his igitur, deque Ludouici expeditione certior Vrbanus factus, & Ioannam Regni Iure cecidiſſe pronunciauit, & Ludouicum Vngariæ Regem, & Carolum Dyrrhachij properare cum exercitu iuberet interpellauit. Rege itaque annuente Carolus Vngaricis inſtructus copijs in Italiam venit, ac vertente demum anno Romam ingreſſus eſt, vbi ab Vrbano, & Senator Vrbis, & Campaniæ, Apuliæque Rex ijſdem, quibus olim à Clemente IV. conditionibus Carolus primus renunciatus eſt.

Veneti hoc tempore cum Genuen-

Biza. l. 7. nuentibus, vt cum maxime diſſidentes in vltimum venere diſcrimen, quod tamen ipſius hoſtis temeritate diſcuſſum eſt. Petrus Auria Liguſticæ claſſis Præfectus acceptis Venetorum viribus Venetijs victor imminebat; venere ad eum Veneti Oratores ſupplices de pace pro æqua, & iniqua componenda. Petrus victoria elatus hanc vnam ſpem pacis oſtendebat, ſi ſe ſuaque permitterent Victoris arbitrio. Veneti haud quaquam conſternati, ipſaque, vt fit, ex deſperatione reſumptis viribus, hoſtes ad Clodiam ſedentes adoriuntur, & cladè maxima afficiunt; denique eò adigunt, vt quas paulò ante victis condiciones oſtenderant, accipere ipſi coacti ſint, maximum temperandæ victoriæ documentum. *Venetorum ac Genuenſiũ bellum.*

At ſuperos hoc anno migraſſe conſtat eximiam Virginem Catharinam Senenſem, *cuius res geſtas ex Raymundo Capuano fusè Author hic refert, quem require.* Hanc haud ita multo poſt ſequuta eſt Catharina altera D. Brigittæ filia, *cuius pariter res præclarè geſtas ad ſequentem annum ſpectantes Author proſequitur.* *S. Catharinæ Senenſis obitus*

Ann. Chri. 1381. Ad alterum, & octogeſimum ſæculi annum ex Cardinalibus, qui Clementi ſtudebant, eique fuerant

ſuffragati ſex formulã electionis Vrbani ediderunt, qua illlum per vim electum, impreſſione à Romano Populo in Conclaue facta, mentiebantur, eam Clemens euulgandam, & ad omnes vbique Principes mittendam curauit, viciſſim Vrbanus locupletiſſimum Baldi reſponſum, & ipſe ad Principes tranſmiſit,

Bald reſpon. ſio pro Vrbano.

Carolus interim Dyrrhachij Dux Campaniæ fines ingreſſus poſt Arces, Vrbeſque alias Neapolim ipſam regiam Vrbem in deditionem accepit. Brunuicenſem Ioannæ coniugem in pugnam egreſſum, acie victum cepit, nec ita multo poſt ſolutum vinculis abire in patriàm permiſit. Reginam, quæ haud ita pridem ex Gallia redux Arcis ſe ſe munitione continebat, in deditionem acceptam cuſtodiæ tradidit; quam ſequenti poſtmodum anno Ludouici Vngariæ regis iuſſu, quo loco ipſa Andreæ Viro gulam fregerat, ſeu quod alij tradunt puluino iniecto, ac ſpiritu hac ratione interclusо extinxerat. ſuſpendio necauit. Ea victoria Vrbani authoritas mirum in modum eſt aucta. Sed magna ſtatim rerum mutatio facta eſt Andegauenſis in Italiam aduentu, quem præter pedites innumeros ex itinere quoque

Ioãna Regina ſuſpendio necatur.

Ann. Chri. 1382.

Leon. Aret.

ſubin-

ſubinde auctos, equitum ſupra quadraginta millia duxiſſe ferunt. Carolus quo maiores hoſtium copiæ forent, eo ſe citius illas ad inopiam redacturum ratus, cunctatione vtendum ſibi eſſe duxit. Itaque nulla eis pugnandi copia facta, vbique moras inijcere, ac tedium gignere inſtituit. Hæc inter accidit ſane perincommodum, vt Ludouicus Rex Vngariæ decederet, cum antea Mariam maiorem natu filiam (nam maſcula carebat prole) in ſpem Regni Vngarici Sigiſmundo Vēceslai Cæſaris fratri deſpondiſſet. Eliſabetha Regina ſuperſtes, Viri iudicium ſequuta, Genero parabat Regnum, & Regni Proceres plerique omnes Carolum Dyrrachium optabant, atque adeò literis, ac legationibus accerſebant. his permotus Carolus Vngaricum Regnum Neapolitano præferens diſceſſum cogitabat, immemor eorum, quæ iure etiam iurando pollicitus Vrbano fuerat.

Lud. Vnga. Regis obitus

Ann. Chri. 1383. *Theo. Niem. l.* 1 *c.* 19. & *ſeq. Summont. l.*4. *Collen l.*5.

Itaque Vrbanus tum vt vulgarem luem, quæ graſſari iam Romæ experat. declinaret, tum vt Carolum à deſerendi Regni conſilio auerteret, aut ſi minùs proficeret, Regni ipſe rebus propius adeſſet, Capuam primo, dein Auerſam acceſſit, fruſtra eum Carolo ipſo, tum

Vrbanus Neapolim petit.

illius rogatu, Cardinalibus dehortantibus Auerſæ proximus obuium habuit Regem ipſum, quem ad pedis, ac dein manus oſculum admiſit, ſeque ad oſculandam eius frontem demiſit, deductuſque ab eo eſt pedite equi Pontificij frenum tenente. diuertit autem ad Epiſcopium, cum Arcem ingredi inſidias metuens abnuiſſet. poſtridie in Arcem iterum inuitatum, ac renuentem Carolus ſimulatione abiecta, abripi iuſſit, ſexque ipſos in Arce dies detinuit, donec collati Regni conditiones ſuperioribus contrarias extorqueret. Id cum Neapoli reſcitum fuiſſet, parum abfuit, quin in Regem tumultuaretur. deductus itaque ab Rege eſt Pontifex Neapolim, quò is biduo præceſſerat, vt conſilia cum ſuis communicaret. venientem iterum pedis oſculo venerabundus excepit, iterum nihilominus in Arcem nouam renuentem, ſuperumque atq; hominum fidem implorantem cõiecit. Poſt ſexdecim demum dies Procerum indignationem, populi tumultum veritus, in Principũ, ac purpurati Senatus cœtu crimen deprecatus, Pontificem dimiſit, inque Archiepiſcopales ædes abire permiſit, vbi & non ſemel eum honoris cauſa inuiſit.

Captiuus detinetus.

Dimittitur.

Ro-

Romani veriti ne Pontifex diutius Neapoli ſubſiſteret, ſedemque inibi Pontificiam figeret, vrbſque ad inteſtina diſſidia, & priſtinam veluti orbitatem rediret, legatione ad eum miſſa, enixè rogarunt, eam vt repeteret, ne ve ſe in diſcrimen grauius apud ſacrilegium, ac fallacem Regem, non ſine Apoſtolicæ Maieſtatis nota conijceret, precibus tantum non minas addidere, teſtati niſi annuat, ſe vel alium ei Pontificem ſuffecturos, vel Clementem Pſeudo Pontificem euocaturos. *à Romanis reuocatur.*

Bellum interim atrox inter Anglos Vrbano ſtudentes, Galloſque in Clementis verba veluti adactos exortum eſt; cæterum huiuſmodi tempeſtas in Belgas, qui bifariam diſtracti hos, atque illos receperant, excuſſa eſt. *Bellũ inter Anglos & frãcos.*

Chriſtianis apud Europam Regibus ita vt diximus, decertantibus Turcæ apud Aſiam proferendi Imperij fines liberam poteſtatem habebant. Itaque hoc tempore Armeniæ Regem eò adegerunt, vt profugus Vrbanum primo, tum Galliæ, Angliæque Reges adiret. hos vt merè diffidentes inuenit, ita in eiſdem in rem ſuam conciliandis omnem operam, opemque contulit, nec abnuit Anglus, cuius rei

gratia legatos quoque in Galliam miſit. cæterum Clementis ambitione factum (qui Armenum Regem ab Vrbani obſequio auertere fruſtra tentauerat) ne pacis negocio aures Rex Gallus præberet.

Eremitorum Sancti Hieronymi nouus ordo. Petrus Fernandus Caſtellæ Regis (cui tum paternis, tum proprijs meritis percarus erat) aula haud ita pridem relicta inſtitutum olim à D. Hieronymo apud Bethleem ſacrum ſodalitium, excitare aggreſſus, eiuſdem conſilij ſocijs aſſumptis hoc anno Romam profectus eſt, eamque vitæ formulam probandam Vrbano obtulit, quo haud ægrè impetrato in Hiſpaniam redijt. Porro huiuſmodi facer ordo breui deinde tum hominum, tum domiciliorum acceſſione apud idē Regnum, ac deinceps Luſitanum auctus eſt.

Ann. Chri. 1384. Theo. Niem. l. 1. c. 33. & ſeqq. Summont. l. 4. Collē l. 5. Perrexerat in Apuliam Ludouicus Andegauenſis exercitu mirum in modum imminuto. itaque nouum apud Galliam militem conſcribere coactus eſt. conſcripta autem, Clemente in primis adnitente, equitum millia propemodum quindecim, quibus ex itinere diſſidendis, ac ſi fas delendis, Florentinis, Piſanis, Lucenſibus, Peruſinis Senenſibus alijſque fœderatis mādatum ab Vrbano datum eſt tum

apud

apud Neapolim ſacra aduerſus Ludouicum militia indicta, ipſe autem Ludouicus, quique eum tutarentur, anathemate perculſi. Cæterum ea erat Caroli, ac Reginæ coniugis tyrannis, vt plus iam ab illis, quàm à Ludouico timendum Vrbano videretur. Is igitur Carolum auerſatus, vt curas, quibus angebatur, leniret, Nuceriam, quæ ſub Butilli ex fratre nepotis poteſtate erat, receſſit; vbi tamen cõmeatibus Tyranni iuſſu penè intercluſus in maximas difficultates coniectus eſt, conſpiratione quoque nefariorum hominum, quæ à Thoma Vrſino Cardinali detecta eſt, in vitæ diſcrimen adductus. *Caroli Regis tyrannis.*

Ad vj. Idus Octobris Ludouicus apud Apuliam obijt inglorius, Gallis reliquis magna ex parte bello, ac alijs, quæ bello inſunt, calamitatibus abſumptis. *Ludouici Andegauenſis obitus.* Ann. Chri. 1385.

Detecta vt diximus in Pontificem conſpiratione Nuceriam ipſe maturè interim euaſerat; quodque inibi conuentum ſe acturum edixiſſet, ſequuti eum ſunt conſpiratores ipſi, licet ſibi male conſcij, in quibus Cardinales aliquot erant. Hos ille (e Cardinalibus ſex fuiſſe memorant) ipſo in Purpuratorum Patrum Senatu confidentes per Butillum nepotem Capuanũ Prin- *Conſpiratio in Vrbanũ.* *Cardinales carceri addicit.* *Theo. Niem. l.1.c. 44. & ſeqq. Foliet. l.9 Ciacc. & alij in Vrb*

cipem comprehenſos cuſtodiæ tradidit, quæſtionibus dein admotos fateri crimen coëgit. Senatu iterum coacto Carolum Regem, ac coniugem diris ſolemni ritu deuotos Regno exuit, Neapolim ſacris interdixit. Rex tum exercitu comparato, Nuceriam obſidione cinxit, quæ ad menſes propemodum octo protracta eſt, ac demum Raymundi Vrſini Nolani Principis, ac Thomæ Sanſeuerini aduentu ſoluta eſt. Eo in diſcrimine verſantem Vrbanum tutati ſunt Genuenſes, eorumque Dux Antoniottus Adornus, qui triremibus decem ad proximum Nuceriæ littus admotis, eum excepit, ac panormum, flexoque dein curſu Genuam deduxit ad ix. kal. Octobris, quo & captiui Cardinales auecti ſunt, quorum ſtudioſi nocte intempeſta, impetu in ædes Pontificias facto, parum abfuit quin Vrbanum comprehenderent, aut interficerent.

Carolũ Regẽ excõmunicat.

Nuceria obſidetur

Genuã proficiſcitur.

Vitæ periculũ adit.

Rex interim Carolus noua ab Vngaris legatione interpellatus pridie nonas Septembris, è Barletano littore malo ſuo fato in Pannoniam ſoluit, Reginæ vxori Regni adminiſtratione credita, ab infauſta expeditione incaſſum ab ea deterritus, cui tamen filium Ladiſlaũ, quem ſecum ducere conſtituerat, ſola-

ſolatio reliquit. Caroli profectione apud Vngariam audita, placuit Reginæ ſocrui eorumque ſtudioſis Sigiſmundum ex Boemia accire, ac Regalibus nuptijs admouere, ne quis ad eas poſtmodum obex interuerteret. Cæterum Rex ſponſus ante Caroli aduentum, cuius factioni imparem ſe eſſe cerueret, in Boemiam relicta coniuge, ad Venceslaum fratrem receſſit. Reginæ Carolum aduentantem per Legatos placare adortæ, interrogãt hoſtis ne, an Patruelis accederet, fratre ſe accedere dicenti obuiam Regio in curru procedunt, ac Budam deducunt. Multa hinc inde verba data, multæ ſignificationes mutuæ caritatis animos in perniciem mutuam intentos celabant. Carolus veniſſe ſe, vt eas periculis, quibus ob ſexus imbecillitatem ſuberant, tum vt Procerum ſimultates, denique vt Regni ſtatum componeret, affirmabat. quamobrem nec Arcem, nec Regiam ſubire voluit, ſed priuatas ædes incolere. vbi nihilominus concurſus ad eum Procerum multus fieri eſt cæptus. populi exinde voces paſſim auditæ, muliebrem dominatum auerſantes. Carolus fauore omnium elatus, haud vltra cunctandum ratus, Conuentum apud Ar-

cem ad certam diem indicit, conuenere Antiſtites, ac principes fret quentiſſimi, nec mora, populo etiã extra Arcem acclamante, Carolus Rex renunciatus eſt, nouaque ad eum coronendum apud Albam comitia indictæ, quo & mulieres accitæ, quarum ſqualor, ac lacrymæ omnes, qui aderant, permouere, vt parum lætis auſpicijs, & ſingularibus verius, quàm plauſibus ea celebritas peracta ſit.

Carolus Vngaria Rex creatur.

Vertente anno apud Angliam Ioannes Vvicleſus ipſo die D. Thomæ Cantauſienſis ſacro apoplexiæ morbo correptus, oreque ex ea fœdum in modum obtorto, poſt biduum ad D. Silueſtri ſacram diem interijt, *cuius deliria hoc loco Author iterum perſequitur*.

Vuicleſi obitus.

Eodem ferè tempore Ioannes Caſtellæ Rex acie à Luſitanis victus vladem maximam accepit. rei memòriam Luſitana gens annus non ex Chriſtiana diſciplina ſacris, ſed profanis orgijs, ac Bacchanalibus, non ſine deuictorum olim hoſtium contumelia inſtaurat. Nec ita multo poſt Rex ipſe Luſitanus victor deceſſit; Regnum ad Ioannem filium licet illegitimum, totius Regni ſuffragijs Vrbano quoque aſſentiente; delatum eſt.

Ioannes Rex Luſitaniæ.

Barnabas Vicecomes effœta iam æta-

P. Iou. in elog. Corius p. 3. Gaſp. Bugat. l. 4. ætate Senex tyrannicè imperandi finem nullum faciebat. ſæuitiæ atq. auaritiæ exempla notiora ſunt, quã vt pluribus referri à nobis debeant. numeroſam vt prolem ex priſtino familiæ ſplendore aleret, coacervandæ pecuniæ artes ſubinde nouas excogitabat. nulla tamen eam ditandi, quam ex Io. Galeacij ex fratre nepotis deiectione maior ſpes ſuberat. inſidias igitur in eum ſtruere aggreſſus eſt. At vero is, re comperta occupare facinus inſtituit. exoſum vulgo hominem per ſatellites duobus cum filijs comprehenſum cuſtodiæ tradidit, tum, vt populo rem gratam faceret, regia refertas Gaza Patrui, ac Patruelium ædes prædæ expoſuit, nec quiſquam ex ciuibus repertus eſt, quin opem ferret, aut facinus improbaret, cum amici æquè, ac inimici in opulentiſſimas domus auidè graſſarentur; cum præſertim parili licentia in Quæſtores etiam, ac Publicanos ex Tyranni nundinationibus ditatos, ac proinde omnibus inuiſos ſæuitum ſit. Arx quoque ipſa, attonitis cuſtodibus, paucas intra horas dedita, ex qua ſeptem plauſtra pretioſæ ſuppellectilis vaſiſque aureis, atque argenteis onuſta, ſignati autem auri ſeptingenta millia educta perhibẽtur. Se-

Barnabæ Vicecomitis infortunium.

ptem

ptem porro intra menſes veneno vt creditum, extinctus eſt, non ſine præteritorum ſcelerum deteſtatione, ac pœnitentia, Sacris verò Chriſtianis rite procuratis.

Caroli Vng. Regis cædes. Peracta inaugurationis pompa Carolus cum maximè ſe tutum arbitraretur, Nicolai Palatini opera mulieribus addictiſſimi, Blaſij Forgacrij dextra acinace diffiſſo biſariam capite extinctus eſt. Qui Regem ſectati fuerant Itali dilapſi omnes, quod amicorum nullus adeſſet, Populi autem in eum ſtudia deferbuiſſent, incolumitatem in lucro ponentes, clam noctu abiere. At non hic tragicæ actionis finis. Reginæ, ac facinoris adminiſtri, nullius inſidias (Carolo ſublato) pertimeſcentes, nonniſi aulicis ſtipati Diacum verſus dum iter faciunt, ecce tibi Ioannes Croatiæ Præfectus, qui Carolum ſectatus fuerat, tumultuaria coacta manu eos adoritur, primoque ſtatim conatu Blaſium, ac Palatinum, alioſq. nonnullos obſiſtere nequicquam auſos trucidat. impetu mox in Reginarum currum facto, eas inde per crines tractas deturbat. Et mater quidem fluuio, qui prope erat non ſine ſceleris exprobratione, merſa eſt; filia quod culpæ expers viſa ſit, malo Tyranni fato ſeruata eſt. Ann. Chri. 1386. *Bõſindec. 3. l. 2.* *Caroli interfectorũ cædes.*

eſt. Rex interim Sigiſmundus certior de Caroli nece coniugis, ac ſocrus literis factus earum tamen infortunio nondum cognito, dotale in Regnum regreſſus eſt, quo cognito Ioannes Mariam cuſtodia eductam, iniuriam ab ea deprecatus, Budam remiſit. Regi poſtmodum inaugurando comitia ex more Albæ indicta, atque ad ſacrum diem Pentecoſtes celebrata. nec ita multo poſt ſupplicium de Ioanne ſumptum, qui reuinctis ad terga manibus candenti ferro diſcerptus, quadripartito denique diſſectus eſt. alij quoque non pauci, qui aut Carolum euocaſſent, aut ſectati eum fuiſſent, mitiori licet ſupplicio affecti ſunt. *Sigiſmundi coronatio.*

Cromir. l. 14. Micc. l.4. Erat Mariæ ſoror natu minor Heduuiges, Hanc, quod Ludouicus Pater Poloniæ quoque Regnum adeptus fuiſſet, Poloni Reginam ſibi adſciuerant, hoc vero tempore Ladislao Iagelloni Lituaniæ Duci ad Regnum vocato matrimonio iunxerunt ea condicione, vt cum gente is vniuerſa Chriſtianis ſacris initiaretur, quod maximo cum totius Regni, ac Rei Chriſtianæ bono per actum eſt.

Florebat hoc tempore militari gloria, ſuſceptique aduerſus refractarios Vrbani Pontificis patroci-

Buldrinus Panicalēſis. nij laude inclytus Buldrinus (eſt autem Panicale Agri Peruſini oppidū non longè à Thraſymeno diſſitum) cuius militiæ primordia, ac decora operæ precium erit recenſere, quod præſertim geſta illius quædam Sfortiæ ex illius d ſciplina magno item Duci, falſo tribuantur. Is igitur Panicali, vt diximus, obſcuro loco, patre agricola natus, cum terrã ex more foderet, à prætereuntibus militibus interrogatus, ecquid id ætatis de virium infœlici miniſterio addictus militiam potius non ſectaretur? *Ego vero*, inquit, *faciam ſi ligo iſte in viſus hanc in arborem à me iactatus ad me non redierit.* hæſit arbori ligo: res militum plauſu excepta eſt; Buldrinus actutum milites ſequutus, breui Ordinum Ductor, denique Imperator factus eſt, quo in munere eam apud exteros famam, apud ſuos gratiam, ac beneuolentiam inijt, vt, quod nemini antea contigit, eo vita functo; cum qui eum æquarent milites non haberent, cadauer probe conditum circumducere inſtituerint, cui & Prætorium, & ſatellites, & tibicines, & reliquus imperatorius apparatus præſto erat. tum quid tentandum, gerendumque ex eo quaſi viuente per ſortes, iactiſque aleis mos erat

fœli-

fœlici, vt plurimum euentu.

Sub idem fere tempus Sfortia, quem diximus, ac Brachius egregij poſtmodum bello Duces primis militiæ rudimentis imbuebantur apud Agidarios fratres Albericum, ac Ioannem, hos tum adoleſcentes eodem ſub tecto, eadem menſa charitas, atque amicitia coniunxit, quos deinde virus æmulatio diſtraxit, ac factionum Principes Italia vix cepit. *Sfortia, ac Brachius*

Caroli exitum Regina coniux regnique admiuiſtratrix diutius texerat, corradendæ interim pecuniæ quaſi iuuando apud Vngariam viro, intenta, res denique in lucem prodijt, & ſolemniter Vrbani iuſſu, quod ſub anathemate deceſſiſſet exhumato, turbæ inde maximæ exortæ ſunt, alijs Vrbanum ipſum pro Rege optantibus, ac Neapolim euocantibus, alijs Ladislao Caroli decenni filio paternum Regnum deferentibus. horum factio cum potior fuiſſet, Ladislaus Puer Rex a populo appellatus eſt, proque eo Legatus ad Vrbanum miſſus, vti Regnum condicionibus, quas ipſe ſtatuiſſet, integrum illi eſſe fineret, neue Patrem inſepultum diutius eſſe permitteret. haud difficilem ſe ſe ille oſtendit, acturumque ſeſe liberalius, quam pro paternis meri- *Carolus ob excommunicatione exhumatus.* *Ladiſlaus Rex Neap.*

tis

tis cum filio innoxio teſtatus eſt.

Lud. II. Andegauenſis Ac verò interim Otho Brunſuicenſis Ioannæ olim coniux Aueniouē delatus cognominem Ludouici Andegauenſis filium ad Regnum Patri olim delatum repetendum ſollicitare inſtituit, Clementem quoque ad ſuum ea in re calculum addendum haud ægre impulit. Præmiſit in Ottonem Principem Tarentinū *Neapolim occupat.* cum ſelecta Gallorum manu, qui Regia ipſa Vrbe Neapoli, quà ciuibus terrore affectis, qua blanditijs delinitis facili negotio potitus eſt. *Theo. Niem. l. 1. c. 62. & ſeqq.*

Vrbanus Cardinales ſupplicio afficit. Genuam profectus Vrbanus Pōtifex ſex Cardinales cuſtodiæ antea traditos vinctos vna ſecum adduxerat, ex his Anglum genere, Richardo expetente, exauctoratum dimiſit. reliquos Maieſtatis reos actos, crimenque faſſos ex totius Senatus ſententia capite damnatos ſupplicio affecit, quæ res, quod à Sacerdotali manſuetudine aliena viſa eſſet, tyrannicæ ſæuitiæ notam apud multos eidem peperit. Sunt qui tradant fracta ipſo in carcere gula enectos, alij inſutos culleis in *Genua diſcedit.* mare merſos. Poſt hæc Pontifex Genua diſceſſit, poſt annuam eoque amplius ibidem moram, ac *Lucā adit.* Lucam profectus eſt, ſoluto ante diſceſſum, quo Genuenſibus obſtrictus *Rob. Feliet. l. 9.*

ctus erat, ære alieno, Cornetoque oppido repignerato.

Ann. Chri. 1387. Clemens PſeudoPontifex probe intelligens, quantum ponderis Ludouici Iunioris a ſe Regis appellati in Italia profectioni ad Vrbanum euertendum ineſſet, ſollicitare illum ad maturandam profectionem inſtituit. tum quod Venceſlai Cæſaris authoritate, atque exemplo Reges reliquos Vrbano addictos animaduerteret, Regi Gallo author fuit, vti eum muneribus, & pacis publicæ ſpe facta in Galliam pelliceret; neque abnuit Venceſlaus, quare ſchiſmati, ſi fas, tollendo, Rhemos acceſſit. Conuentu inibi Gallorum, ac Germanorum Procerum, qui Cæſarem ſequuti fuerant, ipſiuſque Caroli, ac Cæſaris celebrato, viſum eſt omnibus pleniori rem concilio permittere vtroque Pontifice aſſentiente. Sponſione itaque à Carolo pro Clemente facta, quod reliquum erat, Vrbani aſſenſum elicere per Legatos ſtatuunt. At is iure ſe haud dubio niti dixit, ſuamque canonicam electionem in dubium vocari nolle, aut gradu aliqua ratione decedere. quæ res cauſam illius apud multos deteriorem fecit. Luca interim Peruſiam acceſſit. Quo tempore Carolus Nauarræus, prodigioſæ,

Venceſlaus in Galliã

Vrbanus Peruſia

Caro-

li Na. narr. Reg. exitus inſuetus. ſæ, vt ferunt: libidinis pœnas dedit, quippe ætate iam effœta ad eam excitandam linteo ardenti, quam vocant, aqua perfuſo inſutus, cum, qui inſuerat, candelam filo exurendo admouiſſet, concepta flamma ambuſtus eſt. *Mariā l.18. c.xi. Paul. Aemi. in Car c.1.* *Carolus filius ſuccedit.* Eiuſdem cum Patre nominis hæres Regnum à Schiſmatis patrocinio exorſus eſt Pſeudo Pontificis ſectator factus. *Gagu. l.9.*

Petri Aragoniæ Regi obitus. Quatriduo poſt Nauarreum Aragonius ſeptuagenario maior deceſſit, cui Ioannes filius ſucceſſor datus eſt. & ipſe Regnum à ſchiſmate auſpicatus.

Ladiſlai Pol. Regis laus. Ladiſlaus Poloniæ Rex Chriſtianæ fidei amplificandæ intentus præclara ſibi ad immortalitatem merita hoc tempore comparabat quod enim in pactis eſſet, vt Lituanos Ethnicos ad Chriſti fidem perduceret, id eo cum Heduuige coniuge profectus ita præſtitit, vt non modo pij, ac ſolliciti Principis, ſed etiam Apoſtoli officio functus ſit.

Sequentis Anni Autumno ineunte Vrbanus Neapolim profecturus Peruſia diſceſſit. cum Romæ propior factus eſſet, diù anceps hæſit. iniretne illam, an prætermitteret, & iam Tybur deflexerat, cum diuino, vt aiunt monitu, atq. oſtento ad eam regredi coactus eſt. Porrò ea fuit *Ann. Chri. 1388. Vrbanus Romæ. Theo. Niem. l.1.c. vlt. S. An-*

Ro-

Romanorum cura, ne is vrbe recederet, ac Neapolim quo cogitabat, proficiſceretur, vt Cardinalem Reatinum olim Abbatem Caſſinenſem Vrbani hoſtem acerrimum impulerint ad vias, quæ Neapolim decernerent, obſidendas, quod ille haud impigrè præſtitit. cumque illum Vrbanus priſtinæ dignitati reſtituturum ſe ſpopondiſſet, ſi liberum ei Neapolim iter aperuiſſet, aſpernatus eſt munus, nec ſine exprobratione diuturnioris ab Vrbe abſentiæ Nuncios Pontificios remiſit.

ton. p. 3. tit. 22. c. 2 Plut. in Vrb.

Eodem ferè tẽpore Venceslaus, Legatis ad Vrbanum miſſis, ex eo petijt, liceret ſibi Romam accedere, atque Auguſtale ibidem veteri ex more Diadema recipere, tum ad iter illud ex Imperij dignitate conficiendum ſacras decimas per vniuerſam Germaniam, ac Boemiam exigere. id cum impetraſſet inaugurationis, atque adeo totius Reipublicæ cura abiecta, crapulæ, ac luxui ſe totum dedidit, ſacram pecuniam in commeſſationes impendit. qua morum corruptela, quo Regiæ probro Ioannem quoque Aragoniæ Regem hoc ipſo tẽpore notatum fuerunt.

Theo. Niem. l. 2. c. 3

Venceſlai nequitia

Surit. An. l. 10.

Item Ioãnis Aragonia Regis.

Ann. Chri. 1389.

Rex Galliæ Carolus, ac Regij fratres, totiuſque propemodum

Re-

Regni Proceres ſimul omnes Auenione PſeudoPontificem conuenere. hos ille vt demereret, beneficijs, atque honoribus maximis cumulauit, eorum aſſeclis prima quæque Sacerdotia, nec dum vacantia per expectatiuas, vt vocant, profuſè contulit. hinc maximæ proborum, ac doctorum hominum querelæ, quod ea ratione ſpe omni laborum præmia conſequendi excidiſſe ſe animaduerterent.

Vrbani Papæ obitus. Idibus Octobris Vrbanus annos natus amplius ſeptuaginta fato ceſſit, cum duodecim paulo minùs ſediſſet. Sacrum Iubileum ſequenti anno, qui ſæculi erat xc, celebrandum indixerat. feſtum quoq. Deiparæ cognatam Eliſabeth inuiſentis recoli quotannis iuſſerat, qua de re illius poſtea ſucceſſor Diploma edidit. priuatæ vitæ auſteritate huiuſmodi fuiſſe dicitur, vt Carthuſianorum mores, quantum officij paſtoralis rationes ferrent imitaretur. *Niem. Plat. Maſsē* Comitijs, quibus quatuordecim non amplius Cardinales interfuere, ſucceſſor illi datus eſt conciuis Petrus Tomacellus tit. S. Anaſtaſiæ Presb. Card. qui Bonifacius huius nominis ix. dictus eſt, vir corporis, animiq. dotibus conſpicuùs. *Bonifacius IX.* Pontificatum vixdum adeptus quatuor ex Cardinalibus Eccleſię tranſfugis

ſfugis dignitatibus ab Vrbano exutos ſupplices, ac crimen deprecantes reſtituit,

Ann. Chri. 1390. Ladislaus adoleſcens, ac Margarita illius mater omnium primi obſequium Bonifacio per Legatos præſtiterunt, qui hoc tempore Ludouici Andegauenſis factione ſuperati, inque Caietanæ Arcis angulum coniecti illius opem humillimè implorarunt, diris ſe ab Vrbano promulgatis ſolui, Caroli cineres ſepulchri honore donari poſtulantes. Annuit Põtifex, & deinceps Ladislaum omni ope tueri inſtituit. miſſus itaque ad eum eſt Angelus Acciaiolus ciuis, & Epiſcopus Florentinus S. R. E. Cardinalis, qui Caietæ ſolemni pompa ſacriſque ritibus Regem inaugurauit. Poſt hæc Regno eidem aſſerendo Aucutum, Albericum, ac Buldrinum ſummos Duces euocauit.

Iubilæum Romæ celebratur Inter hæc Romæ ſacrum Iubilæum ab Vrbano antea indictum concurſu populorum maximo celebratum eſt.

Bizar. l. 8. P. Aemil. l. 9. *Fœdus aduerſus Mauros.* Initum hoc ipſo tempore eſt ſacrum fœdus aduerſus Africanos collatis viribus à Bonifacio Pontifice, à Carolo Gallorum Rege, ac Genuenſibus, quibus & Veneti poſtmodum acceſſere diſſidiorum interim cum Genuenſibus obliti.

pu-

pugnatum eſt diutius ambiguo Marte cũ Tunetano Rege, cui denique his legibus pax data eſt. vti finibus ſuis Afri ſeſe in poſterum continerent: Littoribus Galliæ, Italiæque, marique adeo, ac Inſulis interiectis abſtinerent. centum aureorum millia perſoluerent. aliquod porro operæ pręcium feciſſent, ſi iunctis tum viribus arma in Turcas vertiſſent, quorum hoc tẽpore haud dubiè res nutabãt, Amurate ipſorum Rege Orcanis filio interempto. Paterno potitus Regno eſt Baiazetes Patre ipſo ferocior, illudque à fratrum nece auſpicatus eſt, tum finitimos Chriſtianos Principes adortus aut funditus euertit, aut ſtipendiarios fecit, terrore ad ipſum quoque Sigiſmundum Vngariæ Regem ſpectante.

Amuratis obitus Baiazetes fil. ſuccedit.

Ann. Chri. 1391.

Hoc eodem anno Bonifacius B. Brigidam regia Suecorum ſtirpe editam, qua de alibi meminimus, ſanctorum numero adſcripſit. Diplomate, *ab Authore huc allato*, ſuper hoc edito; ex quo res illius geſtæ abundè ſatis habentur. Ladislao quoque Rege poſtulante Strigonięſi Archiepiſcopo mandauit, ſi vera eſſent, quæ à teſtibus de extrema Caroli Patris non ita pridem in Vngaria cæſi pœnitentia ferebantur. Eccleſiaſtica cenſura

S. Brigidæ canonizatio.

ſolutum cadauer eius inferri in Ec-
Giral. cleſiam ſineret. dedit ea de re li-
de Fer teras iij. Non. Febr. an. ij. Quo
rar. tempore ex eiuſdem Bonifacij Di-
Princ. plomate Albertus Ateſtinus Ferra-
riæ Dynaſta bonarum artium ea
in Vrbe Gymnaſium erexit, ac red- *Gym-*
ditibus ditauit annuis. Erfurdiana *naſiū*
quoque Academia, quam Dago- *Ferra-*
bertus Rex Francorum inſtituerat, *rienſe.*
Rub. l. ab eodem Bonifacio priuilegijs hoc
7. hiſt. tempore ornata eſt; quo & Aue- *Erfro-*
Rau. nionenſis à Clemente eſt condita. *dianū.*

Florebat hoc tempore eloquen-
tiæ laude Ioannes Rauennas Pe- *Aue-*
trarchæ olim auditor, à quo, Blon- *nionen*
do, atque Aretino teſtibus, Latius in *ſe.*
Italiam ſermo, veluti poſtliminio,
reuocatus eſt, Tullij præſertim
commentarijs non paucis e tene-
bris per eum vindicatis.

Ann. Petiti bello à Ioanne Galeacio
Chri. Vicecomite Florentini haud ægrè
1392. Italiæ Dynaſtas reliquos, quibus
Cor. p. Vicecomitis potẽtia ſuſpecta erat,
3. hiſt. in ſocietatem perduxerunt. Italiæ
medio. cladem vt auerteret Bonifacius,
Blond. conciliandæ inter eos paci Legatos
dec. 2. deſtinauit Richardum Caracciolum
l. 10. S. Ioannis Hieroſolymitani, & Ray-
mundum Capuanum Sacri Ordi-
nis Prædicatorum Generales Ma-
giſtros, quorum ope Genuæ, Ador-
no quoq; Reip. illius Duce adnitẽ-

te pax coaluit, haud diu tamen duratura. qua de re conſulendus eſt Baldus huiuſmodi conſultationi adhibitus. At verò Bonifacius Romanorum iniurijs, Peruſinorum precibus permotus, qui ſeſe, ac Patriam, dum eam ſibi ſedem deligeret, dedituros receperant, Peruſiam ſe contulit.

Bonifacius Roma pulſus Peruſiam adit.

Conſ. 147. l. 2. Surit. l. 10.

Mariam, quam Federico Petri Trinacriæ Regi ſuperſtitem ab Aragonijs raptam, & Martino Ioannis Regis ex Martino item fratre nepoti deſponſatam diximus ſuperiore anno, Clemens PſeudoPontifex & legitimam Martini ſponſam, & paterni hæredem Regni dixerat, cum interim idem Regnum per quatuor Romanæ Sedis Vicarios à Bonifacio conſtitutos adminiſtraretur; horum itaque fidem poſtquam incaſſum Aragonij per Legatos tentarunt, Martinus ſenior ſponſi Pater, Regiſque frater, valida cum claſſe eam in Inſulam delatus, poſt menſtruam fermè obſidionem Panormo potitus eſt.

Phaz. dec. 2. l. 9.

Carolus Gall. Rex in phreneſim incidit.

Hæc inter Carolus Gallorum Rex in Phreneſim cum incidiſſet, regni adminiſtratione ſummotus eſt. huiuſmodi ſanè infortunium Regem, ac Regnum ſubijſſe ob Schiſmatis patrocinium nemo non credidit.

Ann. Chri. 1393. Pace inter Italiæ Dynaſtas, atq; Reſpublicas compoſita, qui pro his milites, ac Duces ſtipendia fecerant, dimiſſi coiere ſimul, raptoque viuere cum decreuiſſent, Picenum, Aemiliam, atque Etruriam infeſtas habebant, horum præcipuus Dux Biordus Michelottus Peruſinus, quem Bonifacius, vt demereret, atque à prædandi licentia deterreret, Peruſiæ, Tuderti, atque Vrbisueteris pro Rom. Eccleſia Vicarium conſtituit. cæterum ſeditione Peruſiæ maxima excitata, ac cæde Ciuium patrata, Pontifex ea relicta, Aſſiſium, atq. inde Spoletum, ac demum Romam ſe contulit.

Biordus Michelottus.

Bonifacius Romæ.

Qui Galliæ Regnum adminiſtrabant Regiæ phreneſi ſubinde vtcumque reſipiſcenti ludorum oblectamenta conquirebbnt. quo tempore bacchanalia celebrantur noctu Rex, cumque eo alij quinque ex Proceribus perſonati ædes in ſuburbio Reginæ ingreſſi choreas inibi agitantibus immixti ſunt. Leonem Rex pice oblitus, linoque in villos depexo referebat, alij alia animalia, aut Satyros, haud abſimili ex pice artificio. Regius frater Ludouicus Aurelianenſis ſtudio viſendi clarius, arreptam facem propius admouit, ex qua cum ſcintil-

Mirū de Rege Gallia.

Iula in perſonatum Regem, picatoſque illius villos incidiſſet, ipſum, ac deinceps alios vorax flamma corripuit. Ex his duo pertinaci incendio miſerabili cum queſtu, atq. vlulatu eo ipſo in loco deflagrarunt: duo alij biduo tantùm ſuperfuere, vnus in proximam cellam, in qua vini, atque aquæ erat copia, proripiens ſeſe, periculum euaſit. Rex tempeſtiuè agnitus à Biturigis fratris vxore veſte, vt caudata, fluxaque erat, inuolutus incendio exemptus eſt ſemiuſtulatus.

Aragonijs apud Siciliam, licet inſula fermè vniuerſa potitis, non vſque proſperè res cedebat ob tyrannidem vulgo exoſis, tum quod Regni titulos à Pſeudo Pontifice obtinuiſſent; itaque ſubinde alij poſt alios ab his proceres deficiebant, quos pecunia Pontifex, ac ſuppetijs iuuit. nec res interim Orientales neglexit, claſſe, in quam Galli quoque conſcenderant, ſubſidio Manueli Auguſto miſſa, qui hoc ipſo tempore Conſtantinopoli à Baiazete Turcarum Principe obſeſſus in maximum diſcrimen adductus fuerat. Rex tum Barbarus obſidionem ſoluere coactus, copias in Sigiſmundum Vngariæ Regem duxit. huic Ioannes Audacis Burgundiæ Ducis filius validis cum Gallorum,

Surit. l. 10.
Fazel. dec. 2. l. 9.

Baiazetes Cōſtātinopolim obſidet.

P. Aemil. l. 10.
Bōſin. dec. 3. l. 2.

rum, ac Belgarum copijs ſubſidio venerat. cæterum ipſius Ioannis temeritate clades maxima accepta eſt. quippe is, vt victoriæ decus ſuum faceret, priuſquam Vngari copias ſuas caſtris educerent, cum hoſte manus conſeruit, & audacia infœlix fuit: Exercitus non Gallorum modo, ſed etiam Vngarorum profligatus, Dux ipſe Ioannes captus, ac ducentorum poſt modum aureorum millibus redemptus. Sigiſmundus amiſſo exercitu cum paucis auerſa fuga Conſtantinopolim euaſit; atque inde Rhodum claſſe Veneta perrexit, tum per Ionium, ac mare ſuperum Dalmatiam attigit, eaque in Vngariam redijt. victoria Turcis nequaquam incruenta fuiſſe dicitur ſexaginta eorum millibus deſideratis.

Sigiſmundum vincit.

Cantabri Inſulas fortunatas adeunt.

Marian. l. 19. c. 1.

Sub idem tempus Cantabri inſtructa claſſe Hiſpaniam circumuecti in Inſulas, quas vocant Fortunatas, multis iam ſæculis ignotas delati ſunt; initaque cum Inſulanis pugna, Regem, ac Reginam, atque indigenas ferme CC. captiuos in Hiſpaniam abduxere.

Bonifacius abſolutū Vrbis regimen obtinet.

Ann. Chri. 1394. Receptus Romæ Bonifacius Aeliam Arcem, Capitolium, locaque alia aduerſus Populi tumultus munijt, tum Bandereſios exegit. Senatorem, ac magiſtratus reliquos conſtituit,

ſtituit, vectigalia ad ſe tranſtulit; Vrbis denique imperium abſque obice obtinuit. At verò Biordus non ſatis ducens Pontificium Peruſiæ, alijſque in Vrbibus Vicarium agere, tyrannide occupata Bonifacij fratrem Piceni Rectorem bello petere inſtituit; itaque Piceni oppida complura, ipſumque adeò Rectorem intercepit. Qua re cognita Pontifex anathemate illum ferijt, hoſtemque Eccleſiæ appellauit; Erat Peruſiæ apud ſuburbanum D. Petri Monaſterium Abbas Biordus peramicus, perque familiaris: hic gratiam ſe à Bonifacio initurum ſperans, atque adeo purpureum galerum recepturum, ſi Biordum vtcumque ſuſtuliſſet, dolo eum malo per ſicarios interemit; quare illum Ciues ad necem quæſitum cum ſicarijs proſcripſerunt, Monaſterium ipſum in eiuſdem odium diripuerunt; Bonifacius quoque hominem auerſatus eſt, pœnamque à Ciuibus conſtitutam ratam habuit.

Biordi tyrannis. *Theo. Niem. l. 2. c. 15. Ciacc. in Bonif.* *Dolo interimitur.*

Ladislaus interim copias Neapolim admouit, Vrbem ex hoſte recepturus, aut illum ad pugnam educturus. obſidionis tempore Capuam profectus veneno inibi tentatus eſt, ex quo, vix mortem cum euaſiſſet, quoad vixit poſtea bal-

Sumõ. l. 4.

balbutiit. exinde Romam profectus, de bello inſtaurando, ac Ludouico Regni finibus pellẽdo apud Bonifacium egit, à quo & xxv. aureorum millia in belli ſumptus recepit.

Theo. Niem. l. 2. c. 33. Ad xvj. Kal. Octobris obijt Auenione Clemens PſeudoPontifex vtcunque geſti Pontificatus anno xvj. Erant ex eius ſectatoribus pſeudocardinales vnus, ac viginti. Hi Regibus quantumuis obnitentibus, quod ſchiſma ſublatum vellent, idque ex noua electione radices altius agere animaduerterent, comitijs actis Petrum Lunam Hiſpanũ, ſanguine cum Aragonijs Regibus iunctum Clementi ſubſtituerunt, ac Benedictum huius nominis xiij. appellarunt. illud Regum gratiæ datum, vt pro ſe quiſque perſanctè omnes deierarent, coacti ea ſuper re, Concilij ſententia, Pontificatu deceſſuros, dum Bonifacius quoque idem præſtitiſſet. extat iuriſiurandi adhuc formula *ab Authore huc allati.* *Clemẽtis obitus.* *Benedictus ſublegitur.*

Pign. l. 5. Hoc eodem anno Bonifacius Nicolao Aceſtino Alberti haud ita pridem vita functi filio impuberi Ferrariam iure fiduciario confirmauit certis pactionibus vtrinque initis. tum ei dum pubeſceret, Tutores Reip. adminiſtrãdæ idoneos dedit. *Ferraria Rom. Eccl. feudũ.*

Carolus Rex Galliæ aduerſa in dies magis valetudine cum laboraret, diuinam vltionem agnoſcens; de Schiſmate tollendo cogitare impenſius cæpit. Legatione itaque ad Caſtellæ, atque Aragoniæ Reges inſtituta, eos etiam atq; etiam hortatus eſt ad Benedictum in ordine redigendum. abnuere ambo teſtati, ſi Carolus vrgere pergeret, aduocaturos ſe illum in Regnum quemque ſuum, atque honorifice apud ſe pro Sedis Apoſtolicæ dignitate habituros. Præpoſteri patrocinij pœnas Ioannes Aragonius actutum dedit. quippe in luporum venationem egreſſum portentoſæ magnitudinis lupam, ſiue id ſpectrũ fuerit, ita exterruit, vt morbo ſtatim correptus mortem obierit, nulla virili prole ſuperſtite. Sequuta eſt Regni turbatio. Martinus frater lege, defuncti Regis tabulis, gentis deniq. voluntate ad ſucceſſionem vocabatur. Matthęus Fuxenſis Comes Ioannis gener de Regno litem intendebat vindicare illud armis paratus. Maria pariter Ioannis Vidua, qui Rege ipſo ſuperſtite eidem inſperauerat, dominatum ambiebat, ſeque vterum geſtare ſimulabat.

Ann. Chri. 1395.

Ioan. Reg. Arag. obitus.

Hoc item anno Venceslaus Cæſar. pecuniæ vi magna accepta Io. Ga-

Io. Galeac. Dux Medio.

Galeacium Vicecomitem Ducis titulo inſigniuit.

Ann. Chri. 1396. Quidam ex Romanis ciuibus, quorum præcipuus Honoratus Caietanus Fundanus Comes, ſpecioſo libertatis nomine pronunciato, Populum in Bonifacium incitauerant, & iam vexilla vicatim diſtribuerãt. adfuit actutum Ioannes Tomacellus Bonifacij frater militari ſtipatus manu, ſedatoque tumultu ciuico ſeditioſos complures comprehenſos ſupplicio affecit, imperium fratri aſſeruit. *Tumultus Romæ in Bonifaciũ.*

Biza. l. 8. Foliet. l. 9. Genuenſes à Ioanne Galeacio vexati armis, atq. ia prædam haud dubiam deſignati, illius ſeſe vt tyrannidi eriperent, Gallorum ſubire iugum maluerunt, Patriæ imperio Carolo Regi certis legibus demandato. Hunc Italiæ quoque Dynaſtæ reliqui, Reſque publicæ in fœdus aduerſus eundem Vicecomitem veluti hoſtem publicum vocarunt. *Genuẽſes Gallis ſe ſubijciunt.*

Ann. Chri. 1397. Martinus vt delatum ſibi fratris obitu Aragoniæ Regnum capeſſeret, ex Sicilia ſoluit; ex itinere accitu Benedicti Auenionem deflexit, exceptuſque eſt maximo cum totius Vrbis plauſu, cuius dein munere Corſicæ, ac Sardiniæ Regnum fiduciario iure accepit.

Per idem tempus Theodorus

Porphyrogenitus Manuelis Auguſti frater, Turcarum armis impar Corinthum, ac Spartam, aliaſque Ditionis ſuæ Vrbes non ignobiles Rhodijs militibus vendidit, Græcorum tamen in Latinos odio factū, vt earum Vrbium ciues, Rhodijs excluſis, Turcarum ſubire iugum maluerint. *Boſſ. de reb. Rhod. l. 4.*

Gallia deficit à Benedicto Pſeudo Pōtifice. Magna interim rerum mutatio facta eſt Carolo Gallorum Rege, atque vniuerſa Gallicana Eccleſia, tum Cardinalibus, qui Benedictum ſectati fuerant, ab eo, quod ſponte cedere Pontificatu nollet, deficientibus. Seceſſionis porro eiuſmodi edicto promulgato, Gallorum copiæ Duce Buſicaudo Auenionem ingreſſæ ad arma Populum concitarunt, ac Benedictum in Arcem compulerunt. Is igitur hac de re anxius ſe, ſuaque Regibus, qui ſibi hactenus ſtuduiſſent, permiſſurum dixit, eorumque ſententiæ pariturum. Ann. Chri. 1398.

Tamerlanes Scitharū Rex. Hæc dum Auenione aguntur, Tamerlanes Scytharum Princeps orbis terror copias, quantas ante illum nemo fortaſſe habuit, ſecum trahens, poſt Perſas, aliaſque Gentes deuictas, Baiazetē victorijs aſſuetum ingenti prælio vicit, captūq. ac cauea incluſum ferrea ad ludibrium reſeruauit. ferunt captiuum aſcen-

aſcenſuro equum Victori ſubſtratum tergum præbuiſſe. Ea victoria, qua Turcarum centum fere, ac quadraginta millia ceciderunt, Tamerlanes ſubegit quicquid eſt à Tanai flumine ad Nilum. Baiazetes fortunæ impatiens (nam & vxorem traductam vidit) capite ferreis clatris alliſo, vitæ finem quæſiuit.

Pogg. l. 3. Anto. tit. 22. cap. 3. §. 26. Cor. p. 4. Inito iterum aduerſus Vicecomitem Italiæ Imperio inhiantem Italicorum Principum, ac Rerumpublicarum fœdere, cui & Veneti ſubſcripſere; is acceſſione huiuſmodi, ac conſpiratione territus, inducias ad decennium pactus eſt. *Hoc loco Author de Richardi Regis Conſtitutionibus Eccleſiaſtica immunitati aduerſantibus mentione iniecta Priſcorum Angliæ Regum pro eadem immunitate decreta plurima in medium affert, vt temporum deploret condicionem.* *Immunitas Eccleſiaſtica.*

Ann. Chri. 1399. Seculi anno nonageſimonono Bonifacius, etſi Vrbanus Prædeceſſor Sacrum Iubilæum ad vitæ Chriſti periodum reuocauerat, & trigeſimo tertio quoque anno celebrari in poſterum mandauerat, ex Bonifacij VIII. decreto ad ſequentem annum, qui ſæculi poſtremus erat indixit, totiuſque Chriſtiani Orbis Populos, noxarum veniam pollici- *Annus ſanctus indicitur.*

tus Romam acciuit.

Iudæi apud Poſnaniam Poloniæ Vrbem Chriſtianam hoſtiam à muliercula precio corrupta delatam nacti ſacrilegè conuulnerarunt. *quæ inde mira ſequuta ſint, fusè Author hic narrat ex Tretero, qui rem geſtam ex Antiquis monumentis poſteris tradidit.*

Richardi Angl. Reg. tyrannis Richardus Angliæ Rex ſæuitia, atque auaritia infamis eò tyrãnidis venit, vt ſubditos ſibi populos iureiurando ſpondere iuſſerit, quicquid ipſe imperaſſet, ſe præſtituros. adhæc albas certas chartas anulo cuiuſcunque ſignatas, ac manu ſubſcriptas à compluribus extorſit, in quibus poſtea quicquid libuiſſet inſcriberet, quo exitioſiſſimo inuento in omnium vitam, ac fortunas graſſabatur. his tamen, atque alijs exitium ſibi ipſe conflauit, quippe omnes eò deſperationis adegit, vt Procerum, ac Populi concurſu facto in ordinem redactus ſit, atq. Henricus Patruelis Rex appellatus. ferunt Richardum cuſtodiæ traditũ inedia poſtea necatum. *Regno deijcitur. Henricus IV. ſuccedit.*

Annus Iubilæi. Seculari anno Romæ Sacrum Iubilæum celebratum eſt maxima cum aduenarum frequentia. Quo tempore Venceslaus ob ſocordiam ſimul ac ſæuitiam à ſuis bis antea captus, ac cuſtodiæ traditus, bis elapſus, Ann. Chri. 1400. *Theo. Niem. l. 2. c. 5.*

Cuſp. & al. in Ven cis. Naue. gen. 47 vol. 2. Lib. 23 hiſt. Boem. Theo. Niem. l. 2. c. 27.

elapſus Septemuirorum denique, ac aliorum Procerum ſententia Bonifacio Pontifice permittente Regni faſtigio deiectus eſt. extat exauctorationis decretum *ab Authore huc allatum, qui & nequitiæ illius exempla ex Dubrauio, ac alijs recenſet.*

Tumultus Romæ in Bonifaciũ.

Eodem ferè tempore Bonifacius conſpiratione ciuium quorundam, quorum veluti Dux erat Nicolaus Columna, noctu pœne interceptus eſt. periculo tamen maturè obulam itum eſt. itaque ex nefarijs hominibus dilapſis reliquis, triginta amplius capti, ac ſupplicio affecti ſunt. res tum accidit haud quaquã reticenda, quam Theodoricus Niemenſis teſtis oculatus tradit. cum carnifex mactandis reis deeſſet, ex his vni impunitas oblata eſt, ſi carnificis munere fungi voluiſſet. Is aliquandiu anceps, optione demũ recepta, cum cæteris Patrem, ac germanum fratrem ſuſpendio necauit.

Reſcitu digna.

Richardi Regis deiectionem iniquo ferebat animo Carolus ſocer Gallorum Rex. Eius itaque impulſu Aquitani ab Henrico rebellantes Iuuenem Richardo Regi haud abſimilem militibus oſtentatum in eum eduxerunt. At ille Richardi cadauere circumducto, atque hoſtibus carptim acciſis, incruenta

de-

demum victoria potitus eſt.

Græcorũ Im. Galliã atque Angl. adit. Eodem ferè tempore Græcorum Auguſtus Pariſios acceſſit, atque inde in Angliam perrexit ſpe fretus diſſidentes inter ſe Reges conciliandi, auxiliaque in rem ſuam impetrãdi. inanem tamen laborem inſumpſiſſe ſe ſpe denique fruſtratus intellexit.

Ladiſlaus Neapoli potitur. Ludouicus Galliã repetit. At Ladiſlaus Ludouico Andegauenſi ad Raymundum Vrſinum Tarenti Principem profecto, Neapoli ciuium deditione potitus eſt; *Sum. l. 4.* Vrbemque iniјt pompa propemodum triumphali. Ludouicus Regiæ Vrbis defectione audita, cum nec Raymundum in partes ſuas trahere potuiſſet, in Galliam dolore, ac pudore ſimul confectus diſceſſit. Sequutus eum eſt haud ita multo poſt Carolus frater, qui ad Arcis nouæ cuſtodiam relictus haud modica cum Gallorum manu eam Ladislao dedidit.

Robertus Cæſar. Nouo ineunte ſæculo Robertus Bauariæ Dux Venceslao Cæſari ſuffectus, ipſo Epiphaniæ feſto die *Ann. Chri. 1401.* Coloniæ ſolemni ritu inauguratus eſt, quippe Aquiſgrani ciues Venceslao adhuc addicti, Iuliacenſium Duce Roberto infenſo, animos in primis faciente, inaugurationem ſua in Vrbe ex more peragi noluerunt, quamobrem inter perduelles

cen-

cenſiti ab eo ſunt. Subinde Bonifacio, ac Florentinis id agentibus, Italiam petijt, tum vt Ioannem Galeacium in ordinem, ſi fas, redigeret, tum vt Rom. Imperij titulos, atque inſignia Romæ ſolemni ritu reciperet. cæterum cum Vicecomite collatis ad Benacum ſignis, prælio victus recedere Tridentum cogitur. Venetias exinde petijt, vbi pecunia, ac milite à Florentinis auctus, Patauium poſtea profectus ibidem hyemauit. *Italiā petit. Vincitur à Vicecomite.*

Ludouicus Andegauenſis, quamquā Regno exceſſerat, plures haud ſecius ſui nominis ſtudioſos Neapoli, ac alibi reliquerat. Hos Ladiſlaus, quà blanditijs pellectos, quà vi ſubactos, haud ægrè ſibi obnoxios fecit. Delatum haud ita multo poſt eidem eſt Pannoniæ Regnū Sigiſmundo ſæuitiæ nomine ab Vngaris capto, ac cuſtodiæ tradito. At ille Caroli Patris fatum in memoriam reuocans, regnandi latius libidinem ſecuritati poſthabuiſſe viſus eſt. *Sigiſmundus ab Vngaris captus.*

Ann. Chri. 1402. Robertus Cæſar cum nec Bonifacium Pontificem, nec Venetos aduerſus Vicecomitem protrahere in fœdus potuiſſet, nec ſatis præſidij in Florentinis ſibi eſſe cerneret, tum belli, tum Diadematis ſuſcipiendi Romæ conſilio abiecto, trās *Robertus in Germaniā redit.*

Alpes

Alpes magnis itineribus rediit. At verò Galeacius copiis, Duce Alberico in Bononienſes miſſis, Vrbe haud ægrè potitus eſt, Florentinis nequicquam obnitentibus. captus eſt cum aliis compluribus Ioannes Bentiuolus, qui haud ita pridem Patriæ tyrannidem occupauerat, inque arcem coniectus inimicorũ concurſu, nequaquam victoris iuſſu, trucidatus ibidem eſt. Verùm, quod plerumque vſu venit, dum Ioannes Galeacius huiuſmodi acceſſione lætus Florentia, ac deinceps Italia vniuerſa potiturum ſe facili negocio ſperat, atque adeò palam iactat, Mariniani Autumno ineunte fato cedit, Principatu filiis duobus bifariam diuiſo, tertio quoque natalibus antea reſtituto oppidis nonnullis legatis. cæterum & Mediolani ſeditio maxima exorta eſt, & Cremonenſes, Laudenſes, Brixienſes, Bergomates, ac Placentini, aut libertatem conclamarunt, aut ciues ipſi ſuos ſibi Principes adſciuerunt. Ad hæc Bononia quoque, Peruſia, atque Aſſiſium Vicecomitum excuſſo iugo in Sedis Apoſtolicæ dominium, aut clientelam abiere.

Ioannes Bẽtiuolus.

Ioãnis Galeacii obitus.

Anto. p. 3. tit. 22. c. 4. Cor. p. 4.

Ioãnes Hus. Ioannes interim cognomento Hus, quæ vox anſerem apud Boemos ſonat, obſtrepere apud Regiã *Dubr. l. 28.*

Boe-

Boemiæ Vrbem cœpit. Hic dum impatientiſſimè ſeit prælatum ſibi in petitione cuiuſdam Sacerdotij Germanicæ nationis candidatum, Vvicleſi hæreſes in totius Ordinis dedecus, ac detrimentum docere inſtituit, collato ſtudio cum Hieronymo Pragenſi liberalium artium & in Gymnaſio profeſſore. quæ inde turbæ apud Boemiam, totamque adeò Catholicam Eccleſiam exortæ ſint, mox erit referendum. *Hieronymus Pragẽſis.*

Ann. Chri. 1403. Quadriennio amplius Benedictus Auenione honeſta ſub cuſtodia fuerat, cum Pratenſis Cardinalis ope, atque opera, parata infra Rhodani Pốtem ſcapha ad iv. Idus Martias fuga elapſus eſt. ac tum quidem apud proximum inde vicum ad Pontem Sorgæ ſubſtitit, mox Carpentoractum, denique Maſſiliam abijt. Quo tempore Sigiſmundus quoque Rex Vngarorũ manus, atque inſidias euaſit. quo factum, vt hi Ladislaum ad Regnũ Vngariæ capeſſendum vrgere iterum cæperint, ac pollicitationibus impellere; quibus ille illectus per ſpeciem adducendæ Ioannæ ſororis Guliemo Auſtriaco ſponſo, profectionem eam valida cum claſſe inſtituit, cui Bonifacius Angelum Acciaiolum Cardinalem Legatum adiunxit, a quo & Regni illius titulos *Benedictus cuſtodia elabitur. Sumō. l. 4. Bonfi. dec. 3. l. 2. Item Sigiſmundus. Ladiſlaus Vngariam petit.*

Regno inauguratur. tulos, atque inſignia, vbi Iaderam attigit, ſolemni ritu accepit. cæterum audito Sigiſmundi validis cum copijs in Vngariam aduentu, ac Regni Procerum conuerſis in eum ſtudijs, tum Neapolitanorum per ipſius abſentiam ſeditionibus, nullo operæ prætio facto in Italiam rediit.

Italiã repetit.

Monſtrum marinum. Hoc eodem anno marinum mõſtrum mulie bri ſpecie in Batauicum littus eiectum apud Edanum oppidum eſt captum ferunt lactarijs, ac pane diutius victitaſſe; ſonum peregrinum, ac ſuſpirioſum potius, quàm vllum articulatum ſermonem (qui vniuerſo piſcium generi negatus eſt) edidiſſe, inter fœmineos cœtus penſa etiam traxiſſe, ac Sanctæ Cruci honorem exhibuiſſe. *Meier. Annal Fland. l. 14. Aube. Mire. Chr.*

Nereides. Nereides quidem certè viſas olim in Gallico littore Auguſto Cæſari Legatus eius perſcripſit. Plinius porrò corpus ſquamis horridum, atque humanam ſpeciẽ referens Nereidibus tribuit. Idem de Tritone, deque homine marino ex Legatorum (quos ob id Vliſſiponenſes ad Tiberium miſerant) fide multa refert. Viſitur adhuc apud pagum tertio à Brila Hollandiæ oppido milliari perſimilis monſtri mulieris ſpeciem referentis cadauer ſtupea fartum materia e Tẽ-

pli

pli tholo ſuſpenſum. recenti adhuc memoria apud Hellebogium Daniæ Oppidum monſtrum Monachi ſpeciem referens expulſum in littus conſtat, cuius ſimulacrum ad Carolum V. Daniæ Rex miſit. tum eodem ferè tempore aliud Epiſcopi forma ad Sigiſmundum I. Poloniæ Regem delatum eſt. *quæ ad rei alioquin vix credibilis euidentiam dicta ſint præter ea, quæ ad annum Chriſti* CCCXLIII. *ex Baronio retulimus.* *Alia monſtra marina.*

Hoc tempore Vincentius Ferrerius vitæ ſanctimonia inclytus, quique poſtea Sanctorum numero adſcriptus eſt, facinora illuſtria apud Hiſpaniam, ac Galliam in Catholica fide propugnanda, ac hæreſibus profligandis ſacris concionibus, ac miraculis edidit. *S. Vincetius Ferrerius.*

Ann. Chri. 1404. Bonifacius multiplici correptus morbo Puteolana balnea medicorum hortatu adire ſtatuerat; id cum minus probaret Ladislaus veritus ne Pontificis aduentus rebus ſuis incommodaret, delectu habito Bonifacio perſcripſit velle ſe pro illius honorificentia, ac ſecuritate militaribus cum copijs illi comitem itineris adiungere. Is igitur ne ſuſpicacem Regem offenderet, neue Vrbem defereret, Romaniſque ciuibus ciendi turbas ſe abſente anſam

ſam

ſam præberet, cum præſertim Benedictum Genuenſium, qui ſub Gallorum imperio erant, inſtructum claſſe profectionem eam meditari intellexiſſet, Romæ ſubſiſtere, ac fatalem inibi horam expectare ſatius duxit, quæ ſane haud diu cunctata eſt. quippè cum, Autumno ineunte, Benedicti Legatos audiſſet, ac liberius proloquentes faceſſere actutum Vrbe iuſſiſſet, morbo quotidie magis ingraueſcente, ipſo die Kalendarum Octobris vitæ finem ſortitus eſt. Ab eius ſtatim obitu Nicolaus, ac Ioannes Colūnij, tum Baptiſta Sabellus, alijque nonnulli, qui Gibellinæ factionis erant, libertatis mentione iniecta populum ad arma concitarunt, inque Pontificios, quos Poncellus Vrſinus tutabatur, immiſerunt, pugnaque intra Vrbem inita, multi hinc inde ceciderunt. Nondum Roma exceſſerant Benedicti, quos diximus, Legati, quod ab arcis Hadrianæ Præfecto intercepti, ac diutius ſub cuſtodia habiti redimere ſe demum quinque aureorum millibus coacti fuiſſent. Hi Columnenſium authoritate, ac patrocinio freti ſollicitare Patres inſtituerunt, ne nouum Pontificem deſignarent, ſed Benedictum agnoſcerent, id ſi fieret multa tum priua-

Bonifacij Papa obitus

Turba Romæ.

tim

tim ipſis, tum publicæ Rei Chriſtianæ commoda obuentura. Surdis ea Patres auribus audierunt. conuenere itaque duodecim numero, qui tum erant, ac iureiurando adacti omnes de abdicando Pontificatu ab eo, qui Pontifex renunciaretur, ſi Benedictus, & ipſe vſurpato Pontificatu cederet, ſique id è Republica Chriſtiana eſſet, collatis in commune calculis Coſmum Melioratum Sulmonæ Pelignorum oppido natum S. R. E. Camerarium elegerunt, atque innocentium eius nominis vij, appellarunt. *Innocẽtius VII.*

Ab Innocentij ſtatim electione de ſchiſmate eradicãdo agi eſt cœptum, qua de re præter cœteros ex Iureconſultorum numero vir eximius Franciſcus Zabarella Patauinus locupletiſſimum reſponſum edidit ab Authore quoque huc allatum.

Ladislaus Rex audito Bonifacij obitu, Romam validis cum copijs perrexit, daturus operam, vt Patres beneuolum ſibi Põtificem deſignarent: vbi electum Innocentium comperit, aduentus cauſa diſſimulata gratulationem, ac ſalutationem prætexuit. *Ladiſlaus Romæ.*

Regis milite, quem ſibi obnoxiũ Columnij, ac reliqui Gibellini fecerant, tum ipſius Regis, quem

præ-

prehenſauerant, patrocinio freti, & Guelfos armis laceſſere, & Innocentium interpellare, atque vrgere occœperunt, vt Vrbis regimen Vexilliferis, quos Bandereſios vocabant, permitteret, vtque Hadriani molem, Capitolinas ædes, Arceſque reliquas Pop. Romano crederet. Hic Ladislaus arbitrum ſe inter Pontificem, ac Ciues conſtituit. Itaque Capitolinas ædes eis addixit, Decemuiros Reip. adminiſtrandæ ex Gibellinis impoſuit. Pontifici viciſſim Molem Hadriani Vrbemq; Leoninam reliquit, iuſque Senatorem Vrbi præficiendi, Populo tamen aſſentiente, dedit.

Deiectum imperij faſtigio Venceslaum, Regno quoque deijcere Boemi hoc anno conati ſunt, Sigiſmundo illius fratre ex Vngaria euocato. Et ſane deieciſſent, ni eum Ladislaus Rex Poloniæ ex fœdere tutatus fuiſſet.

Poſtridie iduum Maij PſeudoPōtifex Nicæa Genuam acceſſit, Romam inde, vt iactabat, petiturus. ceterum æſtate ibidem exacta, peſtilentiæ metu Maſſiliam inde reuerſus eſt. duxerat ſecum præter Epiſcopos aliquot, ac ſuæ factionis Cardinales, Vincentium Ferrerium, quē de ſupra meminimus aliquandiu apud ſe detinuit, quando in-

Ann. Chri. 1405. *Surit. l. x. Foliet. l. 9.*

ſum-

ſumma perturbatione, & confuſione rerum, quis eſſet verus Romanæ Eccleſiæ Pontifex dignoſci, nonniſi difficillimè poſſet. Quamobrem Virum Sanctiſſimum D. Antoninus ab omni Schiſmatis nota vindicatum voluit, illud inſuper addens, eundem mox poſt Concilium Cõſtantienſe Benedicto vt Pontificatu ſponte cederet fruſtra perſuadere conatum, ab eo longius diſceſſiſſe.

Theo. Niem. l. 2. c. 36. & ſeq. Plat. in Innoc. S. Anton. p. 3. tit. 22. c. 4

Tumultus Romæ.

Coorta Romæ ſeditione, quaſi Pontifex ipſe peti videbatur, is Vrbe excedere coactus eſt, ac Viterbium concedere. quo cognito Ioãnes Columnius Pontificias ædes diripuit, atque ex condicto Ladislaũ Regem ad capeſſendum Vrbis dominium accerſiuit. Plebs tum furens Pontificias imagines, atque inſignia aut deturbauit, aut ſordibus deturpauit. Libros quoque, ac monumenta publica incendio abſumpſit, tum ipſius Pontificis fidem, atque obſequium. edictis etiam vulgatis, eiurauit. præſto ſtatim fuit Ladislaus Rex, ac Leonina potitus Vrbe, dum reliquas Vrbis regiones, ac munitiones redigere in poteſtatem quærit, Romanum ſtatim populum patrata iam facinora deteſtantem, ac Pontifici iam ſtudentem in ſe conciuit, à quo turpiter fuſas

Innocẽtius fuga elabitur.

Ladiſlaus Vrbem occupat.

à Populo pellitur. ſuius eſt. Decreta exinde ad Pontificem legatio, qua V. bis regimen illi delatum, quale ipſius deceſſor Bonifacius exercuiſſet.

Eodem ferè tempore Ladislaus, & vxorem Mariam, & ſororis Ioannæ virum Gulielmum Auſtriacum morte, coactuſque eſt ſororem viduum reuocare. *Summ. l. 4.*

Scaligeri, ac Carrarij extincti. Poſt Vicecomitum opes, vt diximus, peſſumdatas, Scaligerorum, Carrariorumque funditus periere. Franciſcus Carrarius Gulielmo Scaligero duobus cum filijs per fraudem extincto, ac Verona occupata Scaligerorum ſtirpem, ac Dynaſtiam deleuit. cęterum magno illi fraus ſtetit. breui ipſe à Venetis, quos contempſerat, victus, Veronaque, ac Patauio exutus, cuſtodiæ exinde traditus, inque ea cum filijs, ac nepotibus interemptus. Ea ruina Venetæ res mirum in modum creuere. *Sabell. enn. 9. P. Iuſtin. l. 7.*

Innocẽtius Romã redit. Ad iij. Idus Martias ſequentis anni, Romani Populi accitu, Innocentius Viterbio Romam reuerſus eſt, exceptuſque pompa propemodum triumphali. haud ita multo *Ann. Chri. 1406.*

Ladiſlaũ excõmunicat. poſt Regem Ladislaum multorum criminum reum actum anathemate perculit, ac Regno exuit, quamquam ſtatim fermè reſipiſcentem, ac pœnam deprecantem piorum

cœtui,

cœtui, ac priſtinæ illum dignitati reſtituit. vergente mox in hyemem anno poſtridie nonarum Nouembris qui bis iam apoplexia tentatus fuerat, eodem morbo iterum correptus interijt. *Innocentij obitus.*

Ancipites diutius fuere Patres accederent necne ad nouam electionem. vicit tandem eorum ſententia, qui eligendum quidem Põtificem ſuadebant, cæterum validiſſimè obſtringendum, vti Aduerſario abdicante, & ipſe Pontificatum dimitteret. Comitiorum itaquè Conclaue ingreſſi iureiurando ſanxere omnes Pontificatum ſeſe dimiſſuros, dum Benedictus idem præſtaret. deque huiuſmodi voto, ac ſponſione Benedictum ipſum, ac reliquos Chriſtianos Principes certiores facturos, quo eoſdem rei teſtes haberent, qua de re publicum Inſtrumentum *ab Authore huc allatum* confectum eſt.

Itum deinde eſt in ſuffragia, quibus Angelus Carrarius homo Venetus S.R.E. Cardinalis haud ita pridem ab Innocentio dictus, Romanus Pontifex eſt renunciatus, qui Gregorij nomine aſſumpto, altero ab electione die ex alio Inſtrumento Iuſiurandum paulo ante præſtitum ratum habuit, ac firmauit, deque his Benedictum, illiuſ- *Greg. XII.*

que Cardinales, tum Robertum Cæſarem, alioſque Principes litteris ad eos datis, *quarum bina hic referuntur*, certiores fecit.

Henrici Caſtellæ Regis obitus. Vertente anno Henricus Caſtellæ Rex florenti adhuc ætate diem obijt extremum, Ioanne filio non dum bimo ſuperſtite. Regni Proceres vt illud ſuum beneficium facerent, beneficium porrò in agnoſcentem conferrent, Ferdinandum defuncti fratrem Regem dixerunt; Reſpuit ille conſtanti animo, & Puerum chlamide indutum Regia in Comitia inductum, dein Populo expoſitum Regem acclamari curauit; ſpreto haud dubiè Regno clarior, quam fuiſſet adepto. *Mariã l. 19 c. 14 & ſeqq.*

Ladiſlai facinus. Spe ſchiſmatis tollendi, paciſq; Eccleſiæ ineundæ omnium animi erecti erant, cum Ladiſlai Regis ſcelere, atque perfidia turbatæ res ſunt. Spem illi haud dubiam Romani exules fecerant Vrbis potiundæ. his itaque deducentibus, copias confeſtim ad eam adduxit, atque intempeſta nocte mœnibus inopinato admouit. Ingreſſi Vrbem milites, exuleſque nemine obſiſtente, terrore omnia complerunt, donec illuceſcente demum die à ciuibus vtcumq. coeuntibus, ac Paulo Vrſino, qui equitum admouit alam, turpem in fugam ſunt verſi. *Ann. Chri. 1407.*

ter-

terrore inualeſcente, antequam dies appeteret, Gregorius Aeliam ſeſe intra molem recepit. Cardinales plerique omnes fugam Sutrium verſus arripuerunt. Non defuerunt, qui crederent Gregorium, aut certe propinquos eius rei haud inſcios fuiſſe, quod turbæ huiuſmodi, ac Reip. inuerſio Pontificatus abdicationem diſcutere, aut remorari ſaltem poſſe viderentur.

Surit. l. 10. c. 80. Antō. tit. 2. c. 5. Boſſ. l. 4. Venere interim à Venetis ad Gregorium Oratores pro pace Eccleſiæ ſancienda. horum ille ſuaſu Senas, dein Lucam perrexit, Benedicto ſuis cum aſſeclis eodem tempore Saonam, tum ad Portum Veneris oræ Liguſticæ delato. frequentes indidem vtriuſque Nuncij vltro citroque commearunt, crebræque litteræ hinc inde datæ, cōcepta inſuper capitula, *quorum omnium exempla hic habentur, quemadmodum & reſponſorum, quæ hoc ipſo tempore hac de re celeberrimi Iure conſulti Paulus de Caſtro, Antonius de Butrio, & Matthæus Mataſſilanus ediderunt.* *Gregorius Lucā accedit. Benedictus ad Portū Veneris.*

Per idem ferè tempus contentione inter Ludouicum Aurelianē ſem Caroli Gallorum Regis fratrē, ac Ioannem Burgundionem Philippi cognomento Audacis filium in dies magis vigente, ab hoc ille in- *Diſſidium inter Gall. Proceres.*

Ludonicus Aurelianenſis caſus. teremptus eſt. qua quidem ex cæde maximæ deinceps in vniuerſum Regnum calamitates deriuarunt.

Gregorio Lucæ, Benedicto ad Portum Veneris ſedentibus, conuenerat inter eos, vt vterque Piſas accederent. cæterum Benedictus verè, an ſimulatè exterritus, quaſi Ladislaus à Gregorio Vicarius Imperialis, ac Senator Vrbis dictus in Etruriam cum exercitu properaret, a quo iure metuendum ſibi eſſet, fugienti ſimilis e Portu Veneris ſoluit. Maſsiliam cum appuliſſet exclusus Vrbe, ac Portu eſt à Præſidiario Ludouici Andegauenſis milite. Itaque in Hiſpaniam flectens Iulio menſe ineunte Illiberitanum Portum tenuit, ac Perpinianum inde conceſsit, vbi factioni augēdæ PſeudoCardinalibus aliquot creatis Conciliabulum indixit, celebrauitque haud quaquam infrequens. Gregorius porrò & ipſe Romam reuerſus eſt, vbi haud diu ob Ciuium ſeditiones moratus, Ladislai Regis permiſſu Caietam receſsit, tum vtriuſque partis Cardinales Pontificibus pſis inconſultis, atq; adeò inuitis Concilio indicto, Piſis coire. quo factum, vt Principes ferè vniuerſi, atque Reſpublicæ Pontificem vtrumque certatim deſeruerint. Non dubitauit Benedictus

Ann. Chri. 1408.

Bene-dictus fugam arripit.

Anto. tit. 22. c. 5. Niem. l. 3. c. 31. & ſeqq. Pag. l. 4.

Maſſilia excluditur.

Perpiniani ſubſiſtit.

Greg. Roma recedit.

Cardinales Piſis coeunt

ctus deſertores Principes, cumque his Regẽ Galliæ anathemate percellere. cæterum ſeceſsionem eam iure factam, ſententiam iniuria prolatam non Rex modo litteris ad vniuerſum Regnum datis, ſed & ipſa Pariſienſis Academia Concluſionibus, vt vocant, in hoc editis palam facere contendit.

Bononienſe quoq; Gymnaſium pro tollendo nefario Schiſmate theſes huiuſmodi publicauit.

Cann. l. 4. Hoc ipſo anno Cœnobium S. Iuſtinæ apud Pátauium ad veterem D. Benedicti diſciplinam reuocari eſt cœptum, vnde poſtea totius per Italiam Ordinis reſtitutio conſequuta eſt. *Cõgregatio S. Iuſtinæ.*

Ann. Chri. 1409. *Thiem. l. 3. c. 39.* Conuenerant Piſas Cardinales XXVI. Patriarchæ III. Epiſcopi, atque Archiepiſcopi CLXXX. Cœnobiorum Præfecti CCC. Theologi, ac Legum periti CCLXX. Legati Principum complures, vt nemo dubitaret quin pœnes eos, veluti in interregno, hocce in rerum ſtatu ſupremi Antiſtitis eligendi vis eſſet, quamquam qui vel Gregorio, vel Benedicto in rem ſuam ſtudebant contra huiuſmodi Patrum coitionem oblatrabant. hos Ioannes Gerſon Academiæ Cancellarius, ac Legatus non voce tantùm, ſed editis quoque Commentarijs *Conuētus Piſis.* *De Vnit. Eccl. ſ. de ſtat. Eccle. In Trilogo.*

refellebat. Acceſſit interim Piſas à Roberto Cæſare Legatus Epiſcopus Verdenſis. Is quod Conuentus iniuſſu ipſius Cæſaris coactus fuiſſet, quodque Pontificum quorum cauſa agebatur, neuter adeſſet, alijſque incompertis certè parum æquis de cauſis, illius ſolutionem ſuadere Patribus conatus eſt. voti compos haud quaquam factus appellauit; libelloque ad templi cuiuſdam valuas affixo clanculum abſceſſit. Poſt hæc Patres ipſius Cõuentus celebrationem inſtituerunt, proſequutique eam ſunt per ſeſſiones XXIII. *quarum ſingulæ hic recenſentur.* poſt quarum decimam quartam depoſitionis ſententia in Gregorium æquè, ac Benedictum lata eſt. poſt decimam nonam Cardinales vigintiquatuor Comitijs ipſi ſeorſim à Concilio habitis Summum Pontificem concordibus inter ſe votis elegerunt Petrum Cretenſem Sanctorum XII. Apoſtolorum Presb. Cardinalem ex Sacro Minorum Ordine, qui Alexander huius nominis V. dictus eſt. hoc ſcilicet aſſequuti vt ad duos Pontifices tertium adijcerent. Is Concilij ſtatim Acta, & Cardinalium decreta confirmauit. Cardinales ipſos, qui hactenus duo veluti Collegia conſtituerant coaleſcere in vnum

Gregorius, et Benedictus depoſiti.

Alexãder V.

vnum

vnum iuſſit. denique ſententias qualcunque per Deceſſores Pontifices, ſeu PſeudoPontifices in aduerſantes latas aboleuit.

Gregorij geſta. Dum hæc Piſis agerentur, Gregorius Piſanis Patribus diris deuotis, Concilium ipſe aliud indixit apud Forum Iulij non longe ab Aquileia, quò ſe contulit. Conuenere autem ex Epiſcopis Campaniæ, atque Apuliæ complures, cumque his recens ab eo creati Cardinales. cæterum cum cognouiſſet ſententiã aduerſum ſe in Concilio Piſano latam, atque omnium cum plauſu promulgatam, vim metuens, fugam arripuit, mutataque veſte ita demum inſidias euaſit, atque Ariminum ſe contulit, cum qui Pontificiam pompam, atque indumentum pro eo ſumpſerat, interceptus fuerit. Arimino Sulmonem petijt, dein Caietam; vbi, quod Ladislaus æqua iniqua ex eo peteret, haud diu conſtiiit, atque Ariminum iterum conceſſit a Carolo Malateſta pro priſtina dignitate adhuc cultus.

Theo. Niem. l. 3. c. 4. Anto. tit. 22. c. 5. *Ladiſlai tyrannis Romã occupat.* Quod autem hoc ipſo tempore Ladiſlaus Gregorij patrocinium in ſpeciem præferens Romam iterum occupauerat, tum Senenſium, ac Peruſinorum finibus vaſtatis, Bononiam properabat, vt, ea ſub-

acta, ad reliquas Galliæ Ciſalpinæ Vrbes, atque adeo ad totius Italiæ Regnum, quod iactabat, ferro ſibi viam aperiret, cum Alexander ex ipſius Synodi ſententia Eccleſiæ hoſtem, ac piorum cœtu indignum iudicauit, ac Regni iure ſpoliauit, ſimul Ludouicum Andegauenſem in eiuſdem ſpem Regni euocauit. Properanti in Italiam Ludouico, ac terreſtres, maritimaſque copias ducenti adiunxere ſeſe comites Bononienſes, Florentini, ac Senenſes, tum Nicolaus Ateſtinus Ferrarienſium Dynaſta. diuertit autem ex itinere Piſas, Regnique ibidem inſignia ab Alexandro recepit. Romanus interim Populus, quem iam Regij imperij, ac militaris licentiæ ſatietas ceperat, Gallorum inſuper aduentu territus Pontificis iterum ſeſe in poteſtatem dedit.

Excõmunicatur.

Ludouicus Andegaue. Rex Neap.

Poſt illatam à Tamerlane cladem, quam memorauimus, Baiazetis filius Calebinus, quem & Cibelium vocant, fuga elapſus Hadrianopolim recepit ſeſe, vbi Græcorum quoque principum, qui Paleologis infenſi erant, adiutus opera priſtinas actutum vires reſumpſit, tantaſque contraxit copias, vt finitimos Principes, ac Populos ex inſtituto vexare armis non dubitauerit. eius conatus vt reprimeret Si-

Calebinus Turc. Princeps.

Boſſ. l. 4.

Sigiſmundus Boemis ſimul atque Vngaris excitis exercitum in eum duxit. cæterum equitatu illius cæco impetu in hoſtes præcurrente, antequam peditatus, quo Chriſtiani præſtabant, ſubſequi poſſet, magna clades accepta eſt. quibus cognitis Alexander litteris, ac Nuncijs Chriſtianos Principes ad ſacrum bellum hortatus eſt.

Aene. Sylu. hiſt. Boem. c. 35. Contentione apud Pragenſem Academiam inter Germanos, ac Boemos orta, cui Venceslaus pro inſita vecordia ire obuiam neglexit, illi ex condicto ad duo ampiius millia Lipſiam migrarunt, qua in Vrbe ex hac ipſa occaſione Miſnenſes Principes Gymnaſium inſtituerunt. Ea ſeceſſione Ioãnes Hus ſublato veluti æmulorum obice, graſſari in poſterùm licentius cœpit. Eius deliria, quibus Lutero Sacrilegus præluſit, hoc loco Author ex Aenea Syluio recenſet. *Ioãnes Hus.*

Surit. lib. 3. Mariã l. 19. c 19. Benedictus PſeudoPontifex Perpiniano Barcinonem ad Martinum Regem profectus decem inibi Cardinales, qui à ſe defecerant, & Piſas coucefferant diris deuouit, ac perduellionis reos egit. Acta dein Piſani Cœtus ſolemniter abrogauit. haud ita multò poſt Martinus Iunior Trinacriæ Rex florenti adhuc ætate mortem obijt, quo ſub-

Martiniani Aragonij vtriuſque mors.

lato Martinus Pater Siculi etiam Regni habenas ſuſcepit alterum, ac quinquageſimum natus annum, qua ætate, fractiſque aduerſa valetudine viribus nouo inito coniugio fatalē & ipſe ſibi horam accerſijt. veneris quippe non tam potens, quàm auidus, dum medicaminibus excitare eam nititur, vitalibus labefactatis, eundem intra annum moritur. Eius obitu Regnum ad Ferdinandum ex ſorore nepotem Ioannis Caſtellæ Regis Patruum, quo de ſupra cum virtutis teſtimonio meminimus delatum, quamquam hoc nonniſi ſequenti anno geſtum eſt.

Bizar. l. 10. Foliet. l. 9. dant.

Genuẽſes Gallos quibus ſuberant truci-

Genuenſes Gallorum dudum iugum ſubierant: horum iam mores tædio his eſſe cœperant, ſiue id Gallorum culpa, ſeu Genuenſium ingeniorum vitio, qui cum libertate niſi in ſuam perniciem vti neſcirent, externa tamen imperia ferre nondum didicerant. Vbi hoc tempore pro Rege Gallo præerat Bocicardus ſtrenuus bello Dux, eo itaque à Ioanne Maria Vicecomite Mediolanum euocato Genuenſes vindicare ſeſe in libertatem cum decreuiſſent, Theodoro Montiſferrati Marchioni accito Gallos in Vrbe reliquos ad vnum omnes trucidant.

Hæ-

Ann. Chri. 1410. *Plat. Maſſo. Ciacc.* Hærebat adhuc Bononiæ Alexander cum pulſis Vrſinorum inprimis opera Ladiſlai copijs, quæ munitiora quædam Vrbis loca adhuc inſidebant: Romani Ciues eum per Legatos etiam, atque etiam hortati ſunt ad Vrbem reuiſendam, illiuſque regimen capeſſendum. Cæterum id cum maxime cuperet, præſtari ne poſſet, ſequuta non ita multo poſt eiuſdem mors impedimento fuit. Obijt Alexander ad v. Nonas Maij ſeptuagenario maior annuo nondum Pontificatu geſto, humili apud Cretam loco natus, indeque puer a Franciſcanæ familiæ viro abductus, à quo familiæ eidem in Italia addictus, ac bonis artibus eruditus, eximius poſtea Theologus, ac Verbi Dei Concionator extitit, eamque ob laudem à Ioanne Galeacio Vicentinus, mox Nouarienſis, denique Mediolanenſis Præſul optatus eſt, ab Innocentio porrò SS. XII. Apoſtolorum Presb. Card. creatus. Munificentia inſignis fuit. pauperibus, probiſque viris largiendo, nil penè ſibi reliquum fecit. Illius ea vox fuiſſe dicitur, ſe diuitem Epiſcopum fuiſſe, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. Comitijs exinde actis ad XVI. kal. Iun. omnium ſuffragijs ſublectus eſt Ioannes hu-

Alex. Papæ obitus

Eius laudes

Ioãnes xxiij. ius nominis XXIII. Diac. Card. S. Euſtachij, ac Bononiæ Legatus Balthaſſar Coſſa antea vocatus Neapoli patre Equite conſpicuo, atque opulento natus, cuius conſilio, ac nutu Alexander nihil non egit. Romam adoleſcens cum peteret, interrogantibus amicis quò pergeret, reſpondiſſe dicitur, Romam vt Papa ſim. à conciue itaque Bonifacio inter cubicularios adſcitus, mox Protonotarius, deniqne Diaconus Cardinalis creatus eſt, ac Legatus in Aemiliam miſſus, Prouinciam nouennio ſumma cum integritatis laude adminiſtrauit, Bononiam de Vicecomitibus recepit. Eam ob Præfecturam quod milites magno numero aleret non defuere qui ſuſpicati tum fuerint, & verò etiam iactauerint, eum terrore Patribus incuſſo Pontificatum adeptum.

Ladiſlai tyrannis Ea erat Ladislai Regis latius imperandi libido, vt boni, atque æqui rationem duceret nullam; Itaque Italiæ totius Regnum ſpe improba eum deuoraſſet vulgatum illud vſurpare conſueuit, & militaribus etiam ſignis inſcribere *Aut Cæſar, aut nihil*. Hunc Ioannes Vrbem iterum terreſtribus, maritimiſque copijs inuadentem, ac tyrannicè omnia miſcentem Anathemate iterum per-

percuſit, Hoſtemque Eccleſiæ pronunciauit, ſacro inſuper in eum bello indicto, quo & noxarum veniam belli Ducibus, militibuſque pollicitus eſt. Ea res anſam præbuit Ioanni Huſſio aduerſus Pontificias huiuſmodi Indulgentias oblatrandi, vt in omnibus Luteri Anteſignanum agnoſcas, qui ex illius diſciplina altero ab hoc ſæculo noſtrorum Patrum memoria ab earũdem inſectatione ſuam ab Eccleſia defectionem exorſus eſt. Per hoſce dies Pragæ ex eiſdem Huſſitis tres infimæ condicionis homines tribus in templis ad huiuſmodi ſacræ expeditionis indictionem auſi ſunt Pontificem Antichiſtum appellare, quod Crucem aduerſus Regem Chriſtianum decreuiſſet. comprehenſi incirco ſunt, ac ſupplicio addicti Senatu ipſo iubente, quippe Vrbis Archiepiſcopus, ac Venceſlaus Huſſitarum ſeditionibus, ac licentiæ mire indormiſcebant. porrò quæ tum vecordis Regis cura fuerit rerum publicarum ex eo licet agnoſcere. perlatum ad eum fuerat, Vicegradienſem Arcem Regni veluti clauem incendio abſumptam, tum Rex demens, *etiamne*, inquit, *vinaria cella abſumpta eſt?* vt ſeruatam audijt. *pereat verò*, inquit, *Arx, dum vinum noſtrum Rhenanum inco-*

Ioãnes Dubr. hiſt. Boem.

Ioãnes Hus luteri Anteſignanus.

Huſſitarum audacia.

Venceſlai vecordia

columе ſit. Tres quos diximus ſupplicio affectos Huſſitæ reliqui, conati antea Ioanne Duce vi armata ſupplicio eximere, pro martyribus poſtea coluere.

Lud. Andegauenſis Ladislaũ vincit Eodem ferè tempore Ludouicus Andegauenſis, Italiæ validis cum Gallorum copijs redditus, inita cum Ladislao ad Ceperanum pugna, inſigni victoria potitus eſt, & ſanè debellaſſet, ſi proſequi victoriam non neglexiſſet. quod Ladiſlaus ipſe vix fuga elapſus teſtatus eſt.

Roberti Imp. obitus Hæc dum apud Italiam agerentur, apud Oppenhein Boiorum oppidum obijt Robertus Cæſar ad XII. Kal. Iun. Roberti nondum Cæſaris inſtitutione initium ſumpſit Heidelbergenſis Academia ſalutis anno MCCCLXXXVI. Vrbani ſimul Pontificis priuilegijs aucta. *Cuſpi. & alii in Rob.*

Roberto e viuis ſublato Ioannes Pontifex Legatos illicò ad Septem viros Electores miſit, hortatuſque eos eſt ad ſuffragia in Sigiſmundum Vngariæ Regem ferenda, quo nemo tum aut potentia maior, aut virtute clarior, aut proprijs, paterniſque in Rempublicam meritis magis conſpicuus videretur. paruere illi ex animo, ac Sigiſmundum concordibus inter ſe votis Cæſarẽ conſalutarunt. Erat inter Septem- *Dubr. l. 23. Plat. in Io.* *Sigiſmundus Imp.*

uiros

uiros idem ipſe Sigiſmundus vtpotè Marchio Brandemburgenſis. Suffragium itaque pro ſe ipſe cum tuliſſet, liberrimè teſtatus eſt, *Ipſum me probè noſco, alios non itidem.*

Ann. Chri. 1411. Sunt qui tradant ante Sigiſmundum Iodocum eius patruelem Cæſarem electum virum ignauum, ac inertè qui ſex menſibus ſuperuixit. Hoc tempore Ioannes Maria Vicecomes Mediolani Dux inſtitutæ dudùm tyrannidis pœnas dedit à ciuibus, quos perditum ibat, trucidatus. Fraternum imperium accepit Philippus Maria, qui hactenus Ticini comes vocatus fuerat. *Schiſma reuiuiſcit.*

Piſana peracta Synodo Eccleſiæ pax reddita videbatur, cum diri ſchiſmatis compreſſa veluti flamma violentius erupit, maiuſque incendium excitauit. Benedictum Hiſpaniæ pars maxima ſectabatur, & Galliæ Proceres non omnes deſeruerant. Gregorio Ladislaus ſtudebat. Ioannem Romani Ciues acciuerant, ac ſuppetijs aduerſus Ladislaum iuuerant, quibus ille fretus iunctis cum Ludouico Andegauenſi copijs, Ladislaum iterum vicit compluribus illius Ducibus, ac Neapolitanis Ciuibus captis. poſt hæc Regionē Leoninam muniuit, ambulacrum fornicibus ſubnixum à Vaticanis ædibus ad molem Hadriani *Ambulacrū à Vaticano ad Aeliā Arcem.*

driani magnis ſumptibus duxit. Sigiſmundus Gregorij Legatione interpellatus, non illi magis, quam duobus reliquis de Pontificatu cõtendentibus conſenſurum ſe profeſſus eſt], ſed Eccleſiæ pacem per Oecumenicam Synodum curaturum.

Ioannes interim Pontifex ex omnium voto, ac Piſani Conuentus decreto Oecumenicum Romæ Concilium celebrandum indixit; exinde Nicolao Brancaccio Cardinali ad Ladiſlaum Legato in ſuam illum amicitiam ita pertraxit, vt Gregorium, quem diù fouerat, Regno pellere coegerit. exceſſit ille Caieta, & ad Carolum Malateſtam veterem amicum Ariminum conceſſit. Pacis condiciones hæ fuere parum enimuerò Ioanni, ac Rom. Sedi, aut proficuæ, aut honeſtæ. *Ludouico Andegauenſi nullũ deinceps in Neapolitanum Regnum ius eſſet: Ladiſlao S. Sedis ſignifero, ac copiarum Præfecto ſtipendia alendis mille equitibus perſoluerentur: ducena vicena aureorum millia præſentia numerentur: ſtipendium quod Eccleſiæ decennio non pependiſſet quadraginta aureorum quotannis millium remitteretur. Gregorio. poſitis tertium intra menſes Pontificiis inſignibus Legatio Piceni quoad viueret decerneretur*

Ann. Chri. 1412.

Pign. hiſt. Ateſt. l. 6.

retur, quadraginta aureorum millibus quotannis attributis: tres illius propinqui in ampliſſimum ordinem legerentur. hac ſe praſtiturum Pontifex Ladiſlao caueret, Beneuento, Aſculo, Viterbio, ac Peruſia eidem traditis.

Ann. Chri. 1413. *Cocl. hiſt. Huſſ. l. 6. Ant. Petri. in notis diariis.*

Synodus Roma.

Eo fœdere ſatis ſe tutum à Ladiſlao Ioannes ratus, indictam ſuperiori Anno Romæ Synodũ inchoauit. qua Vvicleſi, atque Huſsij in primis hæreſis damnata eſt. At Rex fœdifragus Claſſe valida Romam perlatus, militari deſtitutam præſidio cepit. Pontificem fuga ſalutem quærere, ac Viterbium, dein Bononiam petere coegit. biduo moratus Romæ Pontificias, ac ditiores quaſque ædes diripuit. Templa expoliauit: inque his equos pauit: apparatum celebrando Cõcilio diruit. ſacris reliquijs, aureiſque, atque argenteis earum thecis manus violentas iniecit. inſignia vbique Pontificia diſiecit, ſuaque repoſuit. Rectores Vrbi dedit. Ciues complures Pontifici præſertim addictos bonis multauit, carceri, aut triremibus addixit, ſecuri percuſſit. Sacra denique, ac profana omnia violauit, vt non tàm Pontifici, quàm Deo, ſacriſque omnibus bellum indixiſſe videretur. Viterbium dein copias promouit. Ponti-

ficem

ficem aſſecuturus. vbi euaſiſſe eum comperit, Neapolim regreſſus eſt, Captiuum Cardinalem Barenſem, ac Romanos Proceres aliquot ſecum ducens.

Concilium Conſtantiam tranſlatum

Bononiæ receptus Pontifex Cæſare in primis adnitente, Concilij celebrationem Conſtantiam Germaniæ Vrbem tranſtulit. Securitas deiu à Cæſare edicto præſtita venientibus ad Concilium Patribus, aliaque multa ante ipſius Synodi proſequutionem geſta, *quæ ab Authore hic recenſentur.*

Sigiſmundus poſtquam Aquiſgrani ſolemni ritu inauguratus eſt, Italiam petijt, Mediolani ferream, auream Romæ coronam recepturus. Et Mediolano quidem, quod ſecum exules Inſubres haberet, à Philippo Maria ex fratris obitu potentia mirum in modum aucto excluſus eſt: Ioannem verò Pontificem Cremonæ conuenit.

Henrico huius nominis IV. Angliæ Rege hoc ipſo tempore vita functo, Henricus filius ſublectus eſt ad V. Idus Aprilis.

Roma à Ladislao capta.

Sequentis anni vere ineunte Ladislaus Romam iterum aggreſſus vi cepit, ac miſerè diripuit, ſeſqui menſe propemodum apud eam hæſit. Erat inter Pontificios Duces Brachius, cuius ope Vmbriæ, Etruriæ,

Ann. Chri. 1414. 1415. 1416. 1417.

riæ, ac Piceni Eccleſiaſticæ Ditionis Vrbes in fide permanebant. hunc Rex ſubdolus nequicquam à Pontificijs ſtipendijs abducere conatus eſt, æquè fidum eum, ac fortem expertus, eius quippe opera effectum, vt Rex incaſſum hoc ipſo tempore Tuder obſederit, qua Vrbe, nequaquam ſoluta obſidione, Peruſiam ad fœdus cum Florentinis paciſcendum profectus in eum morbum incidit, qui poſtremus illi fuit. morbi cauſæ variæ traduntur; venenum plerique ſcribunt Florentinorum opera puellæ, cuius corpore Ladislaus abutebatur, à patre medico pecunia corrupto pudendis illito, quaſi ad Regis gratiam, atque amorem captandũ, alij effrænem Regis libidinem eo anni tempore, quo caniculares dies ſeruebant, præſentiſſimum venenum fuiſſe tradiderunt: ægritudinis itaque impatientia Romam referri ſe, atque hinc Neapolim iuſſit, vbi ad III. Nonas Auguſti altero ab excéſu die occubuit maſcula expers prole, Ioanna infauſti nominis ſorore, ac Regni hærede ſuperſtite.

Brachij conſtãtia.

Ladiſlai morbus vnde.

Eius obitus.

Ioãna ſoror ſuccedit.

Ladislai audita morte Romani omnium primi iugum excuſſerunt Regis ſigna, atque inſignia vbique omnia ſuſtulerunt: Magiſtratus ab

eo impoſitos expulerunt. conati ſunt Ioannes Columnius, ac Baptiſta Sabellus, alijque olim Ladislao addicti Vrbem Ioannæ retinere, eorum tamen conatus omnes adhibiti nequicquam ſunt, multitudine illos profligante.

Ioãnes Papa Conſtantia. Autumni tempore Ioannes Pontifex cum maximo, ornatiſſimoque Cardinalium, ac aliorum Antiſtitum comitatu Conſtantiam venit, quo & Sigiſmundus Cæſar acceſſit. nec ita multo poſt Concilium ipſum celebrari eſt cœptum. *Concilium Conſtantienſe.* Coeterum quod Patres laborare haud quaquam voluerint, vt perpenderent quis Pontificum ex tribus meliori iure niteretur, ac proinde præferendus eſſet, quod rem perarduam, & inexplicabilem cognoſcerent, ſed vnum illud vrgerent, vt eorum quiſque de ſuo iure decederet, præ his alius deligeretur, Ioannes licet Synodum ipſe coegiſſet, nec difficilem ſeſe abdicando exhibuiſſet, dum Gregorius, ac Benedictus idem præſtitiſſent *Ioãnes Cõſtantia abſcedit.* Conſtantia clam noctu mutata veſte abſceſſit, ſeque in oppidum quoddam Auſtriæ Ducis, cuius opem antea per litteras quàm occultiſſimè implorauerat, recepit. Ea re omnium in ſe odium, atque inuidiam, Concilij in primis Patrum con-

concibit. Itaque & quod hoc ipſo tempore multa eidẽ crimina obiecta fuerint, totius Synodi ſententia Pontificatus illi abrogatus eſt, quod tamen nonniſi ſequenti anno contigit ad XII. Actionem, quæ ad IV. Kal. Iunij eſt habita. tulit Ioannes rem præter omnium opinionem, ſanè moderatè, atque adeò ſuo ipſe aſſenſu Synodi ſententiam comprobauit, ſeque ſummo Sacerdotio abdicauit. *Deponitur.* *Sponte cedit.*

Vocata interim in diſquiſitionem ſunt Huſſij, ac Vvicleſi dogmata, damnatique Authores vnà cum illis, tum eorum Commentarij addicti flammis, legique à Chriſtianis vetiti. Porrò cum ipſe Huſſius Conſtantiam veniſſet, principio aſſentiri Synodo ſe velle dixit, dein ſuos, ac Vvicleſi errores ab eadem Synodo damnatos, tueri acrius cum cœpiſſet, inque his obſtinatè perſiſteret, Patrum ſententia damnatus ignis ſupplicio affectus èſt. Acceſſit idem ad Concilium Hieronymus Pragenſis eiuſdem Aſſecla, verùm poſt hæreſim abiuratam, in eam ſtatim relapſus, ex fuga, cui ſe dederat retractus, meritam & ipſe pœnam luit. *Ioannes Hus* *Hus combuſtus.* *Item Hieronymus Pragẽſis.*

Poſt latam in Ioannem Pontificem depoſitionis ſententiam, Gregorius ſuopte ingenio bonus, ac

pius

pius iuriſiurandi religione obſtri-ctus Io. Dominicum Cardinalem Epidaurium, & Carolum Malateſtam Conſtantiam miſit, qui ipſius nomine, & Synodum comprobarent, & Pontificatu cederent. quod ſanè maximo cum totius Synodi, atque adeò Chriſtiani orbis plauſu peractum eſt. Superat Benedictus. Hunc Sigiſmundus vna cum Ferdinando Aragoniæ Rege Niceam Prouinciæ Vrbem euocauit. cæterum quod Ferdinandus morbo, ex quo breui deceſſit, implicitus, accedere Niceam nequiret, Sigiſmũdus accedere ipſe Perpinianum, vbi Rex erat, non rennit. acceſſit autem vna cum Synodi legatis ſex, Regemque inibi, ac Benedictum, qui tum aderat, alloquutus, eos etiam, atque etiam hortatus eſt ad pacem Eccleſiæ reddẽdam, eidemque hoc ſummum beneficium tribuendum. haud ægre perſuaderi ſibi Ferdinandus permiſit, vt rei æquiſſimæ ſubſcriberet, itaque iunctis cum Sigiſmundo votis, ac precibus, author Benedicto eſſe cœpit vt Gregorij, ac Ioannis exemplum ſequi ne abnueret, ac totius Reip. commoda proprijs anteferret. cum non perſuaderet, diſſimulare ſtomachum nequijt. Igitur Benedictus vim veritus, Regibus inſcijs clam

Gregorius Pontificatu cedit.

Sigiſmundi zelus.

Benedicti fuga.

clam noctu ad Colliberis portum, in quo duas ipſe triremes habebat profugit, indeque Peniſcolam Hiſpaniæ citerioris oppidum non longè à Dertoſa, vbi à natura, atque arte munitam arcem habebat, properè nauigauit, vbi deinceps vitam egit nihil moratus, quid Reges, quid Synodus ſtatuiſſent. Nec ſatis Ferdinando viſum eſt Benedictum deſerere, nam & Principes reliquos, qui ſectati eum fuerant adegit, vt Legatos Narbonam, vbi Sigiſmundus rei exitum præſtolabatur, deſtinarent, qui rem Cæſari, ac Synodo permitterent. Ea in molitione Ferdinandus deceſſit, cuius filius Alphonſus Regni hæres & Legatos ipſe, ſuos ad Synodum miſit, & Hiſpaniæ Epiſcopis, ac Cœnobiorũ Præfectis author fuit, vt Synodo, & ipſi intereſſent. Benedictus porrò à Synodi Patribus in ius vocatus, cum ſiſtere ſe iudicio abnuiſſet, eorum ſententia exauctoratus eſt. Poſt hæc cum nihil iam obſiſtere videretur, quo minùs nouus Pontifex eligeretur, ad Cardinales, qui tum aderant, alios XXX. probitate, doctrina, ac rerum vſu viros conſpicuos ea in electione ius ſuffragij habere voluerunt. Hi comitiorum Conclaue ingreſſi VI. Idus Nouembris, ſeptimo exinde

Ferdinandi Arag Regis obitus.

Alphõſus fil. ſuccedit.

Benedictus depoſitus.

dè die Ottonem Columnam ſummo Sacerdotio exiſtimarunt, qui quod circa Martini Epiſcopi Turonenſis feſtum diem ea electio contigiſſet, Martini nomine appellari voluit. Manſit autem Conſtantiæ Pontifex menſes adhuc quinque, quibus & Concilium abſolutum eſt, & ipſius decreto, & authoritate firmatum. Quod verò alia multa ad morum præcipuè normam ſpectantia decernenda viderentur, ea in futuram Synodum iam tum indictam poſt ſeptennium Ticini celebrandam reſeruata ſunt. *hac tamen non vno anno geſta ab Authore ex ipſius Synodi Actis per ſeſſiones ſingulas fusè tradita ex inſtituti noſtri ratione indicaſſe ſatis ſit.*

Martinus V. Papa.

Sub ipſam noui Pontificis electionem, quæ in XVII. ſæculi annum incidit, Brachius validis cum copijs Romam acceſſit. Venienti Iacobus Inſulanus Legatus obuiam veluti Amico factus ex eo quæſiuit, quam ob cauſam veniſſet, reſpondit eandem ſibi, quam Pontificibus eſſe, gloriæ ſtudium, ac cupidinem imperandi, cœterum non ideò Vrbem occupatum veniſſe, vt eam Pontifici eriperet, ſed vt quandiu Pontifex Italia abeſſet præſidio vacuam, & multorum tyrannidi expoſitam cuſtodiret. Legatus ab huiuſ-

Brachius Romã capit.

Cãp. in vit. Brach

huiuſmodi eum conſilio reuocare incaſſum conatus, tum paucorum accitu illuc delatum tentare Vrbem non auſurum ratus, ad eam rediję, ſeque in tutum recepit, conatus interim ciues ad fortiter obſidendum impellere. At hi agri, ipſiuſque Vrbis direptionem redempteri Legatos ad Brachium, qui de pace agerent, miſere. nulla tamen conditio recepta eſt præter ipſius Vrbis deditionem. Igitur re in diſceptationem vocata, cum tantus ad portas inſtaret hoſtis, nec auxilij ſpes vlla eſſet, Legato licet obnitente, Vrbis Rectorem, ac Defenſorem appellatum Brachium intra mœnia cum exercitu recepe-runt, rati, ſi qua externa vis incubuiſſet, præſidio tanti Ducis ſe tutiores fore. Exceptus eſt Brachius triumphantis ſpecie ſummo cum totius populi plauſu oliuarum vulgo ramos manu præferentis, viaſque frondibus ſternentis. porrò in Capitolium receptus præſente Cardinali S. Angeli, quo cum illi conueniebat, Senatorem Vrbi dedit, veteri Magiſtratu abrogato nouum præpoſuit. Iamque ad rerum culmen perueniſſe videbatur, niſi aduerſus tantam gloriam Cælites, vt viſum, inſurrexiſſent, quippe cum iam menſem in Aeliæ Ar-

cis obſidione exegiſſet, exercitum vulgaris inuaſit lues, ex qua vix quarta copiarum pars incolumis euaſit. veritus itaque ne populus aut ſuo impulſu, aut alieno in pœnæ confectum exercitum irrueret, recentes Equitum alas ex Piceno acciuit, cæterum his quoque vulgari correptis lue, Vrbe excedere coactus eſt.

Ioanna Regina nequitia. Hoc tempore Ioanna Neapolis Regina nouo licet matrimonio Iacobo Mariæ Comiti Regia Gallorum ſtirpe edito ſociata, viro in ordinem redacto, profanis amoribus liberrimè indulgebat, & iam poſt Pandulphum Alopum Pincernam, ac Sfortiam, Ioannem Caracciolum nouum amatorem ad omnem nequitiam proiecta mulier in ſinum receperat, Reip. interim cura, per ſummum rerum omnium neglectum, abiecta.

Synodi Conſtantienſis ſolutio. Soluta eſt Synodus Conſtantienſis ſæculi huius anno XVIII. ſeſſione illius XLV. ac poſtrema x. kal. Maias celebrata. Noua dein Legatio ad Benedictum Paniſcolę agentem miſſa, oblataque illi, Alphonſi Regis fide interpoſita Pontificis nomine, dum ſponte cederet annua aureorum millia quinquaginta ad vitæ reliquum non honeſtè modo, ſed etiam ſplendidè agendum; Ann. Chri. 1418.

tum

tum de rebus quæſitis, quærendiſ-
ue libera teſtandi facultas, aliaque
multa nonniſi ab indomitæ perui-
caciæ homine reijcienda. ea cum
incaſſum Legati expoſuiſſent, Con-
uentu Leride coacto, Regni Præſu-
les vniuerſos haud ægrè adegerunt,
vt ex Conſtantienſis Synodi ſen-
tentia Pontificatum Benedicto ab-
rogandum cenſerent. Ex quo Pa-
trum decreto nemo illum in poſte-
rum non deteſtatus eſt.

Martinus porrò Galliæ, ac Ger- *Martinus Italiã petit.*
maniæ populis ſedem apud ſe cer-
tatim deferentibus, eorum preci-
bus haud quaquam; motus in Ita-
liam tranſijt præfatus *Rectorem na-
uis ſedere in puppi, ad clauum, non
in prora eſſe oportere*. abeuntẽ Cæ-
ſar Pontificij equi frænum tenens
pedes extra Vrbem eduxit. exce-
ptus eſt Mediolani a Philippo Vi- *Mediolani excipitur.*
cecomite nullo obſequij, atque
honoris genere prætermiſſo, donatuſque ab eo eſt marmorea ſta-
tua, quæ maiori in templo ad Aræ
maximæ dexteram adhuc viſitur.
poſt hæc Mantuam conceſſit, mo-
ratuſque ibidem eſt audiendis Vr- *Mantuam recedit.*
bium Legatis, ac diſsidijs compo-
nendis menſes propemodum qua-
tuor.

Ann. Chri. 1419. Sequenti Anno æternæ vitæ
præmia conſequutus eſt Vir Apo-

ſtolicus] Vincentius Ferrerius, *cuius res geſtas, quæ plurimum naturæ leges excedunt, ex Petri Ranzani comentario fuſè Author recenſet.* relatus eſt vndequadraginta demum poſt annos in ſanctorum numerum à Pio Pontifice huius nominis ſecundo, cuius rei documentum Pontificium extat Diploma *ab Authore huc allatum.*

Venceslai obitus Hoc eodem tempore Autumno ineunte obijt Venceslaus Boemiæ Rex nulla prole ſuperſtite anno quam deiectum imperio diximus vndeuigeſimo. turbæ inde maximæ exortæ ſunt Huſſitis Ziſca Duce magno numero exeuntibus, ac Pragæ in primis debacchantibus. ea autem Ioannes Ziſca homo non tam ſtrenuus, quàm præceps, tum monoculus, poſteà verò, & altero captus lumine haud ſecius inire prælia, expugnare Vrbes, Ducis munia obire omnia non deſtitit. Ea de cauſa Sigiſmundus, cum tutò his renuentibus Regnum capeſſere vix poſſet, Conuentum Brunæ, Morauiæ Vrbe, indixit. conuenere haud grauatè Nouatores, ipſoque in Conuentu Huſſij fato miſerabiliter deplorato ex ipſius dogmate, atque inſtitutione vt liceret, in primis verò ſacra myſteria ſub vtraque ſpecie percipere etiam atque etiam *Dubr. l. 23. Coel. hiſt. Huſſ. l. 4. & 5. Aen. Sylu. c. 28.*

flagi-

flagitarunt. De his Rex Conſtantiæ ſatis ſuperque agitatis nolle ſe cognoſcere cum dixiſſet, eorum offenſionem ſtatim ſubijt; nec conſultè ſatis tum quidem egiſſe viſus eſt, dum ſeditioſos homines iu Regnum abire iuſſos militari manu coercere, atque in officio continere neglexit. Nec Pragam ipſe, vt par erat, actutum pergere maturauit. Regno itaque recepti Huſſitæ, data veluti teſſera ex condicto rebellarũt, primoque impetu Templa, ac Cœnobia diripuerunt; Sacratos Deo Viros, ac Mulieres cõtumelijs, atque adeò ſupplicijs immaniſſimè affecerunt, ſacra, ac prophana omnia fœdarunt. *Huſſitæ rebellãt.*

Ioannes olim Pontifex hoc tempore Heydelbergæ à Ludouico Bauariæ Duce honeſta ſub cuſtodia detinebatur. Eum Martinus Pontifex ſiuè vt demereret, eiuſque commodo, atque honori conſuleret, ſiue vt tutius cuſtodiret, triginta aureorum millibus redemptum ad ſe v ocauit. cuſtodia itaque exemptus ex itinere ad Petrum Rubeum veterem amicum diuertit. apud eum dum eſſet, certior verè, an ex coniectura factus à Pontifice perpetuum ſibi carcerem imminere, noctu clam legato Apoſtolico, qui eum conuenerat, ac libera velu- *Ioannes olim Põtifex.*

luti ſub cuſtodia habebat, fuga elapſus eſt. ea res maximam omnibus ſuſpicionem iniecerat, ne ſchiſma iterum reuiuiſceret, erat enim Ioannes magni animi, ingenijq; quique priuatam vitam haud æquo animo paſſurus videretur. Nec deerant qui Martinum, atque adeo Conſtantienſes Patres iniurios in Ioannem fuiſſe criminarentur. porrò ad Ioannis patrocinium ſuſcipiendum nemo aptior Brachio ſummo Duce videbatur. Et vero is hoc ipſo tempore Martini in Italiam aduentu haud quaquam deterritus, ſiue vt Ioannem, cui haud diſſimulanter ſtudebat, quod ſub eo Pontifice ſtipendia meruiſſet, tutaretur, ac priſtino eum faſtigio reſtitueret, ſiuè vt hac ratione viam ſibi ad Italiæ Imperium muniret, Pontificia Ditione magna ex parte occupata, reliquam infeſtam habebat; eo rerum ſucceſſu, ac felicitate, vt ex eius nutu Eccleſiæ pax, vt rerum omnium perturbatio ex reuocato in eam ſchiſmate, pendere videretur. Martinus re tum quidem haud maturè ſatis perpenſa Brachium Anathemate feriendum cenſuit, qua re ille magis magiſque irritatus in ipſius contemptum vſurpare auſus eſt, *daturum ſe operam, vt Pontifex rerum omnium, indigus*

Brachius.

ſacri-

ſacrificulus cētena ſacra vnius oboli precio perageret. Tum & bello ipſe acrius incubuit, & Tyrannos Italiæ reliquos, quà exemplo impulit, quà ſuaſionibus permouit, vt reuiuiſcentem Pontificiam authoritatem, quam nimiam exhorreſcerent, vnà ſecum depreſſum irent. In his Antonius Bentiuolus Ioannis filius Vidone Pepulo adiutore Bononiæ Principatum inuaſit.

Martinus Florentiæ. Martinus interim Mantua Florētiam acceſſit, indidemque Ioannam Reginam pro auxilijs aduerſus Brachium, a quo tutum ipſi Romanum iter non erat, interpellauit. Simul Regium diadema, ac nouam vt vocant inueſtituram eidem obtulit, ac Petri demum Cardinalis Legati opera contulit.

Ioannes Martinum adit. Ioannes porrò ex fuga in tutum licet receptus, ſuique Iuris, liberq; factus, ſeù pacis bono, ſeù quod perficere ſe quicquam poſſe vix iam ſperaret, nullis pactionibus interpoſitis, cautione nulla optata, Florentiam ſponte venit, prouolutuſque ad Martini pedes, illum vt verum Chriſti Vicarium, ritèque electum Pontificem agnouit. Mira hæc res omnibus viſa eſt, Deique potius nutu, quàm hominum induſtria eò deducta, vt homo regnandi cupidus in ſummo rerum faſtigio

paulo ante collocatus, & iam in loco libero, vbi plurimum ab omnibus diligebatur, eò ſe ipſum adegerit. Martinus autem viciſſitudine rerum humanarum motus, rogatu inſuper populi Florentini, in primis autem Coſmi Medicei hominem in Cardinalium numerũ adſciuit, atque Epiſcopum Tuſculanum dixit; At is animi, vt creditum, ægritudine, haud ita multo poſt eadem in Vrbe viuendi finem fecit, honorificè ab eodem Coſmo ad D. Io. Baptiſtæ ſac. ædem tumulatus. Biennio ferè ante illum Angelus Corarius Gregorius olim XII. Piceni Legatus obijt Recineti, Benedicto ſeù Petro Lunæ Paniſculæ adhuc latitante.

Moritur.

Greg. XII. obitus

Florentini de Brachio amico Duce, deque Martini Pontificis, quem receperant, dignitate, ac fortunis ſolliciti conciliare eos inuicem adorti rem fœliciter perfecerunt ea lege, vti Brachius Pontificem adiret ſupplex, ſeque ab eo piorum cœtui reſtitui poſtularet, tum pro illo recuperandæ Bononiæ operam nauaret; quæ tum quidem per legatos acta, receptaque ſequenti demùm anno peracta ſunt.

Brachius in Põti gratiã redit.

Simultate inter Galliæ Proceres gliſcente præcipuè inter Carolum Delfinum, ac Ioannem Burgundiæ

Du-

Ducem, in colloquium hi data fide cum veniſſent, Ioannes Delphini iuſſu ab illius ſatellitio nefariè eſt cæſus; qua ex re maxima dein Regni clades ſequuta eſt, Philippo Ioannis filio paternam cædem vlciſcente.

Ann. Chri. 1420. Huſſitarum apud Boemiam turbæ, ac veſanus furor eò peruenerant, vt per ſummam licentiam arte, ac natura munitam Arcem ſibi extruere non dubitauerint impietatis Aſylum. hæc quod editiori loco eſſet, ab his Tabor dicta eſt, ab eaque perduelles ipſi Taboritæ. His itaque à nefarijs conſilijs reuocandis, delendiſque non Rex modo Sigiſmundus exercitum comparauit, ſed Martinus quoque Pontifex ſacrum bellum indixit, Diplomate, *cuius exemplum hic habetur* ſuper hoc edito. cæterum & Sigiſmundus ipſe à Regiæ Vrbis oppugnatione turpiter reiectus eſt, & Cruceſignatorum conatus irriti ceſſere, quippè dum caſtris ſeſe continentes, Regem, vt iunctis viribus prælium ineant, præſtolantur; incertum ab hoſtibus ne, an per incuriam, tentoria Principum incendio miſerabili conflagrarunt, dumque incerti vnde hoc malum, ſtupenteſque trepidarent, equoſque atque arma educere, flammiſque

Huſſitarum licentia.

Irritū cedit.

eximere tentarent, hoſtium impetu pene deleti ſunt. ita magno molimine inſtituta a Pontifice expeditio infœliciter ceſſit. porrò qui coierant Principes Boemis relictis mutuis ſeſe armis petiere. Federicus Marchio Brandemburgenſis Bauariam adortus Ludouicum Ducem ditione fermè vniuerſa exuit.

Brachius Florētia Pōtificē adit.

Leonard. Aret. de reb. ſui tēpor.

Dum hæc apud Germaniam aguntur, Brachius ex condicto Florentiam non ſupplicis, ſed triumphantis more acceſſit, tum ad Pontificis pedes prouolutus eos primo, dein manus ab eodem eleuatus oſculatus eſt. Ad hæc ſua in ſuperiores Pontifices officia commemorauit, neminem pro illorum imperio plura, maioraque geſſiſſe. Ladislaum Regem non Roma tantum, ſed Etruria, ac Latio exactum, graues in Piceno, atque Vmbria obſidiones initas, aut toleratas. pauca deinde ſua de fortuna diſſeruit, Patria pulſum diù in exilio egiſſe: à Bonifacio deceptum, in fide tamen permanſiſſe. Peruſiam, in qua ipſe natus, educatuſque fuiſſet non ſanè Pontificibus, ſed Ladislao Regi, ac communibus Etruriæ hoſtibus à ſe ereptam, ſic Tudertinos, alioſque populos ab eodem Rege, Aſſiſiates à Feltraſinis in ſuam poteſtatem receptos. quæ etſi ad Pōtifi-

Eius ad Pōtificis oratio.

Cāp. in vit. l. 5. Antonin. ti. 22. c. 7

tificum iura pertineant, ab hoſtium tamen manibus eſſe detracta. quan diu in Pontificum fuiſſent poteſtate, nihil contra molitum, eoſdem ſe belli ſocios, eoſdem amicos, aut hoſtes habuiſſe, quos Pontifices iuſſiſſent. quæ quanto maiora eſſent, tanto ſe acerbius indoluiſſe; quod Religionis hoſtis iudicatus eſſet, quod diuinæ in eum imprecationes publicatæ, congreſſu hominum, ac ſermone prohibitus, nec tamen ſe vnquam Religionem læſiſſe, nec Dei, aut cælitum Templa profanaſſe, aut polluiſſe; quæ vt multo eſſent grauiſſima, non tamen idcirco æquo animo ſe non laturum, fretum conſcientia rerum pro Eccleſia ſumma cum fide geſtarũ. poſtremo orare Pontificem, ne grauiora hæc reputaret, quàm quæ ipſe obliuiſci poſſet. Si quid vmquam fortiter pro Deceſſoribus, aut fideliter geſſiſſet, nunc multo accuratius geſturum omnia. nullam iniuriam acceptam tanti apud ſe fore, vt fide, ac laude potiorem duceret; ſic ſe à puero inſtitutum. ſub Pontificum Imperio natum, ſub eodem adoleuiſſe: opes diuino beneficio, ac virtute partas, has ſe Pontifici ex animo offerre. Hæc cum Brachius peroraſſet militari hominis facundia, ac libertate Pon-

tifex delectatus, humaniſſime illum complexus eſt, ac Pontificijs Præfectum copijs, honoribus, ac ſtipendijs cumulauit, fauſtaq; illi omnia precatus eſt. A Florentinis tamen iniuriæ loco accepit, quod Vrbe aduentu Brachij in lætitiam effuſa, carmina in ſe contumelioſa ſuis ipſe auribus cantari à pueris audiuiſſet. hæc ipſa parietibus quoque inſcripta legebantur, nec præconis voce eadem vetuiſſe ſatis fuit. Ea re Pontifex mirum in modum animo cōmotus eſt, quod huiuſmodi cantilenam pueros ab alijs edoctos exiſtimauerit, itaque & Romæ poſtea receptus, Florentinorum Legatis quadrantem exprobrauit. Leonardus Aretinus, qui Martino erat ab Epiſtolis, tradit, ſe illum aduerſus Florentinos placare conatum, illorum in eum beneficia incaſſum recenſuiſſe.

Brachius Bononiam recipit

Porro à Brachio, qui ſtatim copias Bononiam admouerat, nullum bellum fœlicius geſtum, nullum præter ſpem omnem celerius confectum. agro amiſſo Bononienſes, cum neque auxilia opportuna ſperarent, & commeatuum inopia laborantes, vrgeri iam fame cœpiſſent, Legatos de pace mittere decreuerunt. Vrbis erat Princeps, quem diximus, Antonius Benti-

uolus,

uolus, vt tum publicè Pontificis hoſtis ita priuatim antea Brachio peramicus. Eum itaque Brachius per internuncios hortatus eſt, vt ſuæ ſe fidei committeret, nihil iniuriæ paſſurum. Nicolaus quoque Ateſtinus Ferrariæ Dynaſta veritus, ne Philippus Maria ſub ſpecie iuuandi Beatiuolum Bononiam ſui iuris faceret, eidem Author fuit, receptis aureorum decem millibus, oppidoque, quod Bononienſe dicitur, Vrbem Pontifici permitteret. Igitur idibus Iulij Bononiæ ab eo deditio facta eſt. recepta procuratio Cardinali Condelmerio credita. Antonius exiguo cum comitatu ad Brachium primo, tum ad Pontificem delatus, ab eiſque honeſtiſſimè exceptus in fide poſtea permanſit.

Alphonſus Rex Corſicã inuadit.

Biza. l. 10. Foliet. l. x.

Alphonſus Aragoniæ, ac Siciliæ Rex belli, ac pacis artibus inclytus, Corſicam ſuorum olim maiorum, nunc verò Genuenſium ditionis Inſulam recipere cum cogitaſſet, primoribus illius incolis pertentatis, ac muneribus corruptis, valida cum claſſe illam inuaſit, Caluoque oppido potitus. Bonifacium munitam æquè Vrbem, quam veteres Siracuſanum portum dixerunt terreſtribus, maritimiſque copijs obſedit; obſeſſorum tamen

vir-

virtute, ac Genuenſium auxilijs fractus obſidionem ſoluere coactus eſt, atque inglorius abſcedere.

Neapolitani Regni res. Hoc tempore infœlix erat Neapolitanorum condicio ſub muliebri dominatu. Ioanna ſanè propter indomitas libidines, nec ſatis fœlices apud omnes male audiebat, nã vt procos erudito oculorum iudicio eligebat, ita fermè ſelectis ſeruili patientia ſuberat. regio nonniſi nomine carebat Ioannes Caracciolus. Is Sfortiam ob belli gloriam poteſtatis nunc, olim etiam amoris æmulum inſidijs, doliſque malis adortus eò adegit, vt ille, ſuis ipſe viribus haud ſatis fidens, Ludouicum Andegauenſem tertiũ hoc nomine ſecundi filium ad paternum, auitumque Regnum, ſe authore, ac adiutore capeſſendum euocauerit, Neapolitanis pleriſque omnibus vrgentibus, Martino autem Pontifice aut conniuente, aut etiam adnitente. Gratiſſimum id Ludouico accidit, apud quem Sfortiæ nomen iam diu clarum erat, & Paternæ ad Lyrim victoriæ eius præcipue virtute partæ memoria commendabile. ne quid autem morari videretur aureorum xxx. millia ad belli ſumptus per eundem nuncium ad eum miſit. addidit litteras, quibus eum Proregem,

Lud. III. Andegauenſis.

Sfortia deficit à Ioanna.

Re-

Regijque exercitus Imperatorem eſſe iubebat cum inſigni veterum, recentiumque in ſe, ſuoſque meritorum commemoratione. His ille receptis nouo ſtatim delectu habito, Regni fines ingreſſus eſt nemine adhuc, ne militibus ipſius quidem rei conſcijs, aut nouam cum Gallis ſocietatem ſuſpicantibus. tùm verò concione ad milites habita, conſilium illis ſuum aperuit, decuſſoque Ioannæ vexillo, Andegauenſe extulit, militariſque conclamatio conſequuta eſt. Tantæ defectionis nuncius mirè Ioannam, ac Regiam vniuerſam commouit. reputabant non ſe inermes modo contra armatum, eumque fortiſſimum virum numeroſo veteranorum exercitu præſidente, crebriſque iniurijs irritatum, cui vires Galli non defuturas ſuppeditarent;quem porro cladem auertere, ac ruinam poſſe, ſi Andegauenſis factionis homines iam inde à Ladiſlao bonis omnibus ſpoliati in ſpem recuperandæ priſtinæ fortunæ veniant. quis transfugia, quis proditiones, quis inteſtina arma caueat? Ea in totius Regiæ trepidatione conſilium; vt in re trepida, captum eſt delectum in Vrbe, extraque eam habendi, nauigia vndique, & commeatum conquirendi. in primis

verò

verò Legationem ad Pontificem inſtituendi. Is ſi alieno eſſet animo, Mediolanenſium Ducem, aut Venetos ſollicitandos. Lectus in eam curam eſt vir Patricius Antonius Carafa. qui Florentiam delatus ad Pontificem demerendum parùm ex ſua, aut illius dignitate initio ſtatim dicendi, diuiſuram Ioannam Pontificijs propinquis Regnum omne pollicitus eſt. quare Pontifex ſuboffenſus, *paucorum libidinem, atque auaritiam plus ſuis admonitionibus, plus æquitate, ac iuſtitia apud Reginam valuiſſe dixit: incendium, cui extinguendo regiæ vires nunc pares non ſint, nullo negocio prohiberi, aut reſtingui potuiſſe: nunc à ſe auxilium peti, cuius preces prædictionéſque contempſerint. quid verò à ſe expectari poſſe, qui Petri Nauiculæ diuturno ex naufragio quaſſæ, ac vix ſuperſtiti præſideat? ſe quidem precario apud Florentinos ſedere, eorumque beneficio tenuem veteris Maieſtatis umbram tueri. neque tantum virium habere, vt inſeſſum latronibus Romanum iter expedire queat.* hæc ita loquutus eſt Pontifex, vt ſimul legato auxiliorum ſpem omnem præciderit, ſimul ſuſpicionem iniecerit, Andegauenſem non ſine ipſius voluntate in Italiam accitum.

Ioanna ad Martinũ legatio.

dum

Dum ergo eam curam coquit Antonius, & alia ſubſidia meditatur, incidit in Alphonſi legatum: agebat is Regis ſui cauſam haud ſanè fœliciter apud Martinum Alphõſo ſubiratum, quod Corſicam Eccleſiaſtici iuris Inſulam Genuenſibus eripere moliretur. Hunc neglectis Italicorum Principum lenta ſpe promiſſis aggreſſus ingentibus Caraſa Reginæ ſolitudinem, vergentes in ſenium annos demonſtrauit, haud ægrè adoptione in opulenti Regni hæreditatem Regem vocaturam. quam porro Regnum hoc Corſicæ, hoc eſt ſaxo ſterili, a quo diris etiam Pontificijs arceretur, præoptandum? id demum Reges maximè decere, vt afflictis Regibus manum porrigant. haud difficilem ſe Alphonſum Regem Ioannæ ſubleuandæ præbiturum Legatus reſpondit, dum ad eum ipſe Antonius legitimis cum promiſſorum confirmandorum mandatis accederet. miſſus ad hæc Neapolim à Plumbini portu celeri nauigio nuncius intra octauum diem rediit liberis ad rem tantam perficiendam cum mandatis Antonio datis, qui eodem ex portu ſtatim ſoluit, biduoque in Sardiniam ad Alphonſum delatus, Reginæ illi vota expoſuit, nec ægrè Aulicis quantum

Alphõſus Neapolim euocatus.

uis

uis repugnantibus, eum perpulit ad iter Neapolim maturandum. præmiſit tamen Raymundum Perilium cum triremibus XVI. totidem ferè nauibus frumento, alioque cõmeatu onuſtis, qui Neapolim vno, eodemque tempore cum Ludouico Andegauenſi appulit. Perilio arcis claues tributæ, quæ ab ouo nomen habet, fidei pignus, ac decretæ adoptionis, cuius tabulæ ante ipſius Alphonſi aduentum, ab Antonio antea conſcriptæ, ab Regina, Regioque ſenatu confirmatæ ſunt. Non deſunt, qui tradant Martinum quoque ratam poſtea eam adoptionem habuiſſe.

Adoptatur Ioãna Regina.

Mariana. l. 20. c. x Afflic. deciſ. 18.

Hærebat adhuc Florentiæ Pontifex, cum à Græcorum Auguſto Legati ad eum venerunt optatam fidei cum Latinis vnionem pollicẽtes. rei perficiendæ miſſus eſt à Põtifice Petrus Fonſeca Cardinalis legatus, præmiſſuſque Antonius Maſſanus Minoritarum Ordinis Generalis Præfectus. Autumno porro ineunte Pontifex Florentiæ biennio fermè cum fuiſſet, Romam aliquando tandem acceſſit, exceptuſque eſt maxima cum omnium ordinum lætitia plauſuque. antequam Florentia diſcederet, Archiepiſcopali eam Eccleſiam dignitate ornauit.

Græcorũ legati ad Martinum.

Martinus Romam accedit.

Florentia Archiepiſcopatu ornata.

Ferunt hoc tempore apud Schid-

dam

Crat. Vard. l. 11. c. 3. dam Hollandiæ Oppidum Virgiuem Deo dicatam vixiſſe, quæ per annos duosdetriginta, nullo cibo potùue, ſolo Dominici corporis Sacramentò per ſingulos dies dominicos accepto victitauerit. porro cum Sacerdos exploraturus, an ſola Chriſti corporis virtus fœminam ſuſtentaret, Hoſtiam haud quaquam conſecratam eidem attuliſſe, eam verò tum viribus planè deſtitutam ſeminecem iacuiſſe, vt niſi citius dominicæ Euchariſtiæ oblatio præſto fuiſſet, animam eſflatura videretur.

Ann. Chri. 1421. *Dubr. l. 26. Cochl. l. 5.* Martini edicto profligati Huſſitæ ad inuidiam, ac odium publicum auertendum, Conciliabulum Pragæ coëgerunt, cuius acta ab Authore hic referuntur. illud tamen accidit non inſolenter, vt conflato inter eos Schiſmate duplex ſecta extiterit Taboritarum, ac Pragenſium; & hi quidem propius à Romana Eccleſia recedebant; Illi vetera omnia recudebant: quod & noſtrorum patrum memoria de Proteſtautibus, ac Puritanis apud Angliam vſu venit. Ex eiſdem germen aliud infœlix prodijt Adamitarum, quibus nullum indumentum, promiſcua erant connubia, vagi concubitus, nulla temporis, lociuè habita ratione. hanc pluſquam *Huſſitæ inter ſe diuiſi. Adamitæ.*

quam cynicam obſcænitatem non Catholici modo, ſed Huſſitæ ipſi auerſati ſunt. Itaque Dux eorum Ziſca vir alioquin perditiſſimus, ex his plures viros pariter, ac mulieres igni tradidit, & hæc quidem laudabiliter, ea nonniſi immaniter, dum furialibus cum copijs cæcus Ductor Cœnobia paſſim excindere, Templa incendere, pagos diruere per ludum conſueuit. his vt obuiam iret Sigiſmundus exercitu in perduelles comparato, fuſus tamen ab eis, ac fugatus eſt; quare illi animis, ac viribus aucti, facinus exinde nullum intentatum reliquerunt.

Huſſitarum facinora.

Sigiſmundū Regē vincunt.

Receptus Romæ Pontifex ad collapſa illius Templa, publicaque, ac priuata ædificia inſtauranda animum adiecit. exinde curis agitari maximis cępit, dum Neapolitani Regni competitores Ludouicus, atque Alphonſus ambitu pro ſe quiſque maximo certatim eum ſollicitant.

Hærebat adhuc apud Siciliam Alphonſus, Ludouicus Neapoli imminebat, cui ab Vrbe depellendo Ioanna Alphonſi ipſius ſuaſu, Brachium aduocauit, Capua illi, atque Aquila, nobili vtraque Vrbe beneficiario iure attributis. diſceſſit Peruſia Brachius tribus cum vetera-

Surit. l. 13. Conſtant. l. 14. Sumō. l. 4. Collē. l. 5. Fac. de Reb. Alph. l. 1. & 2.

ranotum equitum millibus, tanta cum celeritate Neapolim delatus, vt ipſius aduentus nuncium præceſſerit. Ex itinere Sfortianos equites ad Capuam vicit, Neapoli dein receptus expedire iter in Calabriam, ac Lucaniam iuſſus ad cõmeatus recipiendos, oppida complura ſtatim recepit, ex quo annonæ caritas leuata eſt. Quo tempore Alphonſus valida cum claſſe ex Sicilia Neapolim appulit, exceptuſque eſt à Regina, illiuſque ſtudioſis, veluti ſalutare numen; tum quod militem languere otio nollet, quodq; niſi Acerris receptis laxari annonam nequaquam poſſe exſtimaret, oppidum obſidione cinxit. porro quod conatu irrito admotis ſcalis muros peruadere tentaſſet, longaſque ſegnis obſidionis moras aſpera iam hyeme metueret, magnum Bombardarum numerum, inſuetum ea fermè tempeſtate malum, contraxit, hiſque muros, fragore tamen maiore, quàm fructu verberauit; quippe obſeſſi quacunque murus deiectus viam hoſtibus aperuiſſet, nouis propugnaculis ſeſe muniebant, conatuſque illorum irritos faciebant. id adeo inſigni cum fortiſſimorum militum iactura expertus Rex eſt.

Bratchius Neapoli.

Item Alphõſus.

Bombardarum vſus.

Regni cladem, quæ haud dubiè

ex tantis motibus metuebatur, vt auerteret Martinus, e Purpuratorum Patrum Senatu Legatos conſtituendæ inter eos paci ad vtrumque Regem miſit. Ludouicus nulla palam tum cauſa, ſed rei pecuniariæ, vt poſtea compertum eſt, neceſſitate adductus, repente Acerras fidei Cardinalium, qui pacis ſuaſores vltro citroque cõmeabant commiſit, inducijs vero ad menſes aliquot pactis, ipſe omnium cum admiratione Romam ad Pontificem abijt, belli cura ita abiecta, vt præſidia ex omnibus Regni Vrbibus deduxerit, Vrbeſque ipſas eorumdem fidei Cardinalium permiſerit, ancipiti de ſe hominum opinione relicta. Is belli tanta cum totius Chriſtiani orbis expectatione concitati finis fuit.

Lud. Andegauenſis Regnum deſerit

Supererat etiã num Petrus Luna, ſeù Benedictus Pſeudopõtifex vſurpati olim Pontificij nominis retinendi adhuc certus. Habuit Alphõſus Neapolitani petitor Regni, quẽ Martino Pontifici opponeret, ſi vel adoptionem confirmare abnuiſſet, vel receptas in fide aliquot à Ludouico Vrbes tradere diſtuliſſet: vel quod ſumma rei erat adipiſcendo Regno impedimento ipſi vtcumq; foret. Enimuero poterat pro libidine Alphonſus ſuæ ditionis Regna

Ann. Chri. 1422. Surit. l. 53. Sumõ. l. 4. Conſtant. l. 14. Fac. l. 2.

Si-

Siculum, atq; Aragonicum à Martini obſequio ſubducere, ac Benedicto iterum addicere, quo labores pro conficienda vnione hactenus exantlati ceſſuri in irritum fuiſſent, ſi ſchiſma iterum reuixiſſet. opus itaque Martino fuit enixè apud Ludouicum agere, eique perſuadere, vt quicquid vrbium duorum fidei Cardinalium permiſerat Ioannæ Reginæ, atque Alphonſo redderet; quod ſanè haud ægrè impetratum eſt. Aquila tantum recedere a Ludouico detrectauit, non tam illius caritate, quam odio Brachij, cui tradita ab Ioanna fuerat. Pontificis, ac Legatorum opera pacatis Regibus, par erat, vt Duces quoq; in gratiam redirent. igitur & ipſi infeſtas tandiù dextras ad Sacomaniam Campaniæ Syluam iunxere. Subinde Sfortia Caietam ad Regē ac Reginam ſalutandos venit, vbi ſi Iouio fides habenda eſt, ingens vitæ periculum adijt. Rex eum ſiue ira, ſeù liuore culleo inſutum vndis tradere conſtituerat, qua de cauſa in Regiam eum triremem inuitauerat. adſtabant iam facinoris miniſtri Regis nutum expectantes ignaro tantæ atrocitatis ipſo, in quem parabatur. Cardinalis interim Legati nauis citius Regis opinione, proximo ſuperato promontorio

Pax inter Alphōſum, ac Ludouicum.

Item inter Sfortiam, ac Brachium.

Sfortia vita periculum adit.

torio, in conſpectum venit, qua Rex conſpecta ad inſitam humanitatem redijt, ſecum ipſe reputans, quàm fœdum facinus, ac inuidioſum moliretur, ſi præſertim hoſpitis Cardinalis oculos funeſta clariſſimi Ducis nece violaret. Conceſſerant Caietam Reges, quod Neapolim dira lues corripuiſſet. Legatos inde ad Martinum miſeruut, qui Ius Alphonſo ad Regnum impetrarent, proque eo iuſiurandum ex formula præſtarent, quod & ex voto per actum eſt.

Genua Philippo Maria deditur. Genua interim accepta à Mediolanenſium Duce clade, Fulgoſij Ducis, ac reliqui ſenatus deditione in illius iterum poteſtatem tranſijt. *Bizar. l. 11. Corius p. 3.*

Boemorũ turba. Pace apud Italiam parta, Martinus ad Boemiam, ſi fas, pacandam animum adiecit. itaque cum perduelles Sigiſmundo Rege publicè exauctorato, Regnum Victoudo Lituaniæ Duci, qui & Alexander dictus eſt, concordibus inter ſe votis detuliſſent, literas ad eundem Principem dedit, quibus illum à nefario conſilio diuini, humaniq; iuris proditores iuuandi abſterruit, tum in eoſdem ſacrum inſtaurari bellum iuſſit. quare Ziſca efferatior redditus promiſcuè in Catholicos, ſiue vtcumque pacis amatores, maximè autem in Clerum,

Ziſchæ Ducis ſæuitia.

reſque

reſque Sacras ſæuiebat. Templa ſolo æquabat, Cœnobia diripiebat, Sacras imagines comburebat, Clericos, ac Monachos, qui alicuius exiſtimationis eſſent, flammis plerunque viuos tradebat, aut ſupplicijs alijs quæſitiſſimis ſubijciebat; viliores, vt ludibrio eſſent plebi, virilibus exſectis dimittebat.

Maſſon. l. 4 Ann. Æmil. P. Æmil. in Car. Gagu. l. 9. Philippus Burgundiæ Dux paternam vlturus necem Pariſijs captis exactoque inde Carolo Galliæ Delfino, qui necis Autor fuerat, Carolum quoque Regem mentis impotem ceperat, cumque eo filiam Catharinam, quam Henrico Angliæ Regi deſponderat, Hæredeque Regni à Patre ſic affecto ſcribi, Delfinum exhæredem fieri per ſummam ea in Regia authoritatem curauerat. ea ex re florentiſſimum olim Galliæ Regnum ad extremam pene vaſtitatem redactum eſt. hæc quoque dum curare pro iniuncto ſibi munere miſſo in Galliam Nuncio Martinus ſtudet, Rex vterque Carolus, atque Henricus eodem ferè tempore deceſſere. Henrico filius eiuſdem nominis adhuc impuber ſucceſſit, quem & Galliæ Regem paterni nominis ſtudioſi eam apud Gentem dixere; quamquam Carolus Delfinus nullis iuſtis Parenti factis, ſumpta purpura *Galliæ atque Angliæ Regiũ obitus.*

ſe Regem appellauit.

Tyberis eluuio. Vertente anno Tyberis eluuio maxima ſequuta eſt, qua Vrbis plana omnia demerſa ſunt maxima cum Ciuium clade, ædificijs exindè pluribus vix dum extrui, aut inſtaurari à Pontificis acceſſu coeptis aquarum impetu, aut madore poſtmodum collabentibus. *Plat. in Mart.*

Concilii Ticinẽſe. Aderat præſcriptum Synodo Ticinenſi celebrando tempus ex Cõſtantienſi decreto. Miſſi, itaq; à Martino Legati ſunt Ticinum, qui Synodum auſpicarentur. conuenere aliundè alij non infrequentes, cum repentè dira lues Vrbem inuaſit, coactique ſunt Patres ex Pontificis ſententia Senas migrare, quò frequentiores in dies Epiſcopi, ac Principum Legati conuenere. celebratæ inibi ſunt Seſſiones aliquot, editique Canones. cæterum coortis inter ipſos Patres, tum inter Alfonſum, ac Ioannam diſſenſionibus, ex quibus Ille infenſior Pontifici redditus negocium eidem faceſſere ſuper Pontificatu inſtituit, Synodus eodem Pontifice aut permittente, aut iubente ſoluta eſt. *Ann. Chri. 1423.* *Senas transfertur.* *Diſſoluitur.*

Ioãnis Caraccioli artes. Ioannes Caracciolus Reginæ amaſius culminis, quò conſcenderat depreſſionem, fortunæque ſuæ ruinam ex Alfonſi Regis adoptione proſpectans, illiuſque paratas in ſe *Collen. l. 5 Facc. de reb. Alfi.*

iras

l. 2. Suritæ. l. 13. Cāp. de vit. Brac. l. 6. Bomb. de Sfo. l. 2.

iras facilè conijciens, ſuſpicionum ſemina neglectim primo inter eum ac Matrem ſpargere inſtituit, mox vbi Reginæ aures amor, timorque dabant apertius; poſtremò palam odiorum cauſas ſerere. auditas eius voces, quibus ſignificaret, impudicos matris mores ſibi coercendos. Vrbes, Arceſque, quæ in fidem rediiſſent Alfonſi, non Matris nomine receptas: Proceres, qui Andegauenſem deſeruiſſent, in Alfonſi verba adactos: veteres Regiæ clientes honoribus, ac muneribus excludi, Catalanos ornari, his Arces credi, Vrbes committi: vnum hoc supereſse, quod moliri eum omnes ſibi perſuaderent, vt ſolus regnet Alfonſus, æternis vinculis damnetur Regina. His illa, aliiſque perſimilibus haud ægrè permota, Regiæ Domus anguſtias cauſata, poſt reditum Caieta Neapolim, Arcem nouam Alfonſo liberam reliquit, Capuanam ſibi delegit. ea res altè animum Alfonſi vulnerauit, ſuſpicatuſque id quod erat, Caracciolum odiorum faces ſuccendiſſe, illum in Regiam Senatus habendi cauſa cum aliis vocatum in vincula coniecit. tum equo vectus, antequam rei manaret rumor, Reginam adire properauit, ſiue vt facti rationem eidem redderet, ſiuè, vt illam

Diſſidiū inter Alfonsū, ac Ioannā.

quoque comprehenderet. Ea tamen præmonita Regem ædibus excludi iuſſit nequicquam ſuum, ac Matris nomen inclamantem. vbi nulla in verbis ſpes reliqua viſa eſt, ad vim ventum eſt, Arxque aggere, ac foſsa circumſepta. Ioanna eo in diſcrimine Pontificem captiuitatis ſuæ admonuit, tum Sfortiam citatis Nuncijs ad opem ferendam euocauit: præſto ille ſtatim fuit; antequam autem hoſtile quicquam tentaret, Alfonſi animum per caduceatores explorare ſatius duxit, an is arma ponere, cum Matre in gratiam redire cogitaret. vbi Rex ſuo ſe arbitratu Regnum moderari, non alieno velle reſpondit, in pugnam illico itum eſt, qua Rex fuſus, vix ſeſe in Arcem nouam recepit, in qua & obſeſſus à victore Sfortia eſt, qui paulo ante Reginam ipſe obſidebat. Fractum eo prelio Alfonſum, obſeſſumque ſors, quæ nunquam illi pertinaciter obſiſtere viſa eſt, erexit. præſtò inſperatò fuit ipſius claſſis, quæ haud ita pridem Barcinone ſoluerat. milite ad Arcis foſſam expoſito, quod Sfortia paucis ad illius obſidionem relictis, Auerſam recepturus diſceſſiſſet, obſidio ſoluta & Vrbs ipſa Neapolis, eruptione ſimul ex Arce facta, recepta eſt. Sfortia iterum Neapolim

Sfortia à Ioãna euocatus.

Alfonsũ fugat, & obſidet.

Obſidio ſoluitur.

lim delatus, Reginam Arce Capuana eductam, Nolam, indeque Auerſam haud paulo tutiorem, & tum quidem proditione receptam Vrbem, auexit, quod Brachium Alfonſi accitu infeſto agmine Neapolim properare intellexiſſet. Eo in rerum ſtatu Ioanna cum eſſet, ipſius Sfortiæ, vt ferunt, ſuaſu adoptione Alfonſo, ob ingrati animi notam, abrogata, nouis codicillis Ludouicum Andegauenſem adoptauit, idque à Martino Pontifice ratum haberi per Legatos petijt, ac impetrauit. Igitur Ludouicus, qui Romæ adhuc hærebat, ex hoſte filius repente factus Auerſam ad Ioannam ſalutandam, ac demerendam profectus eſt. tum Carocciolus apud Regem captiuus ea lege redemptus, vt pro eo nonaginta fere Duces ac Proceres, qui apud Sfortiam ex Regijs captiui erant, redderent. Andegauenſis interim factionis homines nouo propemodum Ludouici exortu reuiuiſcentes, vetera ſeditionum mala Alfonſo minitabantur. his accedebat Catalanorum ex ſæuitia Neapoli infenſum nomen, quorum improbare mores Alfonſus poterat, corrigere non poterat; quo factum vt Brachij ad Aquilam ſedentis ſollicitare aduentum litteris, ac nuncijs non

Ioãna Alfonsũ exheredat, Ludouicum adoptat.

deſtiterit. Is vt deſerere ipſe obſidionem noluit, ita copiarum partem expetenti Regi ſubmiſit. Eodem ferè tempore & Ludouicus ad Neapolim caſtra propius admouit, & Alfonſus, Henrici Fratris captiuitate audita, quem Ioannes Caſtellæ Rex dolo ceperat, in Hiſpaniam abijt, Petro itidem Fratre, qui ſummæ rerum Neapoli præſideret, relicto, & de Martino Pontifice, quam deſtinauerat animo vindicta in aliud tempus dilata.

Alfonſus Hiſpaniã repetit.

Alfonſi abſceſſu, tum fœdere à Ludouico, & Ioanna cum Pontifice, ac Vicecomite ſancito, Brachij denique caſu, Hiſpanorum apud Campaniam res paulatim labi cæperunt. Quo tempore Boemi Ziſca Duce Regno exactum Sigiſmundum ad pudendas pacis condiciones adegerunt. Galliæ Regnum, Henrico, ac Carolo illud vindicantibus, diutino vexatum bello, ruere ad interitum viſum eſt.

Subit annus ſæculi quartus ac vigeſimus Sfortiæ, ac Brachij, tum Petri Lunæ, ac Ioannis Ziſchæ obitu memorandus. Aquilæ obſidionem vt ſolueret, vtque inde Brachium auerteret, Pontificis, ac Regum iuſſu validis cum copijs Sfortia properabat; iamque ad Aternum Fluuium (Piſcariam hodie appellant)

Ann. Chri. 1424.

P. Iou. in vit. Sfort. Bomb. de eodem.

lant) peruenerat, cum inſtabili vado illum traijciens, atque in tuto propemodum collocatus; Armigerum adoleſcentem incautius progreſſum vndis corripi, mergique vidit; illum igitur educturus dum accurrit, vorticibus ipſe hauſtus eſt. cadauer, quod mirum, diu ac ſedulo quæſitum nullibi repertum eſt. Sfortiæ filius Franciſcus, ac reliqui copiarum Duces, nonniſi poſt noua Pontificis, ac Regum mandata Aquilæ demum propiores facti ſunt. tanta fuit Brachij audacia, vt nihil magis veritum feratur, quam ne exiguo detrimento hoſtes cerneret profligatos. Itaque tubicinem ad eorum caſtra miſit cum litteris, quibus liberum eis fore prærupti montis, qui medius erat, aſcenſum, deſcenſumque, dum in plana euaderent, atque aciem inſtruerent, pollicitus eſt, & vero etiam ex fide præſtitit, cum alioquin & montis verticem militari antea præſidio caſtellis ibidem excitatis munijſſet, & illius fauces obſtruere haud ægrè poſſet, hoſtileſque copias paulatim carpere, dum per eas in plana euadere niterentur. pugnatum eſt magnis vtrinque animis, ac viribus, & iam victor Brachius palantes hoſtes premebat, cum Nicolaus Piccininus quatuor

Sforza fluuio mergitur.

Campan. inuit. Brachij.

Brachij ſũma audacia.

Eiuſdẽ pugna ad Aquilã.

cum turmis Equitum ad quatuor Vrbis portas, ne Ciues erumperent, excubare iuſſus, quaſi debellato, veluti ad prædam accurrit, quæ res Brachio exitio fuit. quippe Ciues magno numero Vrbe egreſſi haſtati plurimum, prælio iam feſſis equis confertim immixti, eos ferme ad vnum ſuffoderunt; Brachius ipſe accepto vulnere in hoſtium poteſtatem venit, ac poſt triduum mœrore animi, fiue, vt quidam tradunt, adacto in vulnus per vim Chirurghi ſtilo, interijt.

Victus captus poſt trium dierũ moritur.

Alfonſo adhuc ſuberat Neapolis Petro illius Fratre rebus prȩſidente, cum is ab Italis, qui ſub eo merebant, deſertus, relicta Vrbe in arcem recepit ſeſe, indeque in Siciliam, ac demum in Hiſpaniam nauigauit.

Benedicti Antipapæ obitus

Ad x. Kal. Iunias Benedictus Pſeudo-Pontifex nonagenarius deceſſit. duo ex eius aſſeclis ſupererant Pſeudo-Cardinales. Hi ad ſe pertinere noui Pontificis electionem rati, Alfonſo in primis adnittente, Aegidium Munotium Canonicum Barcinonenſem nouum Pontificem dixere, Clementis nomine eidem indito. Hunc aduerſus Orbis terrarum conſenſum oblatum honorem ſuſcipere abnuentem, Alfonſus, vt Martino incommodaret, ad illũ demum recipiendũ impulſiſſe dicitur.

Clemens Antipapa.

Per

Aubert. Miraus. Per idem quoque tempus obijt Ioannes Ziſca ſæculi portentum, de quo illud traditur ſcitu periucundum, morti proximum ſuis imperaſſe, vt defuncto ſibi pellis detraheretur, inque vſum timpani militaris aptaretur terrori hoſtibus futura, quemadmodum viuens ipſe perpetuo fuiſſet. Sed neque idcirco à ſeditioſis quies, quippe alijs aſſumptis Ducibus furere in Catholicos vt cum maximè perrexerunt. *Ioannis Ziſcha obitus.*

Hoc eodem anno Martinus Pontifex Lateranenſem Baſilicam inſtaurauit, ædeſque ſibi ad XII. Apoſtolorum templum extruxit, quas etiam num poſteri ex ipſius Gente incolunt. *Ædes à Martino extructæ.*

Ann. Chri. 1425. Martinus poſt damnatum Anathemate Pſeudo-Pontificem, delectoſque ab eo Cardinales, Legatum ad Alfonſum deſtinauit Petrum Fuxenſem Cardinalem. hunc Carpentoratum delatum per nuncium Rex monuit, ne progrederetur, non enim ſibi vacare legationem huiuſmodi audire: multa inſuper de Pontifice conqueſtus. ſimul Genuenſes ad Vicecomitis iugum excutiendum, Florentinos ad eumdem, ac Pontificem hoſtium loco habendos extimulauit. proindeque claſſem Thomæ Fulgoſio ſubmiſit, qui poſt Patriæ Principatum amiſ-

ſum Serazanæ veluti in exilio agebat. Florentini non in foedus modo iere ipſi, ſed et Venetos iu illud pertraxere; in eādem quoque ſocietatem venere Mantuæ, ac Ferrariæ Reguli, tum Dux Allobrogum Amedeus.

Foedus cō tra Vicecomitē. *Sabel. enn. x. l. 1.*

Eodem hoc tempore Martiuus Pontifex Louanienſem Academiam Diplomate ſuper hoc edito confirmauit. Et D. Franciſci Sacrum Ordinem illuſtrabat Bernardinus Senenſis in ſacris concionibus mirus animorum concitator. *cuius res geſtas fusè Author hoc loco refert.*

Louaniēſis Academia. *S. Bernardinus.*

Hoc anno Iubilæi Romæ celebritas reuocata eſt innumera populi multitudine in eam confluente, quod & tranquillior in ea eſſet rerum ſtatus, & maxima annonæ copia vigeret.

Iubileum. *Ciaccon. in Mart.*

Foederati aduerſus Vicecomitem Principes, atque Reſpub. metuendas in eum copias conſcripſerant, cum Alfonſus de pace ab eo interpellatus, recepto Portu Veneris atque ericis caſtro, ſocios deſeruit, quo factum, vt hi quoque poſtmodum cum eo in gratiam redirent.

Dum hæc apud Italiam geruntur Saladinus Aegyptius Ioannem Cypri Regem prælio victum capit, Nicoſiam Vrbem capit, Inſulam

Saladinus Aegyptius. *Mier. l. 16. Boſſ. l. 5.*

exin-

exinde reliquam foede populatur. Ea de cauſa, tum quod Rhodo Barbarus immineret, ſacrum bellum in eum à Pontifice indictum, cui Germani plurimum, ac Flandri nomen dedere. horum metu Saladinus captiuum Regem cc. aureorum millibus redimi paſſus eſt, quinque inſoper millium tributum ab eo pactus. *Cypri eiuſq; Regem capit.*

Ann. Chri. 1427. Apud Galliam Angli, ac Franci de Regni poſſeſſione vt cum maxime contendebant. Hi Carolũ VII. domi natum Regem propugnabãt, Illi Henricum ſuum Gallis Regem obtrudebant, Ioannes Britanniæ Philippus Burgundiæ Duces, foedere apud Ambianum inito, ab Henrico ſtabant; qui tum Vrbes alias, tum Pariſios obtinebant. Cœterum Ioannes Anglorum demum potentiam longe maximam ſuſpectam habens, ad Carolum defecit. Iacobus quoque Scotorum Rex ſuppetias eidem miſit, quo haud modica rerum conuerſio facta eſt. *Gallia atque Anglia Regũ dimidium.*

Legatus interim Apoſtolicus, quẽ Alfonſi Regis denunciatione Carpentorati diximus ſubſtitiſſe; æquiorem illum nactus, facta ſibi poteſtate Regem ipſum adeundi, legationis munus foeliciter peregit, Illumque adeò ad ſchiſma deteſtandum, tollendumque, atque Ae-

gydium Munotium Pſeudo-Pontificem deſerendum adegit. *Rem Author ex eiuſdem Legationis Actis hic volatis fuſè tradit, quem require.*

Diuturnũ ſchiſma ſublatum. Ipſius porro Aegidij abdicatio, qua diuturniori ſchiſmati, ac poſt hominum memoriam maximo finis allatus eſt, poſt biennium ſequutra, quo & Pſeudo Cardinales ab eo creati exauctorati ſunt, ipſe autem Aegidius Maioricenſi Epiſcopatu donatus deinceps quieuit.

Rebus cum Alfonſo conſtitutis, pacíſque inter Vicecomitem, ac foederatos hoſtes legibus iam firmatis, cum nihil amplius turbarum in Italia timendum videretur, Bononienſium à Pontifice defectione Guiniſij Lucenſium Tyranni deiectione bellum recruduit. Pontificius Bononiæ Legatus pace, quam diximus, firmata, Ludouicum Sanſeuerinum ſexcentorum equitum Ductorem Vrbis antea præſidio euocatum exauctorauerat. Is rem ægrè ferens, dimittere, aut in officio continere milites vix potens, euocatum ſe à Venetis ſimulans, ab eiſque ſtipendia expectare, diutius in Agro Bononienſi ſubſtitit, Ciueſque interim Pontifici parum æquos, quorum præcipui erant Caneruli, ſuam ipſius operam pollicitus, ad defectionem compulit. res non

Ann. Chri. 1428. *Blond. dec. 3. l. 3. Sigon. in vit. Hic Alb. c. 81.*

Bononia rebellat à Pontifice.

P. Guiniſius Lucæ Tyrãnus.

non ſine ſanguinis effuſione peracta eſt, Betiuolis præſertim Legati, atque Eccleſiæ partes tuentibus. Lucenſium turbas exciuit Nicolaus cognomento Stella, qui & Fortebrachius dictus eſt, Brachij ex ſorore nepos. Is quoque poſt pacem initam à Florentinis dimiſſus Lucenſium fines ingreſſus eſt populabundus, ſiue ſua ipſius ſponte, ſeù Florentinorum quorundam, quibus bella quæſtui erant. Lucæ tyrannidem occupabat Paulus Guinifius, qui quod ſuperiori bello neutræ parti addictus fuiſſet, extra pacis quoque foedera relictus fuerat. Igitur à Nicolao laceſſitus probè intelligens, non eſſe vnius Præfecti virium diutius in armis eſſe, nec niſi Florentinorum ope perfici rem poſſe, Nicolai iniurias cum eiſdem expoſtulauit: reſponſum ambiguum datum eſt, Amici hominis, eiuſdemque armati Fortebrachij inimicitiam in ſe nolle ſuſcipere: quicquid is egerit, acturuſue ſit, nullius ipſorum impulſu agere, nec ſuæ authoritatis eſſe ab incœpto illũ dimouere, qui ſui iuris eſſet. Guinifius Florentinorum artes veritus, Pontificem de his certiorem faciendum ſibi eſſe duxit, ab eoque, tum à Venetis, Vicecomite auxilia imploranda, &

Lucenſium turbarum origo.

Martinus quidem litteris ad Florentinos datis ab huiuſmodi eos belli conſilijs magnopere dehortatus eſt, auxiliorum porro ab omnibus Guiniſio ſpes facta, vbi Florentinos bello ſeſe immiſcere comperiſſet.

Sequenti anno Aegidij Pſeudo-Pontificis, quam diximus, abdicatio ſequuta eſt. *id quo pacto peractum ſit, ex iiſdem Fuxij Legati Actis Author hic docet, qui & Dertuſenſis coacta ab eo Synodi decreta refert.* Ann. Chri. 1429. *Gaguin. l. 10. Aemi. in Car. 7. Meier l. 16. Polid. l. 23.*

Aurelianenſem Vrbem obſidebant Angli, Galliæ Vrbibus alijs compluribus in poteſtatem iam redactis, eoque Ciues adegerant, vt dedendæ Vrbis conſilia non ſecum modo ipſi agitarent, ſed Burgundiæ quoque Ducem, qui ab Anglis ſtabat, ea de re interpellarent; cum raro ad hanc diem exemplo, ac prodigio, vltima iam metuentibus Oppidanis Deus opem tulit. Ioanna Darcia Virgo erat in agro Tullenſi duodeuiginti annos nata ouium cuſtos Patre agricola. Hæc diuinitùs, vt ferunt, monita ad ſoluendam Aureliæ obſidionem, & Carolum Regem tot anguſtijs explicandum vltro eum adijt, ac fide facta, Aureliam militari cum ſubſidio miſſa, fractos non vno prælio Anglos Vrbe repulit. Regem Rhe- *Mirū de puella Aureliāneſi.*

mos

mos ad ſacra Regni ritè capienda fœliciter perduxit, tum vbique victrix hoſtes hactenus infeſtiſſimos Gallia propemodum vniuerſa exegit, Oppida ab his capta recepit. Porro ipſa Virgo eximiæ pudicitiæ, ac ſanctitatis fuiſſe dicitur, nihil muliebre agitaſſe, aut loquuta fuiſſe. ſacra confeſſione quaque fere hebdomada crimina eluiſſe, diuinam Euchariſtiam frequentius ſumpſiſſe, de rebus arduis, ad Religionem præcipue pertinentibus ſcitè, atque eruditè reſpondiſſe: quo tempore ad Regem primũ adducta eſt, illum inter Aulicos nulla re inſignem data opera immixtum probe agnouit: negantem ſe Regem eſſe, & eſſe reſpondit, & ſe Duce, Deo ita moderante, in libertatem vnà cum Regno vindicandum affirmauit.

Corporis Chriſti celebritas. Martinus interim Pontifex in tot rerum turbinibus, placando Numini. Sacroſancti Chriſti Corporis celebritatem nouo diplomate, *ab Authore hic relato*, recolendam edixit noxarum veniam per ſacras Indulgentias abundè omnibus pollicitus.

Meier. Ann. Fland. l. 16. *Ordo Militaris Aurei velleris.* Hoc pariter Anno Philippus Burgundiæ Dux cognomento Bonus Aurei Velleris militarem Ordinem inſtituit, cuius poſtea adminiſtratio, ac regimen hæreditario iure

ad

ad Hiſpaniæ Reges tranſijt.

Puella Angelianenſis infœlix exitus Sequenti anno longe aliam fortunam Ioanna Virgo nacta eſt, quippe ad Compendium Vrbem ab Anglis capta, ac Rhotomagum perducta, ignis ſupplicio affecta eſt. datum illi eſt crimen, quod magicis artibus inſtructa Anglis illuſerit; conſtans tamen fama eſt eam innoxiam damnatam. poſt annos ſanè XXVI. Iſabella Ioannæ Matre poſtulante cauſæ cognitione ex integro à Calliſto Pontifice Rhemenſi Antiſtiti, ac Pariſienſi demandata, ac teſtibus innumeris ſuper illius natalibus, vita, moribus, religione, rebuſque geſtis interrogatis, innoxia eſt pronunciata. cuius Iudicij Acta Pariſijs ſeruari adhuc dicuntur. Aurelianenſes ænea eam ſtatua beneficij memores donarunt. Ann. Chri. 1430.

Philippus Vicecomes à Guiniſio interpellatus eadem qua Florentini vſus arte; qui per Fortebrachium rem agebant, Franciſco Sfortia & ipſe veluti dimiſſo, per eum tutari Guiniſium, ac Lucenſes aggreſſus eſt. Cœterum cum Sfortia Guiniſium ipſum occultè cum Florentinis agere de Vrbe ipſis precio tradenda comperiſſet, illum cum liberis vinctum ad Philippum miſit, Lucenſibus libertatem reddidit. *P. Guiniſij captiuitas.*

Per.

Permiſit hoc anno Pontifex *Diplomete hic relato* Auguſtinianis Fratribus, vt S. Monicæ Sacrum corpus ab Oſtijs Tyberinis Romam in ſui Cœnobij Templum transferrent. *Corpus S. Monicæ translati.*

Florebat hoc tempore doctrinæ ac probitatis laude Thomas Valdenſis Carmelita Vuickleſitarum, aliorumque hæreticorum erroribus profligandis hoc ſæculo a Deo datus, *de quo multa hoc loco Author ex Tritemio, atque alijs in medium nffert.*

Ann. Chri. 1431. Sæculi annus alter ac trigeſimus Martini Pontificis vitæ poſtremus fuit, obijt autem x. Kal. Martij Pontificatus annum agens xiv. quod ſepulchralis docet inſcriptio æneo apud Lateranum monumento. Paulo ante obitum Synodum apud Baſileam indixit, cuius rei extat Diploma ab Authore hic relatum. Geſta huius anni reliqua in ſequentem librum reijcimus. *Martini V. obitus.*

Finis Libri XV.

AN-

ANNALES
ECCLESIASTICI
POST
CARDINALEM
BARONIVM

Ex probatis Authoribus, ac præci-pue ex Abrahamo Bzouio deſumpti

A LVDOVICO AVRELIO

PERVSINO

In Epitomen redacti.

LIBER XVI.

Reſpondens xvi. eiuſdem Auctoris Tomo.

MARTINI obitu nouus Pontifex tertio Comitiorum die renunciatus eſt Gabriel Condulmerius Venetus tit. S. Clementis Cardinalis, Piceni primò, tum Bononiæ Legatus, quibus in muneribus tanto ſe faſtigio dignum haud vulgaribus documentis oſtendit. Ann. Chri. 1431.

Digitized by Google

dit. Pontificatu mox inauguratus, Eugenius, qui Quartus eiuſdem nominis fuit, appellari voluit. certioribus exinde Regibus, reliquiſque Chriſtianis Principibus ſuæ ipſius electionis factis, eorum viciſſim legationes audijt, hortatuſque eos eſt ad pacem in primis colendam, diras inſuper his, qui eam quoquo modo violarent interminatus. Philippus Vicecomes omnium primus Pontificis tum monita, tum minas neglexiſſe viſus eſt, bello Venetis eidem ob Natalium neceſſitudinem obnoxijs denunciato, tum Lucenſibus, ac Senenſibus in Florentinos incitatis. Ea Philippi ab Eugenio alienatio, multarum deinceps vtriuſque calamitatum cauſa extitit. eiuſdem, vt creditum, impulſu Columnenſes, quorum præcipuus Antonius Salernitanus Princeps Martini ex Fratre Nepos, Vrbem infeſto agmine ingreſſi, licet ſtatim repulſi, ſuburbanum tamen agrum miſerè populati ſunt; quamquam alia eius defectionis cauſa ſubeſſe potuit, quod Eugenius congeſtum, vt putauit, à Martino aurum, vt erueret, Iordane Vrſino, ac alijs nonnullis, qui Columnios deiectos cuperent, ſuadentibus, domeſticos illius aliquot carceri addixerit. Indictam porro à Deceſſore

Eugenius IV.

Vicecomitis à Pontifice alienatio.

Columnenſiũ turba.

re apud Baſileam antea Synodum. vt proſequeretur, Iulianum Cæſarinum Cardinalem illuc legauit. Is antequam Baſileam accederet, Norimbergam profectus eſt, vbi Sygiſmundus Comitia Principum agitabat; decreta in his eſt noua in perduelles Boemos expeditio, quæ infœliciter ex more ceſſit. exinde Synodus celebrari eſt cœpta, articulis *hic recenſitis* antea præſcriptis. cœterum prima illius ſeſſione vix dum peracta, quod à victoribus Boemis vis timeretur, tum alijs de cauſis, illius celebratio Pontificis iuſſu Bononiam translata eſt. id tum alijs permultis, tum Iuliano Cardinali Legato accidit permoleſtum, nec Sigiſmundus æquo animo id paſſurus videbatur, qui tamen vt cum Eugenio coram hac de re ageret, tum vt Auguſtales ab eo titulos reciperet, profectionem in Italiam decreuit, pollicitationibus inprimis Philippi Ducis Mediolanenſium impulſus, qui pecuniam, commeatum, atque abundè omnia, ſpe Venetos, cumque his Pontificem ipſum euertendi, obtulit. Acceſſit itaque Sigiſmundus Mediolanum ad diem XXII. Nouembris, triduoque poſt ferream inibi coronam ex more ſumpſit. *huiuſmodi porrò inaugurationis ritum noſſe ſi quis cupit*

Conciliũ Bononiã transfert.

Sigiſmundus Italiã petit.

Cor. p. 5. Aene. Sylu. hiſt. Boem. c. 49. Burgat. hiſt. Mediol. l. 5.

pit Authorem conſulat. celebritati Philippus Dux nequaquam interfuit ægritudinem cauſatus, re autem ipſa tum illi ſuboffenſus, quod Pontificium Legatum apud ſe haberet, quodque illius, ac Venetorum rationem potius, quàm ſui habere Cæſarem intelligeret. quamobrem & ipſe Cæſar Philippo ſubiratus, quod præſertim arce ab eo exclusus fuiſſet, Parmam in Hyberna conceſſit.

Gliſcebat interim vetus inter Carolum Gallum, atque Henricum Anglum diſſidium, ex eoque bellum funeſtiſſimum. ſequuta etenim Caroli apud Rhemos inauguratione, Henricus quoque eius nominis Sextus Quinti filius eiuſdem Regni Diadema Pariſijs ſumpſerat. *Galliæ atque Angliæ Regũ diſſidium.* conciliandæ inter eos paci Martinus Pontifex Nicolaum Albergatum Cardinalem Bononiæ Antiſtitem legauerat, Huic à Martini obitu reditum in Italiam meditanti, idem Legationis munus Eugenius demandauit. Is igitur vtrumque Regem ſæpius alloquutus, inducias inter eos ad ſexennium firmauit, eas tamen haud cunctati Angli cum violaſſent, Nicolaus ſpe pacis omni abiecta, extrema Dei ope ſanandos Populos, ac Reges reliquit. *Sigon. in vit. c. 13. Pogg. in orat. fun.* *Nicolaus Albergatus.*

Qui conuenerant Baſileę Patres,

In primis vero Iulianus Cardinalis, auſu temerario Decretum de proſequutione Synodi promulgarunt, illud inſuper edicentes, Concilium ſupra Pontificem eſſe; tum vt ne nihil egiſſe viderentur, negocium cum Boëmis, haud tamen fœliciter ſuſceperunt. ad hæc Cæſarem perpulere, vt Synodi translationem pro viribus inhiberet, qua de re ille plures ad Eugenium litteras *hic relatas* dedit. tum Legatos ad eundem miſit, quorum commonitorium, ſiue, vt vocant, Inſtructionem, *hic pariter relatam habes; quemadmodum & epiſtolas alias permultas ab eodem Pontifice Sigiſmundo redditas, tum ad Baſileenſes ipſos, alioſque Proceres, ac Germaniæ Antiſtites datas. tum denique ipſius Baſileenſis Conuentus nomine ad Chriſtianos Principes, atque Antiſtites complures ſcriptas, viciſſimque ex eis receptas, quas ſi libet apud Authorem hic require* Pontificis litteræ, ac monita, tum ipſius Legatorum allata in rem argumenta tanti apud Cæſarem, ac Baſileenſes Patres non fuere, vt eos à Conciliabuli proſequutione auocarent. habitæ itaque hoc anno ſunt ſeſſiones octo, *quas fusè hic Author ex Actis refert.* Ann. Chri. 1432.

Sigiſ- Inter hæc Sigiſmundus Placentia Senas perrexit, tum illius rogatu

Ci-

Ciuium, quos ſecum adduxerat Germanos Equites in Florentinorum fines immiſit, quare territus in primis Pontifex Nicolaum Fortebrachium, ac Nicolaum Tolentinatem inſignes Duces ad ſua ſtipendia confeſtim euocatos, diſtincto Germano militi, ac Sigiſmundo, Florentinis ſubſidio miſit. *mundus Senis.*

Ann. Chri. 1433. Poſt annuam fermè apud Senas moram Sigiſmundus cum Eugenio Pontifice in gratiam redijt, tum Senenſibus vt cum Florentinis, Vicecomiti, vt cum Venetis æquis condicionibus pacem inirent author fuit. Romam itaque acceſſurus Legatos præmiſit, qui conſuetum iuſiurandum ex formula *hic relata* in Purpuratorum Patrum Senatu dixerunt. Ipſe autem Dominicæ Aſcenſionis die Vrbem ingreſſus, ad Pentecoſtem Auguſti titulos, atque inſignia Eugenio Pontifice deferente adeptus eſt, iure iterum iurando ex more præſtito, ac quadruplici diplomate cõfirmato. Peracta pompa ſimul Pontifex, atque Auguſtus equis vecti è Vaticano ad Aelium Pontem progreſſi ſunt, in quo loco Auguſtus idem Pontifici retrocedenti ſalute dicta Italicæ Nobilitatis Viros complures honoris cauſa equeſtri dignitate ornauit. Inſilienti in equum Pontifici apud *Sigiſmundus Romæ coronatus. Auguſti in Pontificem obſequiũ.*

Vati-

Vaticanum Auguſtus ſtapedam manu tenuit, deduxitque eum pedes ipſe ad extremam vſque aream, quę pro Templo eſt. Antequam Roma excederet ad xv. Kal. Iul. *Eclypſis Solis.* Solis deliquium ingens aſpexit, portentum, vt creditum, maximæ calamitatis, quæ ſtatim ab eius ex Vrbe digreſſu Eugenium excepit. *Auguſtus Germaniā repetit.* Recepto in Germaniam Auguſto, cum Italiæ res pacatæ ſatis viderentur, Philippus, qui maiòri quàm Pater animo, conſilio autem, ac fortuna haudquaquam pari, illius imperio inhiabat, turbare illam iterum adortus eſt *Nicolaus Fortebrachius.* Nicolao in primis Fortebrachio à Pontifice abſtracto, eoque in Romanum agrum, Franciſco autem Sfortia, cui Filiam Spuriam deſponderat, in Picenum immiſſo; eaque vt iure agere videretur, Vicarij Romanæ Eccleſiæ apud Italiam titulo à PſeudoSynodo vere confictè impetrato. Vtrique Duci, qui Eccleſiæ militare ſe iactabant, prona omnia fuere, certatim Vrbibus ac Populis ab Eugenio rebellantibus. Sfortia Piceni Vrbibus potitus, Nicolao, qui Tibure, ac Sabinis, Latiniſque ſubactis Vrbi imminebat, ſubſidio venit. *Continuatio Conciliabuli* Quo tempore apud Baſileam qui conuenerant Antiſtites ſeſſiones alias ſeptem *ab Authore hic relatas* pere-

Antonin. t. 22. c. 10. Blond. dec. 3. l. 4. Plat. in Eugen.

peregerunt. His, ſiue earum poſtremæ, quæ incidit in diem vı. kal. Decembris Auguſtus ipſe interfuit, authorque Eugenio fuit translationem Concilij ante biennium factam reuocandi, ac Baſileenſis proſequutionem decernendi, qua de re ipſius extant litteræ, quarum exemplum hic habes; quatuor proinde Cardinales Legatos miſit, qui Concilio præſiderent, poteſtate inſuper eiſdem facta abrogandi omnia per ipſum in Baſileenſes Patres decreta. Sed neque collatam antea Gardinali Cæſarino authoritatem imminutam voluit. Adfuere interim Boemorum Emiſſarij, ad quorum articulos publicis ea de re diſputationibus nabitis, ſigillatim reſponderunt ex Catholicis Viri eruditione, ac doctrina conſpicui. Diſceptationxs porro huiuſmodi noſse ſi quis cupit, Authorem conſulat fusè admodum hoc loco eas recenſentem.

Trãſlatio Cõcilij reuocatur.

Diſputationes cũ Hæreticis Boemis.

Hoc eodem anno Eugenius Pontifex, vt fidem, & cultum Sacroſanctæ Euchariſtiæ propagaret, Cõſtitutione *hic relata* Chriſti corporis celebritatem inſtaurauit noxarum veniam omnibus pollicitus, qui eam rite ex recepto pridem more peragerent. Quo tempore diem obijt extremum Lyduina Vir-

Celebritas Corporis Chriſti inſtaurata.

B. Lyduina Virgo. go apud Hollandiam, *cuius egregias laudes, vitæque merita* fuse Author proſequitur.

Amedeus Dux in Eremum Secedit. Amedeus huius nominis octauus Allobrogum Regulus, qui haud ita pridem Dux ex Comite dictus ab Auguſto fuerat, tædio rerum humanarum, ſiue instinctu pietatis nuncio humanis rebus remiſſo, in eremum ſeceſſit.

Ioannes, & Eduardus Luſitaniæ Reges. Moritur hoc eodem tempore Ioannes Luſitaniæ Rex, cuius obitu Regnum ad Eduardum filium delatum eſt.

Eugenio rebus fermè omnibus exuto, ac deſtituto vna erat ſpes reliqua, ſi Philippi Ducis Emiſſarios Sfortiam, ac Fortebrachium inter ſe committeret, alterutrum exaggeratis ſtipendijs ad ſe pelliceret. re incaſſum cum Fortebrachio tentata, Sfortiam demùm adegit, vt quatuor aureorum millibus menſe quolibet attributis; tum Piceni adminiſtratione, quoad viueret, permiſſa, Philippum Socerum deſereret, & Confalonerij Eccleſiæ munere, ac titulo, vt vocant, ipſius Eccleſiæ res tutandas ſuſciperet. Ann. Chri. 1434. *Blond. dec. 3. l. 5. & 6. Pla. in Eug.*

Nicolaus Piccininus. Re comperta Philippus Nicolaum Piccininum ſuum, vt aiebat, corculum, validis cum copijs Fortebrachio ſubſidio miſit, qui Viterbium ſtatim perrexit, reſque iterum Pon-

tificias

tificias in diſcrimen adduxit, Romanis exterrefactis, eaque de cauſa res nouas meditantibus. denique eò ventum eſt, vt ſeditione excitata ad Capitolium concurſum ſit, ac libertas magnis vocibus conclamata, tum Vrbis Portæ præſidio populi firmatæ, poſtridie Pontificem adeuntes multis apud eum belli incommoda, quæque in dies proſpicere pericula queſti ſunt, aliam proindè regendæ Vrbis rationem ineundam, remp. ſibi capeſſendam. Hadriani molem, Arcemq; Oſtienſem cuſtodiendam à Ciuibus, quos ad id muneris publico conſilio delegiſſent, eaque dum perficerentur, Franciſcum Cardinalem Camerarium ipſius Pontificis ex Fratre Nepotem obſidem interea dandum, tumultu maximo contendebant. Pontifice Vrbis regimen vt ſuſciperent permittente, atque adeò ſuadente, quod de Arcibus tradendis rem protrahere, ac tergiuerſari videretur, licentius in eum loquuti, manus in Nepotem iniecerunt, abſtractumque à Patrui ſinu abduxerunt; Pontificias ædes Satellitio ſepierunt eo conſilio, vt Philippo Duce, ac Baſileenſi Synodo poſtulante captiuum dederent. Ioannis interim militis Pontificis familiaris diligentia factum eſt, vt Mona-

Romanorum in Pontificē ſeditio.

Eugenij fuga.

ebum mentitus captiuus Pontifex ſtrigoſa mula per porticum ad ſcapham, quæ in Naualibus Tyberinis erat, deduceretur, eaque ad triremem apud Claudij olim Portum deueheretur. vix ſcapham conſcenderat, cum re detecta Populi concurſus maximus ad Tyberim eſt factus. porro ea fuit ſeditioſorum Ciuium temeritas, vt non conuicia modo in abeuntem, ſed ſaxa quoque, atque omnis generis miſſilia iecerint, equitatu inſuper, ac lembis inſequuti tantùm non ex fuga interceperint. hoc pacto Eugenius ad triremem vix euaſit: poſtridie in Centumcellenſem Portum delatus multos inibi Aulicos reperit, qui fugam ſimul, aut etiam antea, diuerſo itinere, arripuerant. Dedit indidem litteras ad vniuerſos Chriſtiani nominis Principes nefariæ captiuitatis, ac ſequutæ, Deo auſpice, liberationis teſtes, biduoque ibidem moratus, intra aliud quatriduum Piſas appulit. Florentini in maximum ſpem lucri, atque eximiæ dignitatis, ex Pontificis apud ſe mora, erecti, illum ex communis hoſtis manibus ereptum, maximo in Vrbem plauſu ad peruigilium Natalitiorum Diui Præcurſoris deduxerunt.

Eugenius Florentia.

Eodem ferè tempore, qui conuene-

uenerant Baſileæ Patres ſeſſiones alias quatuor non omnino ex fide celebrarunt. quippe Summum Pontificem Concilio ſubeſſe & ſtatuerunt ipſi, & decreto huiuſmodi, vt ſubſcriberent, Eugenij Nuncios, quos Legatis præmiſerat, coegerunt, tum Legatos ipſos nonniſi imminuta eis poteſtate receperunt. *Profeſſio ſcitio Concilij Baſileenſis.*

Blond. dec. 3. l. 6. Res interim peracta eſt Romæ ſcitu periucunda. Riccius quidam genere Hiſpanus acri, ac ſubdolo vir ingenio Campania profugus, Romam cum latronum manu delatus ſtipendia à Ciuibus pro ſe, ac ſocijs pelierat, cum ex voto non impetraſſet, inſuper & contemni ſe cerneret, dolo ſumere vltionem ſtatuit. diſſimulata itaque indignatione, Aeliam, inquit, Arcem auro, vt noſtis, refertiſſimam, Romani Ciues, tradere me vobis poſſe confido, ſi munera tanto facinore digna conſequi me poſſe intelligam. Cum & Centurionem habere illum perpetuum, atque adeò Septemuirali Magiſtratu, qui apud eos maximus tum eſſet, ornare ſpopondiſſent; conſtitutis vtrinque ſignis, quibus cæſo Cuſtode, ipſaque Arce capta, Nobiliores quique Ciuitatis accurrerent, fugam Riccius ſimulauit ex iniuria Romanorum, recipique ſe, ac ſuos

in eam impetrauit, tum aduentus ſui cauſam Balthaſſarem Offidanum Præfectum docuit, futurum, ſi ſe audierit, vt præcipuos Romanorum recipiendæ per fraudem Arcis ſpe adductos in poteſtate haberet, per quos Vrbem ipſam, aut certè captiuum Cardinalẽ Camerarium recuperaret. Nõ abnuit Præfectus, Duceſque reliqui, dolus vt procederet cupientiſſimi. Riccium intra promurale cum ipſius Socijs acceptum cuſtodiæ munera diu, noctuque obire; Romanis ſubindè ſe ſe e muris oſtendere, eoſque ad rei fidem conuicijs quoque laceſſere permittunt, viciſſimque eis voce tremula inſuſurrare, nutuue ac geſtu ſignificare, ſe ſe breui quod fuerat pollicitus confecturum. Die igitur quæ patrandæ rei viſa eſt accommoda, Balthaſar, quatuorque illius Decuriones vincti Riccio eiuſque manipularibus ſe permittũt: cõpletur omni ex parte Arx eiulatu, voces vndique exaudiuntur Riccium Arce potitum. Romani rei expectatione intenti accurrunt, pontiſque effractis repagulis patente porta Arcem ineunt. fuere hi Lęlius Magdalenius, Valerianus Mutus, Ioannes Columnius, alijque nonnulli, ne plures quam quibus obſiſtere fas eſſet, ingrederentur

tor-

tormentis æneis reliqui ab ingreſſu inhibiti, tum demũ Riccij fraudem, ac doli duplicitatem intellexerunt, coactique ſunt Nepotem Cardinalem, nec ita multò poſt Vrbis quoque regimen Eugenio dimittere.

Surit. l. 14. c. 18. Alfonſus Rex Eugenij vexationem in rem ſuam vertere ſe poſſe ratus, Legatos ad eum miſit Florentiam, per quos illum vt in Aragoniam concederet etiam atque etiam hortatus eſt, itineris ſe comitem cum fratribus daturum, nec tantùm commeatum, verum & receptum, ſedemque honorificam vbicumque locorum ſubſiſtere placuiſſet, aliaque omnia abundè pollicitus. Vtque acrius in ſua illum vota pertraheret, & Societatem belli cum Venetis, ac Florentinis initurum ſe dixit, & quæ Baſileenſes ad ipſius euerſionem agerent, quidue meditarentur, veluti arcanum aliquod detexit. *Alfonſi ad Eugenium Legatio.*

Angliæ quoque Clerus, atque Antiſtites Londini coacti poſt Legatorum ad ſe reditum, quos ad Synodum, atque ad Eugenium miſerant, his auditis, reque in diſquiſitionem vocata, Eugenij cauſam potiorem cenſuerunt. *Angli pro Eugenio.*

Aen. Syl. Bello inter perduelles Boemos, & Catholicos inſtaurato, initoque prælio, perduelles, qui hactenus inul- *Perduelles Boe*

mi victi ac deleti. inuicti fuerant profligati, cæſis ex his xx. amplius millibus, alijſque innumeris captis, quos ad inexpiabilia eorum facinora vindicanda, atque exitiale genus hominum, ſi fas. delendum, in horrea quædam ſuburbana culmo tecta coactos igne admoto placuit comburere. ea victoria Sigiſmundo Regnũ, & pacatum quidem in poſterũ aſſeruit. *Dubrau. l. 17. Cocl. l. 8.*

Ludouici Andegauenſis obitus. Vertente anno Conſentiæ, quæ Calabriæ Vrbs eſt, Ludouicus Andegauenſis ductu recens Amedei Sabaudiæ Ducis filia, ac Nuptiarum lætitia vix peracta, extinctus eſt. ab cuius obitu Alfonſus in maiorem obtinendi Regni ſpem erectus, Legatos iterum ad Eugenium deſtinauit, qui Ioannæ hac de re ſententiam explorandam reſpondit.

Clauellorum Fabriani ſades. Fabrianenſes, quorum oppidum in Picentinis, atque Vmbrorum finibus incolarum induſtria, ac frequentia non ignobile eſt, Clauellorum tyrannidem, qua crudelius, a que auarius premebantur pertoeſi hoc tempore eos funditus deleuerunt, quippe in Templum coactos ferè omnes ſigno edito trucidarunt, tum in ædes delati reliquam Familiam ſine ſexus, atque ætatis diſcrimine interficiunt; documento tyrannis, ne licere ſibi omnia exiſtiment. *Simonet. l. 3.*

Se-

Ann. Chri. 1435. Sequenti anno Baſileēſes ſeſſiones alias tres *hic relatas* habuerunt, in quibus vt præclare multa ad morum normam, ac diſciplinam ſpectantia, ita quædam in priuatum ſui ipſorum commodum, ac in odium Eugenij, Pontificijque ærarij detrimentum ſtatuerunt, quale illud de Annatis, quas vocant, in Sacerdotiorum adeptione haud ſoluendis, deque ſacra pecunia quoquo modo Eccleſiæ nomine collecta, aut redacta, ipſi Synodo perſoluenda. Actum præterea eſt de vnienda Græcorum Eccleſia cum Latina, qua de re vltro, citroque datæ litteræ; geſtaque apud Ioannem Paleologum Auguſtum ac Ioſephum Patriarcham *ab Auctore hic referuntur.* *Conſil. hij cōtinuatio.*

Meyer l. 16. P. Aemil. in Car. viſ. Nullus erat finis calamitatum Galliæ ob diutinum cum Anglis bellum; quibus magnum addebatur pondus ex Philippi Burgundiæ Ducis foedere Regis Galli ob fraternam cædem hoſtis implacabilis. Miſſus iterum ab Eugenio eſt pacandis Regibus Cardinalis Albergatus; Is vt Anglis ſuadere pacem nulla vi potuit, ita Philippum conatu maximo ad eam impulit; *ea ſuper re confectum inſtrumentum, initaque optatiſsimæ concordiæ capita apud Anthorem hic habes.* Mile- *Legatio pacandis Gallis atque Anglis* *Pax inter Burgū d.onē, & Regē Galliæ.*

rant & Baſileenſes Patres Cardinalem Luſignanum Cyprij Regis Fratrem. Itaque Philippus Legatione ad Henricum Anglum miſſa, & Summi Pontificis, & Baſileenſis Synodi precibus, atque authoritate, tum Chriſtianæ pietatis monitu, ac Populorum lachrymis, clamoribuſque adactum ſe dixit, vt exitialibus diſſidijs finem aliquando imponeret. cupere ſe vti ea Rex æqui bonique conſuleret, tum & ipſe paci animum adijceret. permoleſta ea Legatio accidit Henrico, Angliſque reliquis; itaque neque is reſcribere tum voluit, & illius Aulici, quod res ſuas apud Galliam Philippi ſucceſſione peſſum ituras animaduerterent, periurū Ducem, ac proditorem appellare fas ſibi exiſtimarunt.

Inter Philippum quoque Vicecomitem, ac Pontificem, foederatoſque cum eo Venetos, ac Florentinos pax demum coaluit, nec ita multo poſt Nicolaus Fortebrachius Leonem Sfortiam prælio victum cepit, viciſſimque ipſe ab Alexandro Leonis, ac Franciſci Fratre victus occubuit: huius obitu milites, qui cladi ſuperfuerunt, Carolum Brachij Filium vix dum puberem ſequuti ſunt, quem Nicolaus Piccininus Paternus Dux diutius veluti ſub tutela habuit.

Nicolai Fortebrachij obitus.

Hoc

Hoc eodem anno ineunte, ad IV. Nonas Februarij obijt Ioanna infœlicis memoriæ Regina; vulgatum eſt illius teſtamentum quorundam fraude ab eius obitu, vt creditum, concinnatum in quo hæres dicebatur Ludouici Andegauẽſium Ducis Frater Renatus, quæ res nouas deinceps turbas cõciuit. Eugenius Caroli Andegauenſis ſtirpe Ioannæ obitu exciſa, collatum eidem, ac poſteris Regnum ad Romanam Eccleſiam deuolutum ſentiens, Regni Proceres monuit; ne illud cuiquam deferrent, ſe propediem Legatum cum ampliſſimis mandatis miſſurum, quod præſtitit miſſo Ioanne Vitelleſco Epiſcopo Recinetenſi, ac Patriarcha Alexandrino. Cœterum eodem ferè tempore Neapolitanorum diuiſis ſtudijs, alij Renatum, Alfonſum alij euocarunt Alfonſus prior ex Sicilia aduolauit, Fratreſque cum eo tres Ioannes Rex Nauarræ. Henricus, ac Petrus. Placuit Caietam terreſtribus maritimiſque copijs obſidere. Erant ea in Vrbe Genuenſes magno numero Mercatores. horum periculi conciues Genuæ certiores facti, Philippo etiam Duce adnitente, valida cum claſſe ſubſidio obſeſſis venire. commiſſo prælio Alfonſus, licet nauium, ac mili-

Ioãna Reginæ obitus.

Alfonſi Neapolem aduẽtus.

Caietã obſidet.

tum numero præſtaret, victus cum Ioanne, atque Henrico Fratribus in hoſtium poteſtatem venit. Ferunt naui, ex qua pugnabat, faticente deditionem ſeſe facere Philippo Duci profeſſum, quo factum vt Mediolanum vna cum fratribus recta delatus ſit, fraudataque Genua triumpho, ac ſpectaculo longè nobiliſſimo ab nauali victoria auꝙti animis Caietani, eruptione facta, regijs caſtris potiti ſunt. Italia vniuerſa rei expectatione pendebat, quo nam pacto Philippus ea victoria vſurus eſſet. Sed & Philippus ipſe diù anceps fuit, ingens precium redemptionis, vel iniquas condiciones à captiuis Regibus extorqueret; at verendum ne illi acceptam iniuriam, quandocunque vlturi eſſent ſuis, ac amicorum viribus, humaniter, aut etiam magnificè exceptos coleret, & gratuita libertate ſibi deuinciret? glorioſum id, & ad poſteros commendandum. Sed magnopere diſpiciendum, ne inanem captando laudem amplificandi Imperij occaſionem amitteret, atque ancipitem ſubiret aleam: tum illud vulgatum reputandum. *Magna homines beneficia, cum ſoluendo non ſint, inſigni aliquo maleficio rependere conſueuiſſe.* Vicit laudis ſtudium, ac cupido. Re-

Mediolanum perducitur.

ges ſplendidè in primis habitos, vt ſocios, vt amicos, non liberos modo, ſed donatos, ornatoſque dimittere conſtituit. Alfonſum inſuper in Gallos perorantem audiuit. Subinde foedus cum eo pepigit, auxilia in Neapolitanum bellum pollicitus, immemor initi paulo ante foederis cum Eugenio, Venetis, ac Florentinis. *Humaniter excipitur, ac habetur.*

Surit. l. 14. Marian. l. 21. Iac. l. 4. Foliet. l. 4.

Genuenſes grauiter, vt per erat, offenſi ea Philippi oſtentatione, licet nouus terror ad veteres difficultates acceſſiſſet ex duorum millium armatorum numero Vrbis præſidio ab eo ſubmiſſis, libertatem haud ſecius per æqua, per iniqua, per prona, perque ardua repetendam ſtatuerunt, id, quod mirum, fœliciter adeo ceſſit, vt nullo propemodum Ciuili ſanguine duorum tantummodo Ciuium cæde patratum ſit. Genuæ exemplum ſequuta eſt Sauona Ducis Præſide, ac militibus & ipſa pulſis; dein Arces, à Philippo excitatæ, præſidiarijs militibus territis, ac dilapſis, ſolo æquatæ ſunt. Subinde ſex primarijs Ciuibus Vrbis Rectoribus, ac libertatis tutoribus conſtitutis, Legatio ad Eugenium miſſa, eiuſque auxilium, ac patrocinium imploratum. *Genuẽſes à Vicecomite deficiunt.*

Inter hæc Iſabella à Renato Vi-

ro

ro, præmiſſa Neapolim Autumni tempore peruenit; aduentu inſignis mulier, factionis opes vehementer auxit copijs etiam ab Eugenio adiuta.

B. Laurentius Iuſtinianus. Sub idem tempus Laurentius Iuſtinianus doctrinæ, ac ſanctimoniæ laude inclytus triginta annorum Cœnobita, ad Patriarchalem Venetijs ſedem, inuitus licet, euectus ab Eugenio eſt.

Conſilij Baſileēſis proſequutio. Ad ſequentem annum ſpectant ſeſſiones aliæ duæ à Baſileenſibus celebratæ, in quarum priori, ac ſi Pontificium inſtaret Interregnum, quid in ſacris Comitijs ſeruandum, quid præſtandum edixerunt, tum quid electus Pontifex ſpondere, quidue agere, aut à quibus abſtinere deberet: præſcriptus eſt Cardinalium numerus, ne XXIV. excederet, ne ve inter hos Pontificis ipſius, aut alterius Cardinalis ex Sorore aut Fratre Nepos eſſet, cautum eſt, neue illegitimus, aut corpore vitiatus, aut criminis, aut infamiæ nota reſperſus, tum ne Pontifex conſanguineum, ſiue affinem ad tertium gradum Ducem, Marchionem, Comitem, Vrbium, aut Prouinciarum Rectorem, Arcium Cuſtodem, aut Militum Ductorem eſſe fineret. Reſeruationes inſuper, vt vocant, Sacerdotiorum antiqua- *Ann. Chri. 1436.*

tas

tas voluerunt. In poſteriori de Græcis actum, deque illorum cum Latinis coitione.

Blond. dec. 3. l. 7. Anto. Pign. l. 6. Eugenius interim Florentia Bononiam profectus conſpiratione inibi Ciuium pene interceptus eſt, iniquiores eos nactus ob tyrannicum Baltaſſaris Offidani regimen, ſumptumque ab eo de Antonio Bentiuolo, alijſque Ciuibus ſupplicium. *Eugenius Bononiæ.* Porro idem Baltaſar inſidias in Franciſcum Sfortiam ſtruxiſſe compertus; ab eoque captus diro mortis genere affectus dicitur. quippe detracta recens bouina pelle inſutum, cibo interim, potuque ſubminiſtrato, ſcatentibus abundè vermibus lenta morte abſumptum ferunt. *Baltaſaris Offidani dirum ſupplicium.* De verſatili hominis ingenio, aſtuque, dum Bononiæ Pontificis nomine præſideret, tum alia multa ſcitu periucunda, tum illud memorant non ſine riſu excipiendum, quod Beatus quoque Antoninus tradit tum ſuperſtes. *Eiuſdẽ artes.* Bononienſis ciuis quidam diues ſimul, atque auarus in paucis, trecentos aureos marſupio conditos deperdiderat; inuenti ſunt à pauperculo, ſed integræ famæ Viro, eidemque, qui amiſerat, ex fide repręſentati: queſtus ille eſt vnum aureum ex omni numero deficere, ac pauperculum in ius vocauit, quo ne-

negante aureum ſe ſubtraxiſſe, ac ne aperuiſſe quidem marſupium affirmante, diuite contra deperditos à ſe nummos trecentos fuiſſe importunius contendente: Baltaſar ad pauperem conuerſus, quos tu, inquit, inueniſti aureos ducentos nonaginta nouem, non ſunt quos iſte amiſit, ideò eos tolle tibi, atque ex his filias nubiles matrimonio iunge.

Cõcordia cũ Huſſitis. Qui ſupererant apud Boemiam, non tam Regni, quam Eccleſiæ perduelles (nam deletis, quos diximus Taboritis, qui ab his dudum ſeceſſerant Huſſitæ reliqui cladem euaſerant) Conuentu apud Iglauiam Morauiæ Vrbem habito, cui & Baſileenſes Legati interfuere, in Eccleſiæ, ac Regis gratiam recepti ſunt. quædam eis tamen præter vſum, ritumque Eccleſiæ pacis bono permiſſa, quale illud, vt diuina myſteria eo in Regno percipere ſub vtraque ſpecie poſſent. Verùm enimuerò antequam Sigiſmundum in Regnum reciperent, alia multa ex eo nouas turbas pertimeſcente, paciſque Reipublicè plus æquo cupiente per ambitum, atque adeò per ſeditionem extorſerunt, quibus haud dubiè & Catholica fides læſa, & ſacra poteſtas imminuta, & Eccleſiaſtica immunitas violata eſt.

Nam

Nam & rapta Eccleſijs bona, donec precio redimerentur, permiſit, & totius Regni Sacerdotia ne ab exteris conferri poſſent, neue in poſterùm obtineri edixit.

Meſſ. Boet. l. 17. Leſl. l. 7. Quo tempore Aeneas Syluius Piccolomineus, qui poſtea Rom. Pontifex Pius hoc nomine ſecundus fuit, ad Angliæ, Scotiæque Reges pacandos ab Eugenio miſſus, in Scotiam peruenit. *Aeneas Syluius.* Rex ipſe Scotorum Iacobus, Vualteri Patrui fraude interimitur. Huic filius ſexennis puer eiuſdem nominis ſecundus ſucceſſor datur: tum cædis author, ac reliqui parricidæ iudicio Procerum damnati, diro ſupplicio afficiuntur. *Iacobi Scot. Regis cædes.*

Annal. Fland. lib. 16. Obijt hoc eodem tempore Catharina Henrici V. Angliæ Regis Vidua, Caroli VI. Gallorum Regis Filia, cuius cauſa exitiale vtrique genti bellum extitiſſe diximus. *Catharina Angliæ Reginæ obitus, ac probra.* Hæc à Viri obitu, ex Ouino quodam famulo filios duos furtiuè ſuſtulit, Edmundum Comitem Richemundiæ, & Gaſparem Comitem Pembruchij; eidemque poſtea famulo, vt legitimam ex eo ſobolem gigneret, nubere non erubuit. Is porro Regni Procerum iudicio capite plexus eſt. Edmundus filiorum natu maior Margarita Ioannis Comitis Somerſeti filia, qui Henrici

Patruus fuerat, vxore ducta, Henricum VII. ex ea genuit, qui Eliſabethæ Eduardi VI. Filiæ nuptijs, tum quod Catharinam auiam haberet, Gallorum quoque ope, vt ambo ſtemmata iungerentur, ac diuturnum diſſidium tolleretur, poſt Richardum Eduardi Fratrem abſque ſobole defunctum, Angliæ Regnum adeptus eſt, ex quo poſtea Henricus VIII. Catholicæ deſertor fidei, exitiale Regni monſtrum, eiuſque deinceps filia Eliſabeta, Megæra altera, memoria noſtra martyrum ſanguine cruentam bellua ex probroſis natalibus infœlix ſoboles.

Ioannes Imp. ab Eugenio ad Cōcilium accitus. Turcarum armis territus Ioannes Paleologus Græcorum Auguſtus Eugenium ſimul,ac Baſileenſes de vtriuſque gentis coitione interpellabat. trienuio res vtrobique agitata ab eo eſt; placuit demùm cum Eugenio conſentire. Is Ferraria habendo ea de re Synodo deſignata Ioannem, ac Patriarcham euocauit, Triremibus adhoc quinq; cum Legato in Græciam miſſis. fuit hæc altera Baſileēſis Synodi traslatio, *cuius rei extat Diploma ab Authore hic relatum*. Re comperta Baſileenſes ex præſumpta authoritate translationem huiuſmodi irritam pronunciarunt, quod dicerent Euge- Ann. Chri. 1437.

Secunda trāslatio Cōcilij Baſileenſis.

Eugenium loco inter Venetos gentiles, ac fines Pontificios delecto non tàm publicæ, quàm priuatæ rei conſuluiſſe.

Cätz. l. 11. c. 29. Diem interim extremum obijt Sigiſmundus. Dotalia Regna adeptus eſt Albertus Auſtriacus Auguſti Gener, qui & Cæſar mox à ſeptemuirali Collegio dictus eſt. *Sigiſmundi obitus Albertus Auſtriacus Imp.*

Baſileenſes Eugenio grauiter inſenſi, ſeſſionibus alijs ſex hoc anno habitis, eum palam inſectati ſunt. In earum prima, quæ XXV numeratur, celebrando vna cum Græcis Concilio deſignarunt ipſam Baſileam, quod ſi illa non placeret, Auenionem, ſin'et illa, Sabaudiæ Vrbem quamlibet, tum ad ſumptus eisdem Græcis ſubminiſtrandos, decumationem Sacerdotiorum imperarunt. In altera Citatio, ſiuè vt vocant, Monitorium in Eugenium, electoſque ab eo Cardinales decretum eſt, ac pro legitima exequutione ad eiuſdem Baſileenſis Eccleſiæ valuas affixum. In tertia eisdem Cardinalibus abrogata dignitas eſt. In quarta Eugenius idem contumax, ac refractarius appellatus. In quinta ab eodem Eugenio Concilij translatio Ferrariam facta reſcinditur, abrogaturque. In poſtrema priſtinus Eccleſiæ ritus miniſtrandi laicis communionem ſub *Baſileenſis Concilij proſequutio.*

vna

vna tantùm ſpecie commendatur, ac ſancitur.

Luſitanorum clades à Mauris.

Annus idem Luſitanis in primis infauſtus fuit. Quinque erant Regi Fratres commendandi ad poſteros nominis, Regnique fines proferendi auidi; id cum alia ratione præſtare ſe poſſe neſcirent, pace nuper cum finitimis Hiſpanis ſancita, arma in Africam transferre aduerſus infeſtiſſimam nomini Chriſtiano Gentem conſtituunt, itaque communi conſenſu, Pontificis etiam authoritate, bellum decernitur: ſex armatorum millia in Africam traijciunt, licet duplo maiorem numerum iactarent. Tingin peruetus Mauritaniæ Oppidum obſident. poſt menſtruam fermè obſidionem præſto obſeſſis fuere Mauri tanto numero, vt ad ſexcenta peditum, ſeptuaginta equitum millia perueniſſe tradant, niſi fama vt accidit, numerum in maius auxerit. ab his obſeſſores ipſi obſeſſi, cum effugium nullum ſperarent, de pace hoſtes interpellarunt: pax ea demum condicione oblata, ſi Septa Luſitanorum Arce dedita, Africâ ab his vniuerſa decedatur. cum nulla incolumitatis ratio ſubeſſet condicio recepta eſt; quod verò in eorum poteſtate non eſſet Arcem tradere, dum Regis aſſenſus haberetur

Mariana l. 21. c. 12.

retur, obſides Barbaris dati; Ferdinandus ipſe Regis Frater, præcipuus belli Author, alijque Duces. Re in Luſitaniam perlata, Conſilio Procerum Eboræ coacto in eam ſententiam itum eſt, condiciones iniuſſu Regis receptas, irritas videri. religionem ſi qua erat gens deuincta, ſatis ſolui obſidibus in hoſtium poteſtate relictis, vt ſuo capite luerent, quæ temerè tentaſſent, quæque promiſiſſent. Ergo Ferdinandi captiuitas perpetua fuit, ea verò animi æquitate tolerata, vt quidam eum inter ſanctos referant. obijt ſexennio ferè poſt. Sepulchrum illius apud Barbaros viſitur Plutenſi in Vrbe loco ſublimi erectus ab his ſ[illegible]licet de Luſitana gente trophæum.

Ann. Chri. 1438. Baſileenſes ſua ipſorum impenſa paratas apud Auenionem, ac Maſſiliam naues in Ionium mare impulerant, vti Ioannem Auguſtum, qui iam Byzantio ſoluerat, ad ſe perducerent, aut detractantem remorarentur, inhiberentque quominùs Ferrariam proficiſcerentur. Harum Præfectum ſuadelis ſimul, ac largitionibus Eugenius ita pellexit, vt relictis Baſileenſibus Pontificis ſequutus partes, ipſius claſſem numero, ac viribus auxerit. hanc ergo ad eum modum auctam, &

tom. 4. Cõcil. Blond. dec. l. 8 S. Anton. to. 24. Pign. l. 6.

aduec-

Ioannes Imp. in Italiã nauigat. aduerſus omnem hoſtilem impetum munitam, Viriſque inſignibus, qui deducerent, in claſſam, Ioannes cum Demetrio Fratre; Ioſepho Patriarcha, Viriſque alijs dignitate, doctrina, aut natalium ſplendore inſignibus conſcendit, ac tertium demum poſt menſem Venetias appulit, quo & Iulianus Cardinalis Cæſarinus Baſileenſium technas pertæſus ſe contulit. *Venetias appulit.* Eugenius certior de Græcorum aduentu redditus, Bononia Ferrariam proceſſit. Ad IV. Nonas Martias Auguſtus quoque eò delatus eſt Iuliano Cardinali Cæſarino deducente, Nicolao autem Ateſtino Ferrariæ Dynaſta ad Francolinum Vicum obuiam prodeunte. *Ferrariam accedit.* Erant cum eo ex Græcis plus minùs ſeptingenti. ante quam ædes hoſpitio paratas, vbi nunc publicum Gymnaſium, diuerteret, recta ad Pontificem delatus eſt. Surrexit Pontifex, ac in genua procumbere, vt pedibus oſcula figeret, parantem ſuſtinuit, atque humaniter complexus ad læuam iuſſit conſidere, mox omnes eum Cardinales ſalutarunt. *Pontificem veneratur.* quatriduo poſt adfuit Patriarcha octogenarius ſenex, mox ducentis cum equitibus Ruthenorum Antiſtes Iſidorus Græcanici & ipſe ritus, cuius gentes innumeræ apud Septentriones

triones ad Boriſthenis vſque, ac Danubij oſtia ſubiectæ ſunt. Dubitatum aliquandiu fuit, quem quiſque locum ſortiretur in maximo Vrbis Templo, in quo habendum erat Concilium, cum præcipuum in Templi medio cum Pontifice Auguſtus quoque depoſceret. placuit demum eò loci aram erigere, inque ea Euangeliorum Codicem collocari. ex altero Templi latere Eugenius Pontifex conſedit, cui proxime locata eſt vacua Latini Auguſti ſella, ſiue vt Græcus habet Codex, Germani Regis. E regione Ioannes ipſe conſtitit, circumque eum, ac Patriarcham eidem proximum Græci Patres, quemadmodum & Latini omnes, ſecundum Cardinales, Pontificem ipſum circumſteterunt. porro actionum ſumma, quæ in diſquiſitionem erant vocandæ, hæc eſt. An Diuinus Spiritus ex Patre, filioque procedat, & an fas Latinis fuerit illud verbum *Filioque*. Niceno Symbolo addere. An fidelium animæ corpore ſolutæ aliqua leuiori labe pollutæ, aut pœnæ adhuc obnoxiæ purgatorio igne expiari deberent, expiatæ an ſtatim in Cœlum euolarent. Azymone, an fermentato pane res diuina facienda eſſet. tum an Pontifex Romanus totius

Sedendi ordo in Concilio.

Quæſtiones in Concilio agitanda.

Chri-

Chriſtianæ Eccleſiæ caput eſſet. His de rebus non tam publicæ ſeſſiones, quàm priuatæ in ſacris æquè ac profanis ædibus diſceptationes *hic relatæ*, peractæ ſunt, dum reliqui Concilio Patres adeſſent.

Synodus Ferraria Florentiã transfertur. Vulgaris interim lues vertente anno Ferrariam corripuit, quo factum, vt Synodus Florentiam translata ſit, quo & Latini ſimul, ac Græci conceſſerunt, cum his Pontifex & ad iter ipſum, & ad neceſſaria deinceps alimenta ſumptus ſeſe ſubminiſtraturum recepiſſet.

At verò Baſileenſes ex Græcorum cum Eugenio conſenſione, ac Ferrarienſis Synodi celebratione magis, magiſque exacerbati ſeſſionibus alijs duabus hoc anno habitis eundem Eugenium à ſpirituali, ac temporali, vt verba habent edicti, Pontificatus adminiſtratione ſuſpẽderunt, depoſituri quoque illum, vt minati ſunt, ſi Deo placet, nouo termino, vt aiebant, elapſo. tum in illius odium cauſas ad Romanam Curiam per appellationem deferri inhibuerunt. denique de Sacerdotiorum collatione, ac illorum reſeruationibus multa pari conſilio, ac temeritate ſtatuerunt.

Piccinini victoria. Eodem fere tempore Nicolaus Piccininus Philippi Vicecomitis auſpi-

auſpicijs Aemilia fere vniuerſa potitus eſt. dein Venetos aggreſſus in maximum eos diſcrimen adduxit, Mantuano in primis Principe ab eorum amicitia, ac ſtipendijs abſtracto, ſibique adiuncto.

Ann. Chri. 1439. Itaque Franciſcus Sfortia, ſeù Nicolai gloriæ inuidens, ſeù Philippi hoſtium pollicitationibus pellectus, fœdere cum Venetis, ac Florentinis ad quinquennium renouato, illorum vires mirum in modũ auxit, Veronamque de Nicolao recepit armis, ac prælio victum Carolum Gonzagam cepit, multiſque oppidis exuit. *Franciſcus Sfortia.*

Alfonſus quoque Aragonius, prę ter alia incommoda, Arcem nouam, quam Neapoli obtinebat, diuturna obſidione fatigatam amiſit. *Alfonſus Aragonius.*

Gaguin. & P. Aemil. in Car. vij. Sed & Carolus Gallorum Rex non omnino expers calamitatum fuit. erat ei filius Ludouicus Delfinus Viennenſis, qui traditus à Patre Marchię Comiti liberaliter educandus, vbi adoleuit, diſciplinam aſpernatus, ab eoque, ac Patre ſeceſſione facta, liberè agere, ac viuere ſe poſt hac velle profeſſus eſt, qui ætate, rerumque vſu idoneus regno quoque adminiſtrando ſibi videretur. Sequuti eum ſunt Borbonius, atque Alenconius, alijque *Car. Gallorũ Rex Lud filius Delfinus.*

Proceres nouarum rerum percupidi, coactus proinde Rex eſt copias in filium, ac perduelles Proceres ſcribere; & ſane Gallia aur filij, aut Patris ſāguine rubuiſſet, niſi Comes Deu intercesſiſſet. eo Pacis ſequeſtre filij adoleſcentię Pater ignouit, ſumpto nihilominus de Borbonij filio notho conſiliorum, atque audaciæ principe ſupplicio. Mox Delfinus virtute crimē obliterauit: Talboto Anglo ad Deipæ obſidionem ſedente victo, ruptiſque munitionibus, obſidione ipſa ſoluta;

Alfonſus, & Renatus Regni Neap. Aemuli. Actum interim de pace inter Renatum, atque Alfonſum Neapolitani Regni petitores apud Eugenium, Carolo quoque Rege ſuadente: & Renatus quidem ſchedulam oſtendebat Alfonſi manu ſubſcriptam, atque anulo ſubſignatam, qua is iure adoptionis ſeſe excidiſſe fatebatur, ſi quando ingrati animi indicium aliquod in Ioannam edidiſſet. Ioannæ porrò illatam vim, ex eaque ſequutam poſtea abrogationem ſatis ſuperque ingratum illum, Regnique impotem demonſtrare. At is contra vt amicum ſe, non vt hoſtem, nec contra Matrem, ſed ſuos, ac illius hoſtes, & accitu quidem communium amicorum veniſſe aiebat; tum Martini Diploma proferebat, quo

ado-

adoptio ipſa rata habebatur.

Blond. dec. 3. l. 10. Ant. par. 3 to. 22. Aen. Sylu. de geſt. Baſil.

Duo non amplius ex octo qui ab Eugenio defecerant, Cardinales, Baſileæ ſubſiterant; ſex reliqui cum eodem Eugenio in gratiam redierant. Antiſtites porro alij etiam num Schiſmatis propugnatores viginti numerum non excedebant. Itaque Eugenius Legatis ad Albertum Cæſarem, aliosque Principes miſſis, enixè illos hortatus eſt, vt ſchiſma tollere, Pacem Eccleſiæ reddere, pro viribus quiſque eniteretur. Conuentus itaque Moguntiæ eſt habitus, cui ſeptemuiri Electores per ſe, vel per Oratores interfuere, in his Colonienſis, ac Moguntinus Baſileenſium aduerſus Eugenium iura acriter tutati sũt, quos ſequuti ſunt alij numero nõ pauci, authoritate non vulgares, quos inter Aeneas Syluius, qui de his poſtea ipſum ſe arguebat, aut purgabat. Vicit proinde illorum ſententia, qui Concilium immediatam, vt aiebant, poteſtatem à Deo habere, ac ſupra Pontificem eſſe contendebant, quo veluti præiudicio Baſileæ iterum recepti, qui Eugenio infenſi erant, poſt acerrimas concertationes *ab Authore hic ex eodem Syluio relatas*, Pontificatum eidem abrogarunt, Amedeum Sabaudiæ Ducem Eremi eo tempore

Conciliabulũ imminuitur.

Eugenio Põtificatum

abrogato Amedeum ſubrogant. cultorem ſubrogarunt. rem geſtam idem Aeneas Syluius fuse tradit, & *ex eo hic Author, qui et Conciliabuli ipſius ſeſſiones ſeptem reliquas hoc anno habitas ex Actis refert, ac poſt eas, quæ Florentiæ interim celebratæ ſunt apud eum ſiue ex ipſo Concilij codice, ſi libet, petendas.* Illud nequaquam eſt reticendum, inter alia, peculiari ſeſſione, quæ XXXVI. numeratur a Baſileenſibus cautum, vt Deiparæ Natalium primordia, ſeù Sacræ illius Conceptionis memoria in poſterum quotannis in Eccleſia recoleretur. *Conceptionis B. V. celebratio.*

Florentiæ Synodo fœliciter abſoluta, quod Græcorum quidam res in ea geſtas aliter quam geſtæ fuiſſent in Iſidori, ac Beſſarionis odium, atque inuidiam in vulgus ſpargerent, hic luculento commentario *ab Authore huc allato* eas & hiſtoricum ſimul & Theologum agens ediſſerit. Inter eos, qui Synodo aduerſati, diù expetitam, ac tanto demum labore partam vnionem poſtea diſſoluerunt, Marcus Epheſi Antiſtes fuit, in quem præter Latinorum commentationes, duo extant Græcorum libelli, ſeù Declamationes *ab Authore hic relata* altera Ioſephi Methonēſis Epiſcopi, Gregorij Hieromonachi Protoſyncelli poſtea Patriarchæ altera. *Ann. Chri. 1440.* *Beſſarion.*

Exi-

Anto-nin. par. 3. to. 22. c. 10. Excitus interim à Baſileenſibus Amedeus ad IX. Kal. Augusti ſolemni ritu Baſileæ inauguratus eſt Fœlicis nomine indito. Sacris operanti filij duo Ludouicus, ac Philippus adſtitere, vt multi ex hoc quoque Fœlicem illum vocarent. His alijſque peragendis ſeſſiones alias tres *hic pariter relatas* habuerunt. Eos Pontifex Eugenius, eorumque Idolum Fœlicem, Florentiæ adhuc degens diris deuouit. *Fœlix Pſeudo-Pōtifex.*

Aen. Sylu. de fœlic. Nauel. gen. 48. Cuſp. in fed. Obierat ad VI. Kal. Nouembris ſuperioris anni Albertus Cæſar dum aduerſus Turcas bellum apud Pannoniam meditatur. quo ſublato ſeptemuiri Electores, ſcripto ante omnia euulgato edixerunt, nec Eugenij ſeſe, nec Concilij ſupremam poteſtatem agnituros, donec dubia inter eos quæſtio, iſque pendeat indeciſa. tum nihil cunctati Federicum Auſtriacum Ernesti filium Cæſarem dixerunt, adductumque mox Aquiſgranum ex more Ferreo Germaniæ Regni Diademate ornarunt. Huic Fœlix PſeudoPontifex filiam, forma, ac moribus præſtantem in matrimonium obtulit dotis nomine ducenta minimum aureorum millia pollicitus, dum Eugenio relicto, ſe Pontificem agnoſceret. Sponſionem auerſatus Federicus, *vendere* *Alberti Cæſaris obitus.* *Federicus Imp.*

inquit *multi pontificalia ſolent, Hic emere ſi reperiat venditorem.* cæterum & ipſe ſeptemuirorum autoritate motus, nec Eugenij, nec Fœlicis partes tum quidem ſequutus, in neutralitate, vt vocabant, aliquandiù perſiſtere ſatius duxit; ea demum relicta, ac Fœlice contempto, Eugenio adhæſit, vt ſuo mox loco referemus.

Alfōſi artes. Alfonſus Rex Neapolitano Regno inhians, illi adipiſcendo conſilia ſua omnia dirigebat. Ergo neque Eugenium omninò reſpuebat, neque Fœlicem damnabat, ſed cōſuetis vtrumque artibus, ac pollicitationibus diſtinebat, Baſileenſium ſanè reſcripta, ac decreta ſuo in Regno, vt Eugenium demereret, admitti vetuit; quin & Regni Antiſtites, Doctoreſque Baſileæ adhuc reliquos reuocauit. Ad Fœlicem autem Archiepiſcopum Panormitanum legauit, qui tum demum obſequium illi, vt Pontifici præſtaret, ſi Ioannæ adoptionem probaret, iuſque in Regnum ſibi, ac poſteris perpetuum eſſe iuberet. id ſi præſtaret non modo pro vero, & legitimo Pontifice illum ſe agniturum, inque illius obſequio cum omnibus ſuis Regnis futurum, ſed & Romam illum, aut Neapolim interim, aut Caietam, ſeù Terracinam *Surit. l. 15. cap. 1. Fac. l. 7.*

cinam

cinam, Nicæa Sabaudiæ Principatus Vrbe deducturum. Sed neque idcirco belli curas omiſit, nouis ſubinde ex Sicilia copijs auctus hoc eodem tempore Acerram, atque Auerſam Renato abſtulit, Antonium Caudolam ab eodem ſeduxit

Blond. dec. 3. l. 10. Ioannes Vitelleſcus ex Epiſcopo Recinetenſi, Patriarcha Alexandrinus, ac deinceps Cardinalis dictus tanta erat apud Eugenium gratia, atque autoritate, vt manu etiam promptus, ac bello ſtrenuus, Pontificiæ Ditionis præ Pontifice ipſo potens haberetur, quam ob rem multorum odium, atque inuidiam ſubierat, per quos verè, an falsò apud Eugenium delatus in ſuſpicionem affectati imperij venit. occulta inſuper cum Philippo Vicecomite conſilia inijſſe, tum ſecretos cum Nicolao Piccinino congreſſus habuiſſe, arcaniſque exaratas notis litteras ad eumdem dediſſe, ac viciſſim recepiſſe compertus dicitur. Quamobrem ipſius Pontificis iuſſu ab Antonio Rido Patauino Aeliæ Arcis Præfecto in ipſius Arcis aditu captus, ac lethaliter vulneratus, eadem in Arce viginti demum poſt dies obijt. cadauer poſtea ad D. Mariæ ſuper Mineruam conditum eſt. Extat Pauli Iouij de Ioanne Elogiũ *ab Authore quoque huc allatum.* *Ioannes Vitelleſcus.* *Eius cades.*

*diſ-
us
Poſthu
mus.*

Natus eſt interim Alberto Cæſari filius poſthumus Ladislaus. Boemi, atque Vngari, licet natum domi Regem haberent, ſatius tamen ducebant, Turcarum hi, Hæreticorum illi pericula obtendentes, adultum Principem, qui beneficium agnoſceret, atque adeo perſolueret, quærere. Oblatū ſibi Boemiæ Regnum Albertus Bauarus cōſtanter reſpuit; Federicus Cæſar vtrumque, ſpretiſque Regnis maiorem ſeſe oſtendit. Rurſum Vngari licet Ladislaum Puerum quadrimeſtrem coronaſſent, Turcarum armis, qui iam Belgradum peruenerant, territi, Vladislaum Poloniæ Regem ad Vngariæ quoque Regnum capeſſendum, ſeque Turcarum veluti faucibus eximendos enixis precibus inuitarunt, cunctantemque demum peruicerunt; à quo Turcæ ad Belgradum victi; Vrbis obſidio ſoluta eſt ſimul. Boemi cum Ladislaum Puerum nutriēdum apud ſe à Federico Cæſare non impetraſſent, Hæreticis in primis ſuffragantibus, Reipublicæ adminiſtrationem, & tantum non Regis nomen Georgio Podibraccio detulerunt, qui cum Regia poteſtate Regis quoque paulatim nomen adſciuit.

*L. 2.
Cromer.
l. 2.*

*Turca
ad Bel
gradū.*

Eodem ferè tempore fœderatus in

Boſſ. hiſt. Rhod. l. 6. in perniciē Chriſtianorū cū Turcarū Rege Amurate Saladinus Aegypti Sultanus Rhodū Inſulam fortiſſimū rei Chriſtianæ propugnaculū inuaſit. Hunc Laſtichius Rhodianæ hoc tempore militiæ Magiſter egregiè victū in fugam cōpulit. cęterū quod redintegrare bellū in ſequentē annum diceretur, Rhodij ad Eugeniū Pontificem, ac reliquos Chriſtianos Principes Legatos pro auxilijs petēdis deſtinarunt. Hiſpani Reges Caſtellanus, atque Aragonius, eorumq; Fratres gloriæ cupidi, idonei in rem maximè videbantur, ac præ cæteris interpellati, ſed domeſticis agitati motibus, atq; odijs incenſi, laudem maximā aſpernati ſunt. Neq; à Luſitanis ſpes ſubſidiorum fuit, & ipſis ab Eduardi obitu Alfonſo ſexenni filio ſuperſtite, inteſtinis diſſidijs laborantibus, ex quibu Eleonora Vidua Regni adminiſtratione deiecta orbata Viro, diuulſa à filijs, abire in Caſtellam coacta eſt. *Saladinus Rhodū inuadit. Repellitur. Turba apud Hiſpaniam.*

Hoc eodē anno Eugenius idem, Florentinis Ciuibus, Biturgiam nūc Burgū S. Sepulchri Florenis 25. mil. oppignerat, ea de re publice tranſactum Florentiæ pridie kal. Martias. *Acta authētica extāt in arci Aelia*

Hoc eodē anno VII. Idus Martias obijt Romæ inſignis mulier Frāciſca, eam poſtea ob eximiā Sanctimoniæ, ac miraculorū gloriam Pau- *S. Frāciſca Romana obiit.*

Canonizatio. lus V. Pont. Max. nobis ſpectãtibus, ſanctorũ numero addidit ſalutis anno MDCVIII. res ab ea geſtæ omni æuo memorandæ ex Diplomate in illius Apotheoſi confecto, ab *Authore huc allato* petenda ſunt.

Ann. Chri. 1441.

Pax inter Vicecomitẽ, ac Fœderatas Reſp. Bello vt cum maximè inter Philippum Ducem, ac fœderatas Reſp. Venetam, ac Florentinam exardeſcente, ipſiſque adeo partium Ductoribus Sfortia, ac Piccinino iam iam prælium, vt videbatur, inituris; inopinato pax compoſita eſt, Propenſior in eam viſus Philippus, ſiue occulti inter eoſdem Ductores fœderis ſuſpicione imbutus, quod bellum trahere conſultò viderentur, ſeù belli ſumptus pertæſus, ſeu denique, vt quidam tradunt, importunis Piccinini poſtulatis permotus ea ex prece Frãciſcus Sfortia Vxorẽ Blancã dudũ ſibi deſponsã Philippi demũ Soceri permiſſu obtinuit. At Philippus belli curis ſolutus, cũ & alias deponere vehementer cuperet, nec tamẽ Genero omnino fideret, Nicolao Ateſtino totius Reip. adminiſtrationẽ permiſit. cæterum eo intra menſẽ repẽtina morte, nec ſine veneni ſuſpicione extincto, Philippus in eaſdẽ curas relapſus eſt quibus ſatũ accerſiſſe viſus eſt. *Pigr. l. 7.*

Eugenius interim, ac Fœlix mutuis ſeſe diris inceſſabant, Chriſtianos

nos quiſque Principes in ſui obſequium pertrahere litteris, ac legationibus nitebantur. Hærebat adhuc Baſileæ Fœlix, vbi ne nihil agere videretur ſeſſionem aliam cum ſuorum coetu habuit, in qua de recolendo feſto die Viſitationis Dei Parentis decretum eſt editum quo de antea Vrbanus VI. ac Bonifacius IX. reſcripſerant. *Feſtũ Viſitationis B. V.*

Ann. Chri. 1442. *Surit. l. 15. Colle. l. 6. Conſt. l. 10. Sumont. l. vlt.*

Neapolim obſidebat Alfonſus, cum nec fame illam, quod Genuē ſium ſubinde naues frumentum importarent, nec vi capere ſe poſſe cerneret, inopinato potitus ea eſt per aquæductum, vnde olim Beliſarius monſtrante viam cæmentario fabro in eam ingreſſus IV. Kal. Iulij ipſo Principis Apoſtolorum peruigilio. Potitus Vrbe Alfonſus, illius direptionem edicto vetuit, quo Ciuium ſibi animos mirum in modum conciliauit, clementiæ, ac ſapientiæ laudem promeritus, qui victis parcere, integram, quam euerſam habere illam maluerit. Renatus tutiori licet receptus Arce, in ſumma nihilominus rerũ omnium deſperatione poſitus, Neapoli, quam recipere ſe poſſe diffideret, exceſſit, tum mari Piſam, dein Florentiam ad Eugenium conceſſit, apud quem, cum haud ſatis præſidij ſibi eſſe cerneret, natale *Neapolis ab Alfonſo capta. Renatus Neapoli aufugit. Alfonſi Artes.*

ſolum repetijt. cuius fuga, quæ ſupererant expugnandæ Arces, facili negotio in Alfonſi poteſtatem venere. Is tum ſimul vt Pontificem demereret, ſimul vt ne quid à Sfortia (cui iam Philippus quoque Socer infenſior erat) timendum ſibi eſſet, ſollicitare Eugenium inſtituit, vt Piceno eum deturbaret, auxilia ipſe pollicitus, tum Philippi Ducis permiſſu, Nicolai Piccinini operam, opemque, quo nullus Dux aptior tum eſſet ad Franciſci vires infringendas, res ex compoſito per acta eſt, Piceni, Vmbriæque Vrbes permultę de Sfortia receptę, donec eum iterum Philippus per ſummam inconſtantiam tutandum ſuſcepit. Inter hæc Baſileenſes ſeſſionem aliam *ab Anthore hic relatam* peregere.

Iulianus Cæſarinus Cardinalis. Iulianus Cæſarinus Cardinalis egregiam in tuenda Eugenij authoritate operam cum poſuiſſet, Legatus ab eo ad Chriſtianos Principes miſſus Germaniam primo, deinde Vngariam petijt, authorque Vngaris fuit belli aduerſus Turcas inferendi, aut propulſandi.

Vngarorum victoria de Turcis. Hi cum Rege Vladislao, qui Polonis etiam imperitabat, eodemque Iuliano Cardinali aduerſus Amurathem profecti, inſigni de Chriſtiani nominis hoſtibus victoria Ann. Chri. 1443.

ria potiti ſunt, inducijs dein ad decennium pactis, mox non ſine periurij nota violatis, Legato in primis ſuadente, memorabili viciſſim clade affecti ſunt, quæ tamen in ſequentem annum incidit. Rex ipſe Vladislaus cæſus, ſubfixum haſtili caput oſtentui populis non ſine periurij exprobratione diutius circumlatum; Legatus & ipſe, crucem in acie præferens, ſiue à Turcis, ſiue, vt alij tradunt, ab ipſis Vngaris cæſus, quod cladis Author præcipuus fuiſſet; ſeù quod nullibi repertus ſit, palude hauſtus, iuſtas, vt multi exiſtimarunt, inconſultæ temeritatis pœnas dedit. Ferunt Amurathem ipſo in prælio fœderis tabulas exeruiſſe, contoque elatas prætuliſſe, tum Chriſtum ipſum rei teſtem appellatum, vltorem aduocaſſe.

Eorundem à Turcis clades

Renato in Galliam recepto, ſpeque omni recuperandi Neapolitani Regni deiecto, Eugenius pacandæ Italiæ cupidus, neque Alfonſi modo, ſed aliorum quoque Principum, ac Rerumpublicarum precibus fatigatus, eundem Regem in Rom. Eccleſię clientelam recipere, Regnumque illi, iure an iniuria partum decernere conſtituit; miſſus ad hoc Ludouicus Cardinalis Aquileienſis Legatus Eugenio apprimè carus,

carus, curiam rerum ſuarum ſummam, collata cum Alfonſo Couarruuia Hiſpano Romanæ Eccleſiæ Prothonotario opera, optatam cum Rege pacem compoſuit, Regnumque illi fiduciario iure contulit, facta etiam Ferdinando Alfonſi filio illegitimo ſuccedendi poteſtate. Rex viciſſim tum alia multa, tum cenſus annui ſolutionem viginti vnciarum auri millium pollicitus, Romanæ ſe Eccleſiæ clientem faſſus eſt, tum Neapolim triũphantis more inuectus maximo cum Ciuium plauſu exceptus eſt.

Alfonſus Regnum ab Eugenio obtinet.

Eodem ferè temporè, quo Rex Neapolim, Eugenius, qui decennio ferè abfuerat, Romam veluti ouans inijt, Ciuium precibus fatigatus; nec ita multo poſt Synodum apud Lateranum indixit, quod tum Fœlix ſuis cum affeclis Baſileæ adhuc hærens ſeſſione ibidem XLV. ac poſtrema damnati cœtus celebrata illius translationem Lugdunum Galliæ Vrbem promulgaſſet.

Eugenius Romã redit. *Plat. Maſſon. & Ciacc. in Eug.*

Ad XIII, kal. Iunij ſequentis anni, qui ſæculi fuit quartus, ac quadrageſimus Aquilæ apud Samnium obijt Vir Sanctiſſimus Bernardinus, qui non verbo magis, quam exemplo Italiam plane vniuerſam illuſtrauit. *Eius res geſtas fuſè hic Author commemorat ex*

S. Bernardini obitus. Canonizatio. Ann. Chri. 1444.

Lau-

Laurentio Surio, tum ex Nicolai V. Diplomate qui ſexennio vix dum elapſo ſanctorum eum numero addidit.

Tri-tem. in chron. Eodem ferè tempore obijt Mediolani Nicolaus Piccininus Franciſco, ac Iacobo filijs ſuperſtitibus. qui haud quaquam degeneres, paternam gloriam feliciter æmulati ſunt. *Piccinini obitus.*

Conciliabuli ſolutio. Eugenius interim Baſileenſẽ Cœtum cum decretis nequiret, diſiecit armis, Delfino Caroli Galliæ Regis filio validis eum copijs Baſileam immiſſio.

Ann. Chri. 1445.

Ioannes Huniades Varnenſi Vngarorum cladi ſuperſtes fuit Ioannes Hunniades Vir bello egregius. maximæque apud eam Gentem exiſtimationis, cuius virtute factum eſt, vt ne Vngari in Turcarum poteſtatem, ac miſerrimam captiuitatem veniret, tum vt Regnum Ladislao puero Alberti filio reſeruarent, pro quo & Federicus Cæſar hoc ipſo tempore ad Eugenium ſcripſit.

Porrò cum Eugenius Franciſcum Sfortiam Piceno exactum vellet, belloque illum idcirco perſequi ad huc pergeret, Venetos, ac Florentinos, qui tutandum eum ſuſceperant, ab ſe alienauit: horum itaque conſilio impulſi, fretique viribus Bononienſes excuſſum antea Pon-

tificis

tificis iugum ſubire iterum detrectarunt, quæ res poſtea eandem Vrbem in maximas difficultates coniecit, quippe ciuili primo, dein externo quoque bello confecta eſt, Vicecomite ad noua omnia ex conſueto accurrente.

Alfonſi artes. Alfonſus quoque infenſior Eugenio redditus, quod vt erat ſuſpicioſus, neſcio quid de occulta illius cum Franciſco Sfortia ſocietate inaudiſſet, illius animum exploraturus, æqua iniqua ex eo petere inſtituit. *Surit. l. 15. c. 32.* Legatis itaque ad eum miſſis, ſi quidem bellum in Piceno proſequi cuperet, auxilijs eo ſubmittendis, centum quinquaginta aureorum millia quotannis poſtulauit, tum pro ſubmiſſis hactenus ceaſus annui compenſationem, quem & ad octo in poſterum vnciarum auri millia redigi vrgebat. Inſuper vt ius in Regnum ex Ioannæ adoptione in ſe translatum ad fœminas quoque, & poſteros quoſcunque ac conſanguineos pertinere decerneret. Terracinam denique, Beneuentum eodem beneficiario iure traderet. Eugenius Alfonſi Borgiæ Epiſcopi Valentini vſus opera, quem ipſius rogatu Regis Cardinalem ſuperiori anno dixerat, ſuſpicionem ab Rege omnem abſterſit, æquiora quoque

vt peteret aſſequutus, eſt.

Ann. Chri. 1446. Diuturno feſſam bello Italiam Eugenius pacare iterum aggreſſus, Alfonſum, Vicecomitem, Venetos, Genuenſes, Florentinos; ac Senenſes, Populoſque, & Dynaſtas, alios etiam atque etiam admonuit, vt Senas eidem concordiæ antea delectam Vrbem Legatos mitterent, quorum arbitrio exul diu Pax veluti poſtliminio reſtitueretur; ſocialia dehinc arma in Turcam verterent. venere à quibuſdam Legati, cæterum expetita pax confici haud quaquam potuit. *Eugenij conatus.*

Franciſcus Sfortia Piceno excluſus Tuderto, ac Vrbeueteri, aliiſque Pontificiæ Ditionis oppidis fruſtra tentatis, tum Venetis, ac Florentinis pro ſtipendijs nequicquam interpellatis, cum diſtracta etiam ſupellectile vnde aleret quas ductabat copias in poſterum non haberet, Philippum ſocerum vocantem adijt, illiuſque ſeſe poteſtati permiſit, haud inani ſpe fretus non ipſius tantùm gratiam, ſed Principatum quoque ſeſe aliquando adepturum. *Franciſcus Sfortia.*

Eugenius interim Pontifex, vt in tanta rerum perturbatione peculiarem ſibi patronum inter Cælites conciliaret, Nicolaum Tolentinatem vitæ Sanctimonia, ac miraculorum *S. Nicolai Tolentinatis Canonizatio.*

lorum fama celebrem in ſancto-rum numerum retulit, & à Principis Apoſtolorum ad Auguſtinianæ Familiæ Templum vniuerſo cum Clero, ac Populo progreſſus ſolemnia ibidem ritè celebrauit. extat rei Diploma, *ab Authore huc allatum*.

Hactenus Germaniæ Principes neutralitatem, vt vocabant, profeſſi neque Eugenio, neque Fœlici Pſeudo Pontifici ſeſe adiungere ſatius duxerant. hoc demum anno, damnato ſchiſmate, legitimum Pontificem agnouerunt, à quo ipſi viciſſim Diploma *hic relatum* proficuum Genti, atque honorificum retulerunt. Ea re lætus, vt par erat, Pontifex haud diu ſuperuixit, obijt VIII. kal. Martias, quo die ab Apoſtolorum Principe conſtitutam Antiochiæ Cathedram Eccleſia recolit. ætatis anno LXIV. Vir aduerſis ferendis natus ab exercito Pontificatu clarior. Ipſius vocatu ex D. Benedicti diſciplina Monachi D. Pauli Baſilicam Oſtienſem extra Portam curandam, extructumque ibidem Cœnobium incolendam ſuſceperunt; quemadmodum & illius permiſſu Regulares, quos vocant, Canonici Lateranenſem Baſilicam deiectis inde viciſſim ſæcularibus, receperunt. eiuſ-dem

Ann. Chri. 1447.

Eugenij obitus.

Monachi S. Pauli Templum

Canonici Lateranẽſes.

dem opus ſunt æneæ ad Principis Apoſtolorum Templum valuæ opere fuſili pro illius æui condicione arte mira elaboratæ, quæ adhuc extant, operibus illius al.js, in noui molitione, veteri cum Templo, dirutis. *Valuæ ad D. Petri.*

Finis Libri XVI.

ANNALES ECCLESIASTICI POST CARDINALEM BARONIVM

Ex probatis Authoribus, ac præci-
puè ex Abrahamo Bzouio
deſumpti

A LVDOVICO AVRELIO
PERVSINO

In Epitomen redacti.

LIBER XVII.

Reſpondens xvij. eiuſdem Auctoris Tomo.

EVGENIO mortalitati exempto à duodeuiginti, qui tum Ann.
Romæ aderant Cardinales, Comitijs ad Chri.
D. Mariæ ſuper Mineruam habitis pridie Nonas Martij ex ipſius Eugenij prædictione, ſucceſſor illi datus eſt Thomas Cardinalis S.Suſannæ Serzanæ Lunenſis 1447.

ſis agri Oppido natus, qui quod Nicolai Albergati Cardinalis olim ſub clientela adoleuiſſet, Nicolaus appellari voluit. parum enimuerò abfuit, quin ea electio turbaretur, quippe Stephanus Porcarius tenui cenſu Romanus Ciuis, populari tamen facundia prædirus, multitudinem in Capitolium coactam, atque in ſpem deguſtatæ haud ita pridem libertatis erectam, ad vim comitijs inferendam, illamque à Cardinalibus, ſiue ab nouo Pontifice extorquendam impulit. ſaluti fuit quæ res maximè obfutura videbatur: acceſſerat per eos dies Tibur Alfonſus Rex bellum in Florentinos moturus. ab eo non modo vis aliqua illata Patribus non eſt, quod multi haud temerè ſuſpicabantur, ſed quam diximus Romanæ Plebis ſeditio compreſſa. tum Legati ad Nicolaum miſſi, qui ſupremam ei dignitatem gratularentur, atque obſequium Regio nomine præſtarent, quod & alij deinde Principes certatim præſtitere, in quibus Franciſcus Sfortia Alexandrum fratrem legauit, per quem piorum cœtui reſtitui ſe paratum Piceni Oppidis reliquis decedere, ſuppliciter orauit. Porro qui à Venetis, ac Florentinis venerant Oratores illud addidere, per ſe non ſtare,

Nicolaus V.

Stephanus Porcarius ſeditionẽ excitat.

Alfonſus Rex Tibure.

Franciſcus Sfortia in Pont. obſequiũ.

re, quominus pax cum Vicecomite componeretur; id cùm Pontifici gratiſſimam accidiſſet, Tybur dimiſſi ſunt certiorem de his Alfonſum reddituri, qui nihil ſe prætermiſſurum reſpondit, quod ad optatam pacem ſpectare videretur. actum itaque, vt Legati ab omnibus Ferrariam mitterentur, quorum opera, tum Pontificis authoritate pax haud ægre compoſita eſt. Ea Philippus Dux frui diutius nequijt morte repentina ex apoplexia extinctus. Vir ingenio ſuſpicax, mobilis, in ſæuitiam pronior, ſæpe Victor, ſæpius victus. erecti animi laudem quæſiuit, licet natura eſſet pertimidus, vt vel leui tonitru audiro latebras amenti ſimilis quæritaret. Secreto maximè gaudebat, arcere etiam ſalutantes ſolitus, negocia per interpretem tractabat, denique reformidare cœtus hominum videbatur, tum quod hebeti eſſet oculorum acie, ſiquando aliquem ad ſeſe admittebat, nomenclatore ad monitore diſſimulanter vtebatur. Sunt qui tradant Alfonſum teſtamento ab eo hæredem ſuſtitutum. illud exploratum eſt, ab eius obitu Mediolanenſes in libertatem ſeſe vindicaſſe, cæterum inteſtinis ſtatim diſſidijs Franciſco Sfortiæ viã ad Imperium munijſſe.

Quod

Sabell. En. 10. l. 5. Fac. de reb. Alfonſ. l. 9. Pign. l. 7.

Pax Italiæ.

Philippi Viceco- mitis mors.

Mar. l 22. cap. 5. Iou. in Phil.

Quod autem in ſtabilieudis pacis conditionibus quædam tanquam appendiculæ Pontificis arbitrio relictæ fuiſſent, ex his veluti diſcordiarum ſeminibus à Philippi obitu, noua diſſidia extitere, Venetis præſertim, eo ſublato, Italiæ Imperio inhiantibus. Itaque Alfonſus copijs in Florentinos ductis, parum abfuit, quin Senas amicam Vrbem interciperet, à qua eum Ciues fraudem opportunè odorati, excluſerunt.

Pog. in a. In uect. Para. l. 2. tit. 3.

Sub idem tempus Laurentius Valla Vir alioqui doctrinæ laude præſtans, Neapoli cum eſſet prauorum dogmatum compertus vti Hæreticus damnatus eſt, ignique addictus, Alfonſi tamen Regis beneficio morti exemptus, abiurata hæreſi, virgis nihilominus cæſus eſt. *Laurẽtius Valla.*

Ann. Chri. 1448. *Eccle. hiſt. Huſſit. l. 10.*

Ad hæc Pontifex Ioanni Caruaiale S. Angeli Diacono Cardinali in Germaniam miſſo, neutralitatem vt vocabant, quæ inibi adhuc vigebat, omnino ſuſtulit, multa Genti, tum verò etiam Boemis pacis bono indulſit. Simul & Legatum alium Bartholomeum Lapatium Florentinum Epiſcopum Coronenſem in Vngariam legauit, à quo ſacrum bellum, recepto Eccleſiæ more, indictum, ac Cruceſignatorum copiæ aduerſus Turcas eductæ. *Sacrũ bellum contra Turcas.*

Bõfin. dec. 3. l. 7.

Infœliciter cedit.

ctæ; ea tamen expeditio, vt ſæpe alias, infœliciter Chriſtianis ceſſit Georgij in primis Doſpotæ proditione.

Schiſma ſublatum. Amadeus Pontificatu cedit.

Ann. Chri. 1449. *Plat. Ciaccon. P. Aemi. in Car. 7.*

Fœlici demum conatu Nicolaus Pontifex ſequenti anno, qui ſæculi fuit vndequinquageſimus Fœderico Cæſare, ac ceteris Chriſtiani nominis Regibus adnitentibus, Amedei abdicatione ſchiſma æque noxium, ac diuturnum omninò ſuſtulit. Porro eidem Amedeo, ac quatuor ab eo creatis Cardinalibus ea dignitas relicta, aut decreta eſt, ipſe inſuper Sedis Apoſtolicæ apud Allobroges, ac Pedemontios Legatus conſtitutus, Eremum haud ſecius repetijt.

Turba maxima pro Mediolanẽſi Principatu.

Eadem Venetos, ac Sfortiam cupido inceſſerat Mediolanenſes, qui ſeſe in libertatem vindicauerant, opprimendi, ergo fœdere inter ſe inito pacti ſunt ſi quidem bellum fœliciter ceſſiſſet, eoque victores extitiſſent, quicquid citra Abduã Philippus tenuiſſet, Venetis; Mediolanum, Vrbeſque reliquæ Franciſco cederent. Eo in diſcrimine verſantes Mediolanenſes Ludouicus Allobrox ſuppetijs iuuit. Alfonſus quoque Rex Iuſubriæ ditionem hæreditario Iure ad ſe ſpectare voce, ac ſcripto profeſſus, Ludouico Gonzagæ Duci, copias

co

eo impulit. Franciſcus interim nõ tam Venetorum auxilijs, quàm priuata CoſmiMedicei pecunia militibus auctus, poſt multas vltro citroque acceptas, illataſque clades, grauemque, ac longam oppugnationem, Mediolano potitus eſt. Veneti cum longe aliter, quàm putaſſent, ceſſiſſe rem animaduerterent, nouo ſibi fœdere Alfonſum Regem, qui hoſtili erat in Franciſcum animo, ad illum Mediolano, priuſquam inualeſceret, deturbandum conciliarunt. Nicolaus, qui ad ſequentem annum Iubilei celebritatem indixerat, componere inter diſſidentes pacem cum nequiſſet, inducias impetrauit, quo conuenarum in Vrbem numerus frequentior, pietatis, ac religionis vſus eſſet ſecurior. *Fran. Sfortia Mediolano potitur.*

Ann. Chri. 1450. *Plat. Ciacc. & al.* Peracta itaque eſt ea celebritas concurſu populorum maximo, vt ſemel Aelio in Põte tumultu à Petri Cardinalis Barbi familia exterrefacta exorto, ducẽti amplius mortales obtriti, aut in profluentẽ Tyberim lapſi occubuerint. numerata ſunt cadauera CXXXVI. in proximum D. Celſi Templum illata, prę ter ea, quæ hauſta flumine, ſepulchro caruere: qua re motus Pontifex plateolam, quæ Ponti adiacet, demolitis ædibus ampliorem red- *Iubilei celebritas. Clades ex Populi frequentia.*

 didit,

didit, quod & in Vaticana quoque area amplificanda exindè præſtitit, aliaque multa ad tutelam æquè, atque ornatum Vrbis molitus eſt.

Nobiliſſimi Orientalis Imperij interitus appetebat, Turcis vndiq; circumfuſis ægra Gentis ſpes vnius Conſtantinopolis munitione, amplitudine ſtabat. Demetrius Peloponneſi Princeps Cõſtantini Auguſti Frater (is Ioanni fratrum maximo ſubiectus fuerat) externa auxilia, ſuis ipſe, ac Fratris viribus diffidens, quæſiturus, legationibus Pontificem, Cæſarem, atque Alfonſum ſollicitabat. indictus eam ob rem Neapoli conuentus Principum, decretumque eſt, vti Federicus ſequenti anno Romam Diadematis accipiendi gratia veniret, Auguſtalibus exinde titulis auctus de communibus Chriſtiani nominis hoſtibus reprimendis conſilia cum eodem Pontifice, ac Principibus alijs, Rebuſque publicis communicaret. tum ſi quod bellum in Italia ſuper foret, authoritate, ac viribus opprimeret.

Conſtanti nus Græcorum Aug.

Georgius quoq; Caſtriotus Epiri Princeps (Scanderbechum vulgo appellant) licet Turcis terrori eſſet, eorumque copias ſæpe profligaſſet, ſuppetias à Pontifice, atque Alfonſo Rege petijt, ac impetrauit.

Scanderbechus.

Fac. de reb. Alf. l. 9.

Hoc

Anto. tit. 22 par. 3. c. 12. Surit. l. 15. c. 58.

S. Bernardini Canonizatio.

Hoc eodem anno Nicolaus Pontifex (quod antea innuimus) Bernardinum Senenſem Sanctorum numero adſcripſit, cuius rei extat Diploma *ab Authore huc allatum*. In Vincentij quoque Ferrerij res præclarè geſtas, ac miracula per eum edita, Alfonſo in primis curante, inquiri iuſſit.

Paul. Aem. in Car. 7. Polid. Virg. l. 23.

Angli Gallia exacti.

Sub idem ferè tempus Angli Notmannia atque Aquitania pulſi priſtinum Gentis decus amiſere, externoque peracto bello, domeſticis mutuo ſeſe diſſidijs, ac ſeditionibns confecere.

Ann. Chri. 1451.

Vngari Auſtriã inuadunt.

Italicam ex condicto profectionem adornantem Federicum Ioannes Hunniades Pannoniæ Rector infeſto agmine Auſtriam adortus, moratus eſt Ladislaum puerum Regni hæredem, neque illum tantùm, ſed & ſanctiorem illius Regni coronam apud ſe Cæſar habebat; de his igitur remittendis nequicquam ſæpius interpellatus, Vngarorum in ſe arma conciuit. Eadem Boemos quoque poſtulantes, atque alium ſe Regem electuros denunciantes, Aenea Syluio ad eos Legato, ſatis tum quidem deliniuit. rem geſtam Aeneas idem fusè tradit, qui & habitum a ſe eum Georgio Podribracio colloquium, & cum Huſſitis diſputationem dialo-

Aenea Syluij Legatio.

go, qui adhuc extat *ab Authore hic relato* complexus eſt. Aeneas porrò permultis hactenùs Legationibus egregiè fúctus à Tergeſtino Epiſcopatu ad Senenſem haud ita pridem translatus à Nicolao fuerat, tum verò ab eodem Nicolao ad Federicum Cæſarem miſſus. Ioannes quoque Capiſtranus doctrinæ, ac Sanctimoniæ laude inclytus hoc tempore Boemos ſacra doctrina imbuebat, exemplo ad pietatem incitabat.

B. Ioannes Capiſtranus.

Federicus in Italiam.

Ineunte anno ſub ipſas Ianuarij Kalendas Cæſar, Italiam attigit præmiſſo Alberto Fratre cum equitibus duobus millibus. habebat ſecum, præter alios magno numero Principes, Ladislaum Regem adhuc impuberem. Venetorum fines per Tridentinam vallem ingreſſus obuios habuit eius Reip. Oratores, qui ſumptus illi per vniuerſam Ditionem ſubminiſtrarunt. Ferrariam dein progreſſus, exceptus eſt à Borſio Marchione, habituſque inibi honorificentiſſimè per dies octo; pridie quam inde excederet conuenit illum, ſalutauitque patris verbis Galeacius Franciſci Sfortiæ Inſubrum Ducis filius, ac Mediolanum ad Diadema ibidem ex priſco more capeſſendum inuitauit. Bononiam venientem Beſſario Cardinalis Sedis

Ann. Chri. 1452.

Borſius Ferrariæ Marchio.

dis

dis Apoſtolicæ Legatus qua par erat magnificentia excepit. Florentiam exindè ingredienti D. Antoninus Vrbis Archiepiſcopus cum Clero, ac Populo penè innumero obuiam proceſſit.

Beſſario Card. S. Antonius Florẽtiæ Archiep.

Eodem forte die Leonora Sponſa e Luſitania poſt fœdam, qua iactata fuerat, tempeſtatem Liburni portum attigit. igitur ad eam excipiendam, ac Senas deducendam miſſi à Federico ſunt Aeneas Syluius Epiſcopus Senenſis, Ioannes Epiſcopus Ratisbonenſis, alijque aulici, equiteſque; qui ſponſam à Rege Luſitano Fratre deducendam acceperat inſignis Marchio, præhẽſam manu, ex publici tabellionis documento, Senenſi Epiſcopo eam tradidit. progreſſus ſubinde Senas Federicus Ipſe ſponſam inibi eximia forma, cultuque conſpicuam excepit, ſecumque Romam adduxit. In Pontificis conſpectum pro Vaticano Templo Sedentis vt primum venit, deſiliens equo, ac propior factus illius pedes deoſculatus eſt, moxque ad paternos amplexus admiſſus ipſe, ac poſt eum Leonora ſponſa, Ladislaus Rex, Albertus Frater, ac Principes deinceps reliqui. Ad hæc Ladislaus idem puer venuſtiſſimus eleganti panegyri, quæ adhuc ex-

Leonora Luſitana Federici ſponſa. Aeneas Syluius.

Ladiſlai oratio ad Pontificem.

tat *ab Authore hic relata* Pontificem ipſum laudauit. Redimitus exinde eſt Cæſar corona ferrea, Longobardorum, vt vocant, ſiue Italiæ Regni, quam Mediolani aſſumere mos eſt: Sponſalia mox peracta: poſtridie Auguſtalibus inſignibus vna cum Vxore ornatus eſt, iureiurando antea præſtito ex formula, *quæ hic habetur*, qua olim Ludouicus Pius Caroli Magni filius iuraſſe dicitur. Porrò cum à pompa ſimul ambo recederent, inſilienti in equum Pontifici ſtratoris munus Auguſtus præſtitit; tum ad Aelium pontem delatus, veteri ex more Albertum Fratrem, alioſque Viros conſpicuos equeſtri ornauit dignitate, ſeque in Lateranum recepit. Excedens Vrbe Neapolim profectus eſt, nuptialia feſta apud Regem ſponſæ auunculum celebraturus, deque Sacro in Turcas bello acturus.

Federici duplex Coronatio.

Eius in Pōtificē obſequiū.

Hoc ipſo tempore obijt Amadeus Allobrox anno à depoſito Pontificatu tertio, *de quo multa hic Author, tum in Appendice ad finem tomi adiecta*.

Conſtantinopolis amiſſio.

Subit annus ſæculi tertius, ac quinquageſimus Chriſtianæ Reip. ob captam à Turcis Conſtantinopolim, deletumque Orientale Imperium funeſtiſſimus. Amiſſa eſt Ann. Chri. 1453.

Vrbs

Vrbs nobiliſſima, ampliſſimaque ad dies feſtos Pentecoſtes, vt qui peruerſo dogmate in diuinum Spiritum peccabant Græci, eundem vltorem agnoſcerent clade maxima diuinitus eruditi. Eam ſanè fidem, qua Eugenio Pontifici, ac Latinis Patribus Oecumenica in Synodo Florentiæ ſeſe obſtrinxerant, turpi ſeceſſione violauerant, quo etiam factum videtur, ne auxi-

Sylu. ep. 155 Naue. Gen. 49.

lia hoc eodem anno à Nicolao Pōtifice, Alfonſo Rege, Venetiſque, ac Genuenſibus ſubmiſſa adiumento fuerint, claſſe inſtructiſſima vi tempeſtatum, locorum inſcitia, alijſque caſibus diſiecta. Regnabat hoc tempore apud Turcas Mahometes Amurate patre truculentior, quique Regnum à duorum Fratrum cæde auſpicatus fuerat. Is fœdere haud ita pridem cum Gręcis inito fide Turcica violato, Regiæ Vrbis expugnationem, quam Deceſſores fruſtra tentaſſent, ad nominis ſui gloriam ſpectare, vt quod maxime ratus, eam terra, marique arctiſſima obſidione cinxit. quod Barbari inire portum nauibus, ingentis catenæ obtentu, nequirent, rem auditu miram excogitarunt, Naues ipſas machinarum vi, ac multitudine militum in terram eductas, perque eam ſeptuaginta

Turcharū machinamētum.

ſtadiorũ ſpacio, quod vix credibile, ſuppoſitis cylindris tractas in mare iterum intra catenam, intraque portum demiſerunt, tum verò Vrbem terra, marique adorti denique expugnarunt. Obijt in ipſa Vrbis porta cum alijs innumeris Conſtãtinus Imperator, vt à Conſtantino ortum cum Conſtantino & ipſo Helenæ filio Imperium deficeret. Strages deinde ciuium à Barbaris editę referri abſque ingenti mœroris ſenſu nequeunt. eas fusè tradunt Iſidorus Card. Legatus, ac Leonardus Mitileneorum Archiepiſcopus litteris ad Nicolaum Pontificem hac de re datis *ab Authore huc allatis*: Certior itaque de his redditus Nicolaus, & dolore maximo affectus eſt, & Federicum Auguſtum, alioſque Principes, atque Reſpublicas litteris, ac Legationibus ſollicitare non prius deſtitit, quam conuentibus vbique habitis, collataque à Populis pecunia ſacrum bellum communi conſilio decretum eſt. Ad hæc idem Pontifex Beſſarionem Cardinalem Nicenũ Captę Vrbis Patriarchę titulo ornauit. Græci haud ſecius Georgio Scholario Viro eximio, quem & Gennadium dixere, inuito licet, munus idem collatum voluere, non permittente modo Tyranno, ſed etiam

Conſtantini Im. cædes.

Ap. S. Ant. par. 3. cap. 1.

Beſſario Card.

Eman. Mala.

etiam ſuadente, qui & erudiri in Christianę fidei dogmatibus à Gennadio voluit, eandemque fidem probare ſe teſtatus Chriſtianos deinceps habere mitius occœpit. extat doctrinæ à Gennadio tum Mahometi traditæ veluti ſumma viginti capitibus *hic relatis* comprehenſa.

Mahometis Turc. Imp. in Christianã fidem propẽſio.

Aen. Sylu. in Europ. c. 54. Ciacc. in Nic.

Hoc eodem anno Pontifex Stephanum Porcarium Romanum ciuem, quo de alibi meminimus, malè auſpicatam libertatem iterum Populo ſeditioſiſſimè ingerentem, vnà cum alijs conſpirationis ſocijs comprehenſum ſupplicio affecit.

Stephanus Porcarius

Ann. Chri. 1454

Eodem ferè tempore Venetijs obijt Laurentius Iuſtinianus Vrbis Patriarcha, *cuius præclarè actam vitam fusè Author hoc loco refert. ex coæui, vt videtur, ſcriptoris commentario deſumptam.*

Ex his, quæ bellum ſacrum morari maximè videbantur, erat vigẽs adhuc inter Italicos diſſidium, aut certè parum fida ſocietas, amicitiaque. Eos igitur Pontifex Dominici Cardinalis Sanctacrucij Legati opera nouo fœdere iunxit, cui præcipui ſubſcripſere præter Pontificem ipſum Alfonſus Rex, Franciſcus Sfortia, Veneti, ac Florentini. eo fœdere nullum hactenus

firmius fuiſſe dicitur. Alfonſus ſanè litteris *hic recitatis* ad S. R. E. Cardinales datis, egregiè teſtatus eſt, quo ipſe deſiderio teneretur ſacrum bellum promouendi, Turcarum gladios Chriſtianorum ceruicibus depellendi: infamiam denique à ſeſe, ac Principibus reliquis auertendi.

Apud Aen. Sylu. epiſt. 129.

Nicolai Papa obitus. Cœterum dum ſacra huiuſmodi expeditio à Nicolao maximè vrgetur, illius ſequuta morte, Deo ita moderante, diſiecta eſt. Obijt octauo Pontificatus anno vixdum exacto, Vir munificus in paucis, præcipuè in literatos, quos vndique accitos liberaliter aluit, ſtipendijſque, aut Sacerdotijs donatos coluit. Libros vndique, qui maiorum incuria, aut Barbarorum incurſu perijſſent, conquiſiuit, exſcribique impreſſoria nondum arte in Italiam inuecta, curauit, græcos in latinum verti mandauit.

Ann. Chri. 1455.

Poggius Quintiliani commentarios inuenit: Laurentius Valla Herodotũ, ac Thucydidem latine reddidit, Perottus Polybium, Candidus Appianum, Poggius idem Diodorum, Guarinus Strabonem, Theodorus Gaza libros Ariſtotelis de Animalibus, Theophraſti de plantis; itaque Bibliothecam Vaticanam auxit, ornauitque, ædes quo-

quoque Pótificias Eſquilinas, æquè ac Vaticanas, Baſilicas, Vrbiſque mœnia inſtaurauit. Nouendialibus peractis, iuſtiſque eidem perſolutis, quindecim non amplius Cardinales Comitiorum Conclaue ingreſſi poſt diutinam diſceptationem (nam Beſſarionem Grçcum hominem plerique omnes ſpectarent temporibus his peropportunum, Græciæque cladi emendandæ idoneum, ni Alanus Cardinalis intercesſiſſet Latino nomini dedecorum idem clamitans) Alfonſum Borgiam Epiſcopum Valentinum, eademque Diœceſi oppido Setabenſi, vulgo Xaticca oriundum, Pontificem renunciarunt, ſeptuagenario maiorem, qui eò ſe faſtigij euehendum, ex B. Vincentij Ferrerij prædictione audacter affirmare multó antea conſueuit, Callixti porrò nomen ex antiqua item deſtinatione aſſumpſit, conceptumque dudũ votum de Turcis omni ope inſectandis iterum vouit. Ipſa inaugurationis die, quæ in kalendas incidit Maij, ipſaque adeò pompa duo infauſta accidere; nam & Pontifex ipſe ſemel, atque iterum ex animi deliquio defecit, ac pro mortuo eſt habitus; & duo milites, quorum alter ex Neapoleonis Vrſini cohorte, alter ex Auerſi Anguil- *Callixtus iij.*

lariæ Comitis erat, ſeſe mutuo interemerunt; qua ex re motus in Vrbe maximus exortus eſt, quippe Vrſini milites Auerſi Comitis ædes ſtatim diripuere: Comiti actutum Columnẽſes præſto fuere. eiusdem tamen Pontificis authoritate ſeditio in ipſo exortu compreſſa eſt. Sub ipſam ſtatim inaugurationem Chriſtianos Principes non litteris modo, ac legationibus, ſed etiam exemplo ad ſacrum bellum inſtaurandum impulit. quippe ipſe inprimis triremes ſexdecim conſtruxit, quæ Ludouici Aquileienſis Patriarchæ ductu triennio toto circumuectæ non hoſtiles modo conatus repreſſere, ſed multiplici Barbaros clade affecere, Genuenſium ſubinde viribus auctæ. Exinde Vſſuncaſſanum Perſarum Regem honorifica legatione, ac muneribus in communem hoſtem incitauit, a quo non vno prælio cccc. amplius Turcarum milita cæſa referuntur diuina magis ope, quàm humana, vt ipſe epiſtola ad Callixtum ipſum fatetur.

Tumultus Romæ.

Pontificia claſſis in Turcas.

Vſſuncaſſanus Perſarum Rex.

Pacem interim Italię intertubare viſus eſt Iacobus Piccininus Nicolai filius, dum validis cum copijs Senenſium fines ingreſſus ſtipendia Patri debita ex his repetẽs, eorum agrum populationibus infeſtum habuit.

Iacob. Piccininus.

habuit. maioris porrò id molis opus videbatur, quod Alfonſi Regis ſuaſu ea fieri fama eſſet, bellique inde ſacri mora, aut diſiectio metueretur.

Ann. Chri. 1456. Turcarum Princeps Mahometes poſt Regiam Vrbem, vt diximus, expugnatam, captiuę mulieris amore captus, triennio fermè inglorius ſederat, bellis, ſi quæ interim geſta. per Aulæ Proceres, Duceſque adminiſtratis. id cum dedecori dari ſibi à militibus præſenſiſſet; Proceribus in Aulam coactis, amaſiam probè ornatam, manu prehenſam eò adduxit. tum, Quis veſtrum, inquit, huiuſmodi formam contemplatus culpare me in poſterum audeat, & nō potius venia dignum exiſtimet? cum omnes per ſummam aſſentationem, plauſu edito, certatim digniſſimum conclamaſſent. at verò, ait, vobis palam faciam, quam mihi ipſi poſſim imperare; prehenſoque mulieris capellitio eam immaniſſimè iugubauit. Illud quoque ſæuitiæ exemplum de eo traditur memorandum. Viridarium aliquando ingreſſus cū ephebis duobus, antequam digrederetur, pomum ex arbore decerptum animaduertit; cum Puer vterque iram Barbari metuens ablatum à ſe conſtanter abnegaret, exenterari alte-

Mahometis facinus.

Aliud ſæuitia exemplum.

alterum ex his iuſſit pomum perquiſiturus, alterius bono factum, vt primo experimento pomum inuentum fuerit. innoxium ſeruaſſe Deus viſus eſt, ſi tamen noxius, qui pœnam ſubijt, dici potuit. Egregio vt ſibi videbatur facinore vixdum edito Rex Barbarus bellum Vngaris indixit, eductiſque ducentis circiter armatorum millibus, Belgradum Regni propugnaculum obſedit. Erat ea in Vrbe Ioannes Hunniades eximius bello Dux, Regnique non belli modo adminiſtrator, cumque eo Ioannes Capiſtranus Franciſcanæ familiæ alumnus egregius Concionator, doctrinæque, ac Sanctimoniæ laude inclytus. Horum igitur virtute factum eſt, vt fractus hoſtis, obſidionem ſoluerit, centum amplius tormentis æneis grandioribus amiſſis, incenſis nauibus, caſtriſque omnis opulentiæ plenis direptis, Rege inſuper vulnerato. Calliri quoque claſſis hoſtilem ad Rhodum vicit, triremibus demerſis, captiſuè, aut fœdè diſiectis.

Bellū Vngaris infert. Ioannes Hunniades. Ioannes Capiſtranus. Victoria de Turcis.

S. Ant. par. 3. to. 22. Böſin. dec. 3. l. 8. Nau. vol. 2. gen. 49. Rubr. l. 29. Aen. Sylu. c. 65.

Nobiliſſimæ apud Belgradum partæ victoriæ ijdem ipſi, per quos parta ea fuerat, Hunniades, ac Capiſtranus ſuperſtites haud diū fuere, vtriuſque fato Chriſtianæ Reipublicæ funeſto Europa vniuerſa illa-

cry-

crymauit. Huius res geſtas vno,ac quadraginta capitibus comprehenſas Henricus Sedulius deſcripſit, & *ex eo hic Author, quem conſulere curioſus lector poterit.*

Aen. Sylu. Europ. c. 34. *Ma-ier. Annal. l.* 16. *Marian. l.* 22. Vertente anno Terremotus per Italiam, extraque eam vehementiores extitere. Neapoli multa, ac præclara ædificia corruerunt. Arrianum, Oppidaque alia nonnulla funditus euerſa ſunt. Ex Boiano oppido lacus factus, æternum manſit cladis huiuſmodi monumétum. in Aegeo quoque pelago inſula emerſit, quæ à mari attollebatur cubitis XL. arſitque diebus aliquot, donec flammæ bitumen defuit. In Etruria ex turbine arbores, atque ædes conuulſæ, homines, ac iumenta in aërem rapiata ſunt, ex eoque ad terram colliſa. periiſſe ea ex clade memorantur ſexaginta amplius mortalium millia. *Terremotus*

Ann. Chri. 1457. *Aen. Sylu. epiſt. plur.* Redditæ hoc tempore Ioannis Cardinalis Legati Callixto litteræ, quibus Turcarum noua, ac maximè metuenda in Vngariam expeditio nunciabatur, illius animum mœrore maximo affecerunt, quod præſertim nouis ſubinde motibus Chriſtiani Principes res turbarent, rebuſque in communes hoſtes gerendis impecimento eſſent. Ladislaus ſanè Rex, cuius res maximè *Impedimenta belli Sacri.*

mè agebatur, aſſentatorum conſilijs deprauatus, per ſummam animi leuitatem, ne dicam amentiam, cum Federico Aug. conſanguineo diffidebat. Carolus Rex Galliæ pecuniam ex Decimis comparatam moturus Anglis bellum, interuertit. Leuiori piaculo Caſtellæ Rex in Mauros, nec niſi dimidiam præcepit. Alfonſus triginta longarum nauium, onerariarum ſeptem, minorum nauigiorum longe plurium inſtructam in Orientem claſſem, in Genuenſes, præ cæteris ſacro bello ſuſtinendo, ac iuuando idoneos, nefariè vertit: ſed & terreſtribus Italiam copijs infeſtam habuit, Florentinorum, ac Senenſium, ipſiuſque adeò Pontificiæ Ditionis finibus, Iacobo Piccinino æmiſſario, exterritis. Ipſiusque patrocinio Vrſini Romæ Auerſum Comitem, cui Columnenſes iuncti erant, iterum adorti, Vrbem, ac ſuburbana omnia cædibus, rapinis, atque incendijs fœdabant. His, alijſque agitatus curis, ac difficultatibus implicitus Callixtus, ſe ipſo maior, aliàs haud ſeclus triremes Aquileienſi Patriarchæ ſummiſit, litteris, ac Legationibus diſſidentes, aut verius inſaniétes Principes pro Apoſtolica authoritate increpuit, nihil denique non egit,

Callixti ſedulitas.

vt

vt eos à nefarijs conſilijs auerteret, ad concordiam, ineundumque ſacrum fœdus, ac bellum iunctis viribus adminiſtrandum reuocaret.

Duodeuigeſimũ agebat annum Ladiſlaus Vngariæ, Boemiæque Rex, cum, Fœderico Auguſto conciliatus, deſponſaque ſibi Margherita Caroli Galliæ Regis filia, in ipſo nuptiarum apparatu, veneno, vt creditum, à Podiebracio propinato extinctus eſt. *Ladiſlai obitus.*

Eodem ferè tempore Germani Proceres frequentes apud Rhenum coacti ita ſacram in communes hoſtes expeditionem, ac religioſos Pontificis conatus, ad quod conuenerant, non iuuarunt, vt Romanæ Eccleſiæ grauaminibus, quæ appellabantur, in diſquiſitionem vocatis, impiè, ac proteruè multa ea de re decreuerint, ac ediderint. acuit in eos ſtylum Aeneas Syluius, ac prolixiores eo argumento litteras *hic recitatas* edidit. *Germanorum querela.*

Mahometes interim de bellico Perſarum apparatu edoctus, inferendi Chriſtianis belli conſilio depoſito, copias in Aſiam traiecit, biſque inibi ab Vſſuncaſſano victus Prouinciæ parte amiſſa, reliquam ægrè tutatus, inglorius receſſit. *Turcæ à Perſis victi.*

Cometes haud ita pridem metuenda coma inter Cancri, ac Leo-

nis

Alfonſi obitus. nis ſigna viſus, Alfonſi, ac Callixti exitũ præſagiſſe a quibusdax creditus eſt Obijt Alfonſus prior, præceſſitque Callixtũ in fata ferè ſesquimenſe. De Alfonſi dictis, factiſque Antonij Panormitæ libellus extat *ab Authore hic relatus*. ex defuncti Regis deſtinatione auita Regna Siculum, atque Aragonenſe Ioannes Frater adeptus eſt, qui Nauarreum dotale obtinebat. Neapolitanum Ferdinandus Filius Nòthus inuaſit, quem, qui Andegauenſibus addicti parùm æqui Aragonijs erant, ne Nothum quidem, ſed ſuppoſitum à Vilardonna Carlina Matre ad Regem ſibi conciliandum contendebant. Alfonſum ſanè poſtremis verbis monuiſſe illum ferunt, ne iniuſſu Pontificis Regnum capeſſeret, quod quia neglexiſſe viſus eſt, Callixti exitum, nouæ eius curæ pondere prægrauati, maturauit. Decimo à Callixti obitu die duodeuiginti, qui tum aderant Cardinales, (Dominico Capranica poſt Callixtum ipſum extincto) Comitiorum conclaue ingreſſi, quatriduo nondũ elapſo Aeneam Syluium Cardinalem Senenſem nouum Pontificem elegeruut. Electio porrò ita peracta eſt. re diuina ex more facta, calix aureus in ara poſitus eſt, in quem ſchedulæ mit-

Ann. Chri. 1458.

Pharel. dec. 2. l. 9.

Ioannes Frater, & Ferdinãdus filius notus ſuccedunt.

Callixti Papæ obitus,

Noui Pontificis electionis forma.

mitterentur, quę futuri ex cuiuſque deſtinatione Pontificis nomen haberent, quamquam & plurimo mina inſcribi poterant, ea condicione, vt prior nominatus præſerretur. euerſo calice, ac ſchedulis perlectis compertum eſt Aeneam Syluium à nouem Cardinalibus electum, reliquos aut minorem, aut nullam ſuffragiorum partem retuliſſe, quod verò duodecim minimum ſuffragia ad Pontificatum adipiſcendum requirerentur, placuit viam acceſſus, vt vocant, inire. igitur Roderico Borgia primò tum Iacobo Cardinali S. Anaſtaſiæ, denique Proſpero Columnenſi, qui in priori ſcrutinio Rothomagenſi fuerant ſuffragati, ad Aeneam accedentibus, Pontificatus eidem delatus eſt, quam ſtatim electionem accedentes ſubinde reliqui ratam habuere. Ab his ipſis interrogatus, quo nomine appellari vellet, Pij nomen optare ſe dixit. antequam curas paſtorales ſubiret, Principibus de ſua ipſius electione edoctis, ſimul eorum ad Deum preces, ac Populorum, Cleri in primis, ac Religioſorum hominum enixè expetijt. extant litteræ hac de re datæ, *ab Authore quoque hic recitatæ*.

Pius Secundus.

Quod verò curarum maxima eſſet ſacra in Turcas expeditio, ei decer-

decernendæ Chriſtianos Principes, eorumque, ac Rerumpublicarum Oratores Mantuam exciuit, Concilio ibidem indicto. ea res grauiter Romanos conſternauit reputantes ex Pontificis abſentia, quam diuturniorem præuidebant, Vrbem præcipuis commodis, atque ornamentis cariturám.

Concilium Mantuæ indicit.

Inter hæc Legari à Ferdinando Alfonſi filio ad Pontificem venere: hic tum demum expetitum Regnum decreturum ſe illi ſpopondit, ſi cenſum non in poſterum modo, ſed etiam qui hactenus deberetur, perſolueret; ſi Beneuentum, ac Terracinam redderet; iura Eccleſiæ non attingeret; Piccininum Eccleſiæ finibus pelleret, & ea quidem non niſi iure ſuo cuique reſeruato, collata ſibi intelligeret; qua de cauſa edictalibus tum litteris Pontifex quemcunque interpellauerat iuris aliquid ad Regnum illud præſeferentem; nàm per eos forte dies Epiſcopus Maſſilienſis Romam venerat Renato regnum, à quo exciderat, peſtulans. Huic Pius importunius apud ſe agenti, minaſque precibus miſcenti; *Poteſt ne*, inquit, *Renatus Picciniinum noſtris ceruicibus hoc tempore imminentem expellere?* cùm ille negaret; *Quid ergo*, ait, *expectemus,*

Renatus Andegauenſis.

ſtemus, ſi nobis pereuntibus adeſſe nequit, opemque nullam afferre? ex noſtro vſu Rex eſt, qui ſua poſſit & noſtra ſimul tueri.

Marian. l. 22. c. 19. S. Anton. tit. 22. c. 16 Ioannes quoque Alfonſi Frater, hæreſque Neapolitanum Regnum Hiſpanorum armis, Regnique Aragoniæ viribus partum ab auitis Regnis dirimi nefas putabat, decernique ſibi potius, quam Fratris filio Ferdinando à Pontifice poſtulabat. *Neapolitani Regni competitores.*

Biza. l. 13. Pontan. l. 1. Sed & Ioannes Renati Filius Genuæ regimen per idem fere tempus Fulgoſij Ducis accitu adeptus eidem Regno inhiabat, Ioannem Antonium Vrſinum Tarenti Principem, aliosque Proceres Ferdinando infenſos, ſibique ſtudioſos in primis nactus; inſuper & Florentini pro eodem ſtare parati erant, viciſſim autem pro Ferdinando Franciſcus Sfortia, ac Veneti propugnabant. *Ioannes Andegauenſis.*

His implicitum curis Pium, aliæ haud leuiores ex Boemiæ, Vngariæque Regnis à Ladislai obitu Rege deſtitutis excepere. Boemici Adminiſtrator Georgius Podibracius Huſſitarum Alumnus ſimul, ac Patronus, Huic in magna licet cõpetitorum turba, quod hi plurimi externi eſſent, ipſe autem militaribus inſtructus copijs, ad vim quo- *Georgius Podiebracius.*

quoque inferendam paratus videretur, haud magnopere fuit laborandum in Patrio Regno adipiſcẽdo. erant autem competitores Auguſtus ipſe, Fratreſque Albertus, ac Sigiſmundus germanus ille, hic patruelis. Rex tum Galliæ Carolus, qui, quod nullo iure niteretur, æs alienum, quo Regnum erat implicitum, diſſoluturum ſe, tributumque omne ad ſeptennium remiſſurum pollicebatur. Caſimirus Poloniæ Rex hæreditarium Vxori, quæ Ladislai erat ſoror, Regnum repetebat. ius idem ex Sorore altera Guilielmus Saxo præferebat. horum tamen oratoribus Comitijs adeſſe vetitis Regnum Podiebrachio delatum, Catholicis nequicquam obnitẽtibus. quod tamen illorum quoque rationem ſibi habẽdam exiſtimaret, Legatis ad Romanum Pontificem miſſis, illius quoque aſſenſum expetijt, emiſſaque fidei Catholicæ (ſimulatè vt patuit) profeſſione, impetrauit.

Boemiæ Regni Competitores.

Podiebrachius Rex Boemiæ.

Eodem ferè tempore Comitijs apud Vngariam quoque deligendo Regi habitis, Rex Matthias Coruinus Hunniadis filius, non abſens modò, ſed captiuus apud eundem Podiebracium, dictus eſt. Rei nuncio in Boemiam perlato, Georgius, ante-

Matthias Coruinus Rex Vng.

antequam res in vulgus manaret, atque ad Matthiam ipſum perueniret, conuiuio illum adhibuit vxore, ac filia preſtanti forma ſimul accumbere iuſſis. inter epulas ad conuiuam adoleſcentem conuerſus Georgius; *ſi quid ego*, inquit, *te adiuuero, curamque leuaſſo, inſuper & captiuitate exemplum, Regem dixerim, Ecquid erit præmij?* tacentem iterum alloquutus Georgius, *Equidem nihil à te*, ait, *potius opto, quàm affinitatis, atque amicitiæ neceſſitudinem. proinde ſi mea hæc filia tibi cordi eſt, eam mea, ac* Matris *voluntate tibi habeas licet*. annuente, vt par erat, Matthia, datæ inuicem dexteræ, ac ſponſalia protinus peracta ſunt.

Hoc eodem anno Pius Pontifex diploma pro canonizatione S. Vincentij Ferrerij à Callixto decretum edidit, *cuius exemplum ab Authore huc affertur*. *S. Vincentij Canonizatio.*

Ann. Chri. 1459. Nouo ineunte anno ad XIII. Kal. Februarij Pius Pontifex ad Mãtuanam Synodum Roma diſcedẽs, frequenti Populo vbertim lachrymas fundenti lachrymans ipſe benedixit. Sequuti eum ſunt Cardinales ſex, reliquis ſubſiſtere in Vrbe iuſſis, ac mitius Veris ſubeuntis tempus expectare. Peruſiam delatus, veluti in ſtatione prima tres *Pius Roma diſcedit.*

ibi-

ibidem hebdomadas moratus eſt, dein Senas patriam Vrbem conceſſit, quam Archiepiſcopali dignitate ornauit, ipſamque adeò Rempublicam nobilibus in eam reuocatis, ac regimini admotis, conſtituit. poſt hæc Florentiam perrexit; ea vix dum Bononiam petiturus exceſſerat, cum B. Antoninus Vrbis Præſul Vir eximius deceſſit, cuius res geſtas Vincentius Mainardus & ipſe Dominicani inſtituti Vir peculiari libello *ab Authore huc allato* proſecutus eſt, ſexageſimum ferè poſt annum ſanctorum numero adſcriptus eſt Hadriano Sexto decernente. cœterum Hadriani ſequuta morte Diploma nondum confectum Clemens VII. eidem ſublectus edidit, *cuius exemplum apud Authorem hic habes*.

S. Antonini obitus.

Bononiæ ſex dies moratus Pontifex, Ferrariam, atque inde Mantuam peruenit. Ferrariæ à Borſio, Mantuæ à Ludouico Vrbium Dominis pompa celebri exceptus. Kalendis Iunij, quæ dies Synodo fœliciter auſpicandæ ſtatuta fuerat, Pontifex vnà cum Patribus, ac Religioſorum hominum Familijs in Templum venit; vbi re diuina peracta, Coronenſis Epiſcopus, de his quæ in Synodo eſſent

Synodi Mantuanæ initiũ.

pera-

peragenda verba facere iuſſus eſt. Cæterum cùm nec frequens conuentus eſſet, Principibus de communi rei Chriſtianæ bono parum ſollicitis, & nec accedere, nec Legatos mittere admodum laborantibus, & per æſtatis calores Mantuanum cælum videretur inſalubrius, ex Patribus paulatim alij dilabi, alij reditum in Vrbem Pontifici ſuadere, quod dicerent ſatis illum, ſuperque ſuo muneri ſatisfeciſſe, alijs haud dubiè non ipſi vitio vertendum, ſi re infecta diſcederet: ſi qui ſint, qui benè conſultum Rei Chriſtianæ velint, Pontificem ipſum quoquo ierit ſequuturos. his nequaquam permotus Pōtifex, Mantuæ tandiu perſtitit donec Synodus nouorum ſubindè Patrum, ac Legatorum aduentu haud paulo frequentior eſt reddita. Ex Oriente in primis Oratores magno numero adfuere; a Cyprijs, à Rhodijs, à Lesbijs, ab Epirotis, ab Illyricis, ab Achæis & eorum quidem Princeps Thomas Paleologus Conſtantini olim Aug. Frater ſuppetias a Pontifice ſtatim obtinuit Italorum cohortem. horum omnium effuſiſſimæ erant non tam preces, quàm lachrymæ Pontificis, ac Latinorum Principum opem aduerſus Turcas hoſtes infeſtiſſi-
 mos

mos implorantium Ex Principibus adfuit Franciſcus Sfortia, quem ſe, ſuaque in ſacrum bellum exhibentem inſueta Pius Pōtifex amoris ſignificatione complexus eſt, cum antea Vxor quoque Blanca quatuor cum filijs Pontificis venerandi cauſa Mantuam acceſſiſſet. Adfuit Sigiſmundus Auſtriæ Dux Auguſti Patruelis quadringent s cũ equitibus. At verò aliorum Principum Legati, qui iam vndique conuenerant, ſalutis publicæ parum memores, toti erant in ipſorum Principum priuatis commodis procurandis. Pro Federico Auguſto Vngariæ Regnum à Proceribus ipſius Regni aliquot eidem delatum, à Pontifice quoque, ac Synodo decerni, Matthia deturbato, expetebant. Galli Neapolitanum vindicabant, tum non niſi cum Anglis pace conſtituta ſacrum bellum ſuſcipere ſe poſſe aiebãt, quod & ipſi pariter Angli præſeferebant, cum interim pacis condiciones nullas probarent. Quia Caſimiro Poloniæ Rege venerant, orabant Theutonici milites Regno plurimum infeſti in Tenedon Aegæi Maris Inſulam, futuri videlicet aduerſus Turcas Rei Chriſtianæ propugnaculum, amandarentur. multa Boemi, ac Podiebracius in rem ſuam,

Deffi-cultates in Concilio ſub orta.

ſuam, & inhoneſta quidem poſtulabant, multa & alij, quæ Pontificem Synodique Patres ad ſummam gerendæ rei deſperationem poſſe adigere videbantur. Is tamen haud ſecius perſtabat, inſtabatque, & tum quidem egregia ad Synodum Oratione *ab Authore hic ſummatim relata*, quam ad tres propemodum horas miro ſilentio protractam ferunt, palam omnibus fecit, quo res in loco eſſet, quæque belli ſacri neceſſitas vrgeret; eam, pro inſita genti eloquentia, Beſſarion Cardinalis, cui ſuorum incolumitas præ cæteris cordi erat, alia non minus eleganti excepit. Franciſcus Sfortia & ipſe, militari eloquentia ſermone patrio in hoſtes fidei bellum magnopere ſuaſit, ſeque & ſua omnia eam in rem obtulit. Decretum eſt itaque communi ſententia ſacrum bellum, nec quiſquam Principum, aut Legatorum auxilia in ſequentem annum ferre pollicitus non eſt.

Inter hæc Henricum huius nominis ſextum Angliæ Regem, curis publicis indormiſcentē, omniaque Vxori, ac illius procis dementiſſimè permittentem Varuici Comes prælio victum cepit, atque in ordinem redegit, Vxorem, ac filium *Turba apud Angliã Henrici depoſitio.*

filium in Galliam aufugere coegit, ea dem viribus apud Galliã aucta Angliam infeſtis copijs repetijt, obſeſſos arctiſſimè Londinenſes ad deditionem compulerat, ſed vindictæ auida mulier, dum deditios complures ad ſupplicium poſcit, victoriam ſibi ipſa præripit, Regnum Eduardo Henrici conſanguineo aſſerit, fugam iterum arripere in Scotiam coacta.

Synodi Mãtuana ſolutio. Octauum iam menſem agebat Mantuæ Pontifex, cum pro temporum condicione, futuro in communes hoſtes bello ſatis conſultum arbitratus Synodi ſolutionem publicauit, conſtitutione antea in eos edita, qui, quod iam nefario receptum viſu videbatur, à Romani Pontificis ſententia ad futurum Concilium prouocarent. Porrò quod ad ſacram expeditionem attinet, Vngari viginti equitum millia, totidem peditum, educturos ſe polliciti ſunt, pari numero affuturos ſe Germani receperunt. Itali claſſem validam comparabant, atque eam rem decimas ex ſacerdotijs, trigeſimas ex profanis redditibus, vigeſimas ex Hebræis colligebant. Veneti prouocare Turcam veriti nihil publicè obtulerunt, muneri ſe tamen ſuo non defuturos ſpoponderunt. idem Galli, atque Hiſpa- Ann. Chri. 1460.

Anathema in appellantes ad futurum Concilium.

Hiſpani prætetulerunt. quamquam Ioannes Aragonius ſacris decimis impetratis adornare claſſem haud cunctatus eſt. Angli, ac Scoti domeſtic s agitati motibus ſubſidij ſpem nullam fecere. Poloni ſuos tutari à Barbaris fines ſatis habuerunt. Philippus Bùrgūdus peditum, equitumque millia ſex obtulit, totidem ferme Scanderbecus Epiri Princeps Turcarum hoſtis infeſtiſſimus, haud multo minorem numerum Dux Inſubrum Frācïſcus Sfortia. Borſius Ferrariæ Regulus, quod omnium cum admiratione exceptum eſt, trecenta aureorum millia.

Ioannes interim Renati filius apud Rhodanum claſſem validam in Ferdinandum comparabat eam dum educit, Triremes xxiv. eodē influmine ab Alano Cardinali in facrum bellum compactas abigere non eſt veritus, inſtructaſque, atque Epibatis munitas vna cum reliquis in Cāpaniam immiſit. Ioannis aduentu magna rerum mutatio facta eſt; Proceribus Regni pleriſque omnibus à Ferdinando rebellātibus. Is eo in diſcrimine conſtitutus Legatos ad Pontificem, ac reliquos fœderatos Italiæ Principes, atque Reſpublicas miſit; & Pontificem quidem, ac Sfortiam *Ioannes Andegauenſis.*

paratos reperit ad auxilia ex fœdere ſubmittenda. Borſium Eſtenſem, Venetos, ac Florentinos non item; maximi quoque momenti fuit Picinini ad Gallos acceſſio.

Iacobus Picininus Andegauenſi accedit.

Ad VI. Idus Ianuarij Pius Pontifex aſperrimæ rigore hyemis haud quaquam retardatus Mantua excedens Ferrariam primo, dein Bononiam, mox Florentiam, atque inde Senas Patriam Vrbem perrexit. Ex qua priuſquam diſcederet (manſit enim æſtate tota) Sacrum Senatum Sex Cardinalibus auxit, Legationes aliquot audijt. Quo tempore Iacobus Piccininus tribus amplius equitum millibus inſtructus, ex Aemilia per Picenum in Campaniam tranſijt, Federico Feltrio, Alexandro Sfortia, ac Ioanne Malauolta Pontificis, & Inſubriæ Principis Ducibus nequicquam obnitentibus.

Patrata Romæ facinora

Eodem ferè tempore turbatum eſt Romæ iuuenibus amplius trecentis arma capientibus, atque in omne ſcelus ruentibus, nam ad ciuium cædes, officinarum, ac domorum direptiones, Virginum ac nuptarum raptus illud quoque addiderunt, vt Sanctimonialium ſepta peruaderent, Sanctimoniales ipſas non pudore tantum, ſed & ſuppellectile ſacrilegè ſpoliarent.

His

His permotus Pontifex reditum in Vrbem maturauit. Viterbium per uenerat, cum ad eum nuncius perlatus eſt, Picciminum ex Samnio, & iam Sabinos terrore adactos, ſeù nouarum rerum ſtudioſos cum eo ſentire, iunctiſque viribus Vrbi imminere. relatum in Senatu eſt, properandum ne ad Vrbem eſſet, an Viterbij ſubſiſtendum; vna fuit omnium ſententia Viterbij manendum Vrbemueterem haud paulo munitiorem Vrbem repetendam, dum Pontificij & Sfortiæ milites, qui apud Campaniam erant, ſubſidio adeſſent, nihil Romæ tutum ne à ciuibus quidẽ, qui & ſuopte ingenio, & ne rerum ſuarum iacturam facerent, hoſtem ipſum euocare parati videbantur, ad hæc Pontifex *omnes*, inquit, *manendum ſuadetis; nos eundum putamus, antequam hoſtis Vrbe potiatur. poſſumus in Vrbe, vt monetis claudi, poſſumus capi, atque adeò occidi non negamus. At vbi honeſtius, quàm Romæ Romanus Pontifex moriatur. Deum tamen adiutorem piæ cauſæ futurum cõfidimus; quod ſi occulto Dei indicio decretum eſt in hoſtiles manus incidere, aut impio ferro cadere, non recuſamus: effugere, quàm mortem oppetere turpius putamus.* Iter igitur ingreſ- *Pij reditus Romã.*

Pius Romã inijt. ſus pridie Nonas Octobris Vrbem inijt pompa exceptus propemodum triumphali. Ad hæc Pontificiæ ad Vrbem copiæ acceſſere, quarum aduentu, & Piccinini conatus, & ſeditioſorum ciuium moliciones irritæ cecidere.

Thomas Paleologus Romæ. Sub idem ferè tempus Thomas Paleologus Conſtantini Auguſti Frater Peloponneſi Dynaſtia Turcarum armis deiectus Romam venit dimiſſo apud Anconam Andreę Apoſtoli ſacro capite, quod ſecum attulerat. excepit profugum Pontifex perbenigne, ædeſque illi apud S. Spiritus Noſocomium, aureoſque menſtruos trecentos attribuit, quibus alios ducentos Cardinales addidere. Roſa inſuper illum aurea honoris cauſa donauit. Ad *Ann. Chri. 1461.*

Pij Papæ laudes. hæc idem Pontifex non ſeueritate minùs, quàm munificentia, ac lenitate captaſſe laudem viſus eſt: quippe & Sigiſmundum Auſtriacum, & Sigiſmundum Malateſtam refracta[illegible] & Galliæ Regem Carolum modeſtiæ, atque officij admonuit, vtque pragmaticam quam vocant ſanctionem abrogaret litteris Apoſtolica plane libertate ſcriptis, *ab Auctore hic recitatis*, edixit.

Eodem ferè tempore ſuorum rogatu ciuium ſanctarum Virginum

num Catalogo Catharinam Senenſem adſcripſit, in cuius rei teſtimonium Diploma edidit *ab Authore huc allatum*. carminibus quoque eandem Virginem ornauit. Veteris, vt appellant, Vrbis ad Centumcellenſem Portum mœnia; marmoreos pro Principis Apoſtolorum Templo gradus Romæ inſtaurauit. Arcem Tibure excitauit, vbi & tres fere menſes inſiſtens operi moratus eſt. de Arce concinnum extat Campani Epigramma. *Catharinæ Senenſis Canonizatio. Pij Pont. opera.*

Hærente adhuc apud Tibur Pōtifice Rex Gallorum Carolus inedia ex veneni ſuſpicione enectus deceſſit. Regnum Ludouicus huius nominis XI. natu maior filius extorris adhuc adeptus eſt. Is nihil prius habuit, quam vt Pragmaticam Sanctionē Regni labem à Patre aduerſus Romanæ Eccleſiæ iura inuectam ex voto antea Apoſtolorum Principi nuncupato abrogaret. *Caroli Gall. Regis obitus. Lud. II. ſuccedit.*

Cyprij Regis obitu Regnum ad Carlottam filiam delatum eſt, quæ quod maſcula Rex careret prole, in ſpem Regni educata Ioanni Luſitaniæ Regis Patrueli, eoque extincto Ludouico Sabaudiæ Ducis filio nupſerat. cæterum Iacobus defuncti Regis filius nothus Car- *Carlota Cypri Regina.*

lottæ frater, qui Nicoſienſem Eccleſiam adminiſtrabat, Tyranno Aegyptio ſtipendiarius factus illius ope Regios Coniuges deiecit. Carlotta Viro obſeſſo apud Cyprum relicto fuga elapſa, Romam hoc ipſo tempore acceſſit. Excepta eſt à Pio Pontifice perhumaniter, habitaque, tum ad ſocerum abitura viatico liberali munita. Verùm eam ſocer, ſocruſque quod Virum obſeſſum reliquiſſet, quod iuuencula itineri huiuſmodi ſe commiſiſſet, quod Sabaudiam ſumptibus ad tuendam Cyprum exhauſiſſet, toruis oculis, triſti vultu, acerbioribus exceptam verbis eò adegerunt, vt repetere Orientem, Rhodum accedere conſtituerit.

Aluminis apud Tolſũ inuentio. Acceſſerat haud ita pridem Romam Ioannes de Caſtro Pauli Iuriſconſulti filius Pio Pontifici per amicus; huius ingenio, ac induſtria, qui Byzantij diutius cum fuiſſet, atque inibi mercaturam exercuiſſet, aluminis apud Aſiam fodinas inſpexerat, huiuſmodi materies inuenta eſt apud Tolſam Pontificiæ ditionis in Etruria Oppidum non procul à Centumcellis, qua ex re maxima Pontificio ærario acceſſio facta eſt. quod Campanus eius æui Poeta non ignobilis ele- *Pius epiſt. 375. 387. 388. Pontan. l. 1. & 2.*

ganti

ganti carmine complexus eſt.

Hoc eodem anno Mahometes Trapezuntem, ac vniuerſam Colchidis Regionem vi cepit. Regnabat apud eam Dauid ex Comnenis olim Auguſtis ortum ducens Auguſti & ipſe titulo inclytus, hunc Tyrannus dedititium aliquandiù apud ſe habuit, denique vnà eum filijs ex leuiſſima ſuſpicione, quaſi cum Perſarum Rege Vſſuncaſſano conſpiraſſent, nefariè interemit.

Ann. Chri. 1362. Venere interim à Ludouico Galliæ Rege Legati ad Pontificem, inter quos duo erant Cardinales, per eos Rex innumeras ſe copias in Orientem tranſmiſſurum, nec Turcas modo Europa exacturum, ſed Aſiam quoque, ac Sacro ſanctum Chriſti Sepulchrum recepturum gloriosè pollicitus, id quod ſuberat, Neapolitanum Regnum Ioanni Renati filio noua ſibi affinitate iuncto poſtulauit. Ad hæc Pontifex Ferdinandum ab Alfonſo Patre Regni poſſeſſore hæredem inſtitutum, Proceribus etiam adnitentibus confirmaſſe ſe in eadem poſſeſſione ſuppliciter petentem dixit, vt e iure quidem, ſi quod alijs eſſet, haud quaquam abrogato. Ioannem contra ſe Pontifice, ac directo, vt vocant *Galliæ Regis poſtulata.*

Regni Domino inconſulto non Regnum modo armis inuaſiſſe, ſed naues quoque aduerſus fidei hoſtes ex ſacra pecunia comparatas abegiſſe, hiſque claſſem Italiæ rebus, Eccleſiæ iuribus turbandis inſtruxiſſe. quo haud dubiè iure ſuo, ſi quod habuit, excidiſſe videri poſſit. ſeſe haud ſecius cauſam ex æquo, & bono cogniturum: vtrinque interim inducijs firmatis, æquā hæc Legatis quoque viſa. itaque de his Regem edocendum, illiuſque ſententiam exquirendam cenſuerunt.

Turba apud Boemiã. Hoc ipſo tempore apud Boemiã turbatum eſt faces ſubdente Rochizana Huſſitarum Pſeudo Epiſcopo, Georgio quoque Rege Pio Pontifici ſubirato; quod hic compactata, vt vocabant, hoc eſt pacta inter Boemos, ac Baſileenſes inita comprobare abnueret.

S. Andreæ caput Romã aduectum. Sacroſanctum B. Andreæ Apoſtoli Caput à Thoma Paleologo ex Græcia, vt diximus, allatum, atque Anconæ relictum hoc anno Pius deferri ad Vrbem curauit. peracta res eſt maximo cum totius Vrbis plauſu, Pontifice ipſo, ac Sacro Senatu ad Pontem vſque Miluium obuiam prodeuntibus. cereas accenſas faces, vt alia ſileantur, ad triginta millium numerum perue-
niſſe

niſſe fama eſt . reconditum eſt Sacrum pignus in ipſo Principis Apoſtolorum Templo Conſtantini Aug. opera extructo , ex eoque haud ita multos ante annos, quam hæc prodimus, Pauli V. Pont. Max. iuſſu demolito, in nouum translatum, quo loci adhuc viſitur, ac religioſe colitur, Vrbani demum VIII. ſtudio, ac munificentia loculamento ſplendidiſſime decentiſſimèque exornato.

Hanc populi, ſummique Antiſtitis lætitiam triſtis ex vulgari lue moeror excepit. qua Ciuitas exhauſta ciuibus, Vrbana ipſa Curia, atque Aula diſiecta eſt: quippe & Cardinales plerique omnes ſeorſim huc illuc receſſere, & ipſe Pontifex cum eorum quatuor Vulſinios receſſit, aliaque circum oppida perluſtrauit. Corſinianum dein natale ſolum acceſſit. quod Epiſcopali haud ita pridem ornatum dignitate Pientiam in poſterum dici voluit, Templumque inibi regio ſumptu extructum ſolemni ritu conſecrauit. *Peſtis Roma.* *Pontifex Vrbe exceſſit.*

Vario interim Marte à Ferdinando, ac Ioanne bellum apud Campaniam, atque Apuliam adminiſtrabatur. Venerant Ludouici Regis ad Pontificem Legati de inducijs firmandis apud eum acturi; *Bellũ in Regno Neapolitano.*

cœterum cum res proſpere Ioanni cedere viderentur, cunctabundi moras omnes arte mira nectebant. Mox eodem ſemel atque iterum victo, omni ope inducias vrgere. Non defuit Pontifex ſpe pacis ductus Ferdinandum licet victorem ea de re ex fide interpellare. At is Pium, ne victoriæ ſibi fructum pręripere vellet, etiam atque etiam orare, tum Franciſci Sfortię ſocietatem cauſari, nihil eo inconſulto decerni a ſe poſſe; Gallos iuſto ſerius optionem recepiſſe. ad hæc Pontifex fidem fallere ſe poſſe negans, ſuas ſe copias reuocaturum edixit. Porro cum Pontifici morem geſturus Ferdinandus firmare demum inducias in animum induxiſſet, quod is eas longiores, Galli contrà breuiores cuperent, dum vere primo auxilia ex Gallia reciperent, non pacis modo, ſed induciarum quoque tranſactio diſiecta eſt, Pio magnopere indignante; itaque ad Ferdinandi Oratores, *Ite,* ait, *nunc, & magnifica verba factis æquate, quamquam ſi mea non me fallit ſententia, vos aliquando pœnitebit. ſi non ſtabilem, temporariam ſaltem pacem, quam obtulimus, non recepiſſe.*

Turbæ interim maximæ, quod ſæpe aliàs, inter Dominicanæ, &

Fran-

Ann. Chri. 1463. Franciſcanæ Familiæ Religioſos Viros, non ſine totius Eccleſiæ motu, exortæ ſunt. Erat apud Brixiam Galliæ Ciſalpinæ Vrbem Iacobus cognomēto Marchianus ex D. Bernardini diſciplina egregius Concionator, eius Ordinis alumnus. Hic Sacro Paſchatis die, dum frequentem apud populum e ſuperiore loco verba ex more facit, inter alia, Chriſti ſanguinem Sacroſanctum poſt paſſionem, dum ſuſus in terra iacuit, nequaquam latriæ cultu dignum fuiſſe dixit, quod à corpore Dominico ſeiunctus Hypoſtaticam Verbi vnionem amiſiſſet. id cum hæreticæ prauitatis Inquiſitor ex Prædicatorum Ordine reſciſſet, dié Iacobo, veluti hæreſis aſſertori dixit. Hic rem indignam hæreſis ſeſe, atque inſcitiæ inſimulari arbitratus, qui annos amplius quadraginta eo in munere omni nota immunis tranſegiſſet; ſuggeſto iterum conſcenſo, poſt multa de ſe, deque inſtituto dudum vitæ genere ad populum dicta, mirari ſe, ac dolere vehementer ait, quod extremo iam ſenio tanquam hæreticus accuſaretur; quæ dixiſſet non ſe primum, ſed alios numero non paucos autem non vulgares ante ſe aſſeruiſſe, aucta mirum in modum contentio, dirumque eo in

Contētio inter Dominicanos, et Fratciſcanos.

Popu-

Populo ſchiſma conflatum eſt, alijs Iacobo, illiuſque ſodalibus, Inquiſitori alijs illiuſque aſſeclis omni ope ſtudentibus; nec potis Epiſcopus fuit litem eam dirimere, quæ idcirco ad Apoſtolicam Sedem delata eſt. Itaque Pius Pontifex, ſilentio cæteris indicto, ſex qualibet ex parte prodire in certamen iuſſit. inita eſt à Viris doctiſſimis percelebris diſputatio eodem Pontifice. qui haud ita pridem ex Etruria ſeſe Romam receperat, alijſque doctrina, aut dignitate Viris conſpicuis audientibus. nec tamen definire aliquid tum quidem Pontifici viſum eſt; contentiones tamen ea de re vetitæ Diplomate in id vulgato, *cuius exemplum hic habes, rem geſtam fusè Author recenſet; qui & allata hinc inde argumenta in medium affert.*

Quæſtio indeciſa relinquitur.

Gallorum iugum excuſſerant Genuenſes, Reip. Principatum Thomas Fulgoſius adeptus, ab eo mox ſubmotus, tertio veluti per vices admotus eidem fuerat, tertio deiectus, Archiepiſcopus demùm euaſit. dum in eo eſſet gradu, Patriæ charitatem ambitioni obtendens quartò iam amiſſum toties regimen inuaſit, qua de re certiorem Pium Pontificem cum feciſſet, luculentas ex eo litteras retulit, qui-

Thomas Fulgoſius.

bus

bus ad moderatè imperandum egregiè inſtitutus eſt.

Dominicus Malateſta. Dominicus Malateſta haud ita pridem à Pontifice Venetorum opera in gratiã receptus, Ceruiam apud Aemiliam, quam cum alijs nonnullis eius Prouinciæ Vrbibus beneficiario à Romana Eccleſia iure poſſidebat, Pontifice inconſulto Venetis diuendidit, cæterum eam venditionem Pius irritam pronunciauit, Venetum Romæ Oratorem, ipſumque Malateſtam acriter increpuit.

Pax inter Imp. & Regem Per idem ferè tempus Pontificij apud Vngariam, ac Germaniam Oratores Federicum Aug. ac Matthiam Regem exitialiter diſſidentes ad concordiam reuocarunt, ex quo deinceps Vngaris in Turcas [illegible] a tergo metuentibus.

xãder Olina Card. Obijt hoc anno Alexander Cardinalis Olina, doctrinæ, ac ſanctitatis ex D. Auguſtini Sacro Ordine deſumptus. Illum funebri, quæ extat, oratione egregius eius æui Orator Campanus laudauit. Hunc ſequutus eſt Didacus Complutenſis Minorita, quem ætate noſtra Sixtus Pontifex Catalogo Sanctorum addidit: Res ab eo geſtas Petrus Galeſinus eiuſdem Sixti iuſſu poſteris tradi-

S. Didacus Cõplutenſis.

tradidit; quæ ex ipſius quoque Pontificis Diplomate peti poſſunt.

Spiritualia ſimul, ac temporalia hoc anno expediuit arma Pius Pontifex aduerſus Turcas. prioris generis non orationes modo fidelium, indictęque ab eo ſupplicationes fuere, ſed catechetica quoque ac parenetica Epiſtola ad Mahometem Turcarum Regem ab eo data. *Exemplum apud Authorem hic habes ob multiplicem eruditionem, ac facundiam ſingularem ſcitu iucundiſſimum*. porrò cum ſpes nulla ſubeſſet, Regem barbarum ab impietate, aut à ſæuiendi libidine litteris aut legationibus reuocandi, Chriſtianos iterum Principes ad Sacrum bellum ita prouo-[illegible], vt non ſocium modo ſeſe, verum [illegible] quamobrem Anconem ſe, quò & cæteri conuenirent, venturum [illegible] inque Orientem inde ſoluturum. eam tamen [illegible] profectionem Petriolana Balnea repetere coactus eſt. Romam inde Vere exacto reuerſus, Anconem iter inſtituit ad XIV. kal. Iul. aduerſo Tyberi ad Ocriculanum vſque portum ſubuectus: trahebatur autem lembus à ſiniſtro amnis latere funibus ad malum ligatis; terreſtri mox itinere Narniam, tum Interam-

Ann. Chri. 1464.

Pij epiſtola ad Mahometem.

Pij cōſilium.

Anchonē proficiſcitur.

teramnam, dein Spoletum, aliaque Vmbriæ, ac Piceni Oppida prætergreſſus Lauretum peruenit, votumque ibi apud celeberrimum Deiparentis Templum ob receptam eius ope haud ita pridem valetudinem perſoluit aureo calice, magni ponderis, formæque eximiæ donato. Anconem inde ad medium ferme Iulium acceſſit. Hic dum grauior ætate Pontifex effœtiſque viribus per æſtiuos calores Venetæ Claſſis Ducem, alioſque belli ſocios pręſtolatur, curarum pondere, ac moræ tædio languere cępit, adeò, vt pertinaci correptus febri, paulatim abſumptus ſit, egregij conatus pręmium à Deo recepturus. Obijt XVII. kal. Septembris, Pontificatus anno ſexto nondum exacto, ſex poſt dies explendo. Cadauer Romam delatum eſt, tumuloque in Principis Apoſtolorum Templo ad D. Andreæ Sacram aram conditum, indeque marmoreo ipſo eum tumulo noſtra ætate in extructum eidem Apoſtolo, dicatumque ab Alexandro Card. Montalto regia impenſa Templum translatum. Funebrem eidem orationem Senis dixit Campanus, qui & illius vitam compendio ſcripſit, quæ adhuc extat apud eum legenda. Cardina-

Pij II. obitus

Corporis trãſlatio.

Cardinales Romã redeunt. Cardinales, qui ſequuti Pontificem fuerant, Romam reuerſi in Comitia ibidem apud Vaticanum coacti ſunt viginti numero. Antequam ad electionem accederent, placuit nonnulla, quæ futurus Pontifex ſeruare teneretur in commune afferre, ac iure iurando firmare, ea fuere.

Decreta futuro Pontifici præſcripta. *Decretam in Turcas expeditionem vrgeret. Tolfanos redditus eam in rem integros impenderet.*

Curiam ſine plurium Patrum intra Italiam, ſine omnium conſenſu extra Italiam non transferret.

Concilium generale intra triennium cogeret.

Cardinales ſupra XXIV. *non crearet.*

De maioribus committendis Sacerdotiis non niſi in Conſiſtorio ſententiis auditis decerneret. ius ad ea nominandi nemini permitteret.

Cardinalem ne damnaret, mulctaretuè, aut durius in eum aliquid ſtatueret, niſi ex præſcripto Synodalis hac de re conſtitutionis.

Ex patrimonio Eccleſiæ nihil, quod paulo inſignius eſſet, in quemquam diſtraheret, neue eius cenſum imminueret.

Cardinalibus incõſultis nemini nec ſub ito bellum inferret, aut ad inferẽdum fœdus quodcumque iniret.

Teſta-

Teſtamenti factionem Clericis Curialibus permitteret.

Portoria noua nè induceret, vetera ne augeret.

Tributa, aut Decimationes de Clericis nulli Principum concederet.

Arcium Cuſtodes iureiurando, ac vadibus adigeret de iis Sede vacante Cardinalibus repoſcentibus tradendis.

Præſidibus Prouinciâ decedentibus adminiſtratorum Iudices daret.

Ducem Eccleſiaſtici Exercitus ex ſuo genere non conſtitueret.

His conſtitutis, iuratiſque ad electionem eſt ventum. electus eſt autem eadem fermè ratione, atque ordine, quo Pius D cefſor, Petrus Barbus Venetus Cardinalis S. Marci Eugenij IV. ex ſorore Nepos. Principio Formoſi nomen aſſumpſit cæterum quod ſpecie in primis formoſa eſſet, ne in hoc blandiri ſibi videretur, amicorum ſuaſu, Marci nomen delegit, ſed & illud poſtea mutauit, ne Patriæ nimis indulſiſſe quis diceret. Itaque inditum poſtremò Pauli nomen, perpetuò retinuit. Supremum Eccleſiæ regimen auſpicatus eſt à noua belli Sacri indictione, quamobrem & Legatos plures extra Italiam dimiſit. Venetorum, ac aliorum Italiæ Principum Oratoribus, qui *Paulus II.*

Romæ

Belli ſacri ſumptus à Principibus faciẽdi. Romę tum erant, in conſilium vocatis, ita demum tranſegit, vt in belli ſumptus quotannis ipſe in primis Pontifex centum aureorum millia impenderet, totidem Veneti, Ferdinandus Rex octuaginta, Inſubrum Dux ſeptuaginta, Ferrarienſis Regulus viginti, Mantuanus decem; Florentini quinquaginta, Senenſes quindecim, Lucenſes octo, Montis Ferratenſis quinque. Exinde Paulus S. R. E. Cardinalibus, qui ab alijs inferioris ordinis Pręſulibus hactenus vix dignoſcebantur, vſum purpuræ largitus eſt. *Paul. purpurã Cardinalibus cõcedit.*

Laure tanũ Templum remolitur. Lauretanum Templum, quod Sacroſanctam Virginis ędiculam circumplectitur veteri demolito, in eam, qua nunc, viſitur, amplitudinem remoliri inſtituit. Lapillis, gemmiſque, atque vnionibus magni precij conquiſitis Mitram Pontificiam tribus eductam coronis, quam Regnum vocant, confecit, cuius ęſtimatio id temporis fuiſſe dicitur centum, ac viginti aureorum millibus: cæterùm qui, paulo ante, purpuram Cardinalibus inſigne dederat, eorum imminuere authoritatem aggreſſus eſt. *Mytrã Pontificiam cõficit. Cardinaliũ auctoritatẽ imminuit.* itaque & leges, quas diximus in Comitijs conditas, ac iureiurando ab omnibus firmatas abrogauit, nouaſque his aduerſas condidit,

qui-

quibus vt ſubſcriberent Cardinales qua minis territos, qua blandimentis illectos adegit; indignum ratus Vicariam Chriſti poteſtatem alienis legibus ſubdi, ſeque non tàm ſui iuris, quàm aliorum voluntatis miniſtrum eſſe. denique Eccleſiæ auctoritatem apud Cardinales, non apud Pontificem eſſe. eam legum latarum abrogationem præ alijs non ferens Cardinalis Papienſis, qua erat dicendi, ſcribendique libertate, litteris ad eundem Pontificem, tum ad Cardinales aliquet, qui aberant, datis, acriter perſtrinxit. *harum exempla apud Authorem hic habes.*

Ciaccon. in Paul. II. Ad hęc Pontifex ſupplicationibus publicis ad Lateraunm indictis, Canonicos inibi Regulares, ſęcularibus eiectis, manere iuſſit; Senatu, Populoque Romano Sacramento adactis nunquam eos permiſſuros, aut illos eijci, aut hos reſtitui. *Canonicos Regulares in Lateranum reſtituit.*

Ann. Chr. 1465. Mahometes interim ad Chriſtianorum Principum vires diſtrahendas, eoſque ſeorſim, ſi fas, delendos, pacem, aut inducias Venetis primo, dein Vngaris, tum Militibus Rhodijs, denique Ferdinando Regi obtulit. cæterum cum dolos minus procedere animaduerteret, efferatior factus, arma

vndi-

Regni Domino inconſu'to non Regnum modo armis inuaſiſſe, ſed naues quoque aduerſus fidei hoſtes ex ſacra pecunia comparatas abegiſſe; hiſque claſſem Italiæ rebus, Eccleſiæ iuribus turbandis inſtruxiſſe. quo haud dubiè iure ſuo, ſi quod habuit, excidiſſe videri poſſit. ſeſe haud ſecius cauſam ex æquo, & bono cogniturum: vtrinque interim inducijs firmatis. æqua hæc Legatis quoque viſa. itaque de his Regem edocendum, illiuſque ſententiam exquirendam cenſuerunt.

Ttrba apud Boemiã. Hoc ipſo tempore apud Boemiã turbatum eſt faces ſubdente Rochizana Huſſitarum PſeudoEpiſcopo, Georgio quoque Rege Pio Pontifici ſubirato; quod hic compactata, vt vocabant, hoc eſt pacta inter Boemos, ac Baſileenſes inita comprobare abnueret.

S. Andreæ caput Romã aduectum. Sacroſanctum B. Andreæ Apoſtoli Caput à Thoma Paleologo ex Græcià, vt diximus, allatum, atque Anconæ relictum hoc anno Pius deferri ad Vrbem curauit. peracta res eſt maximo cum totius Vrbis plauſu, Pontifice ipſo, ac Sacro Senatu ad Pontem vſque Miluium obuiam prodeuntibus. cereas accenſas faces, vt alia ſileantur, ad triginta millium numerum perue-

niſſe

niſſe fama eſt. reconditum eſt Sacrum pignus in ipſo Principis Apoſtolorum Templo Conſtantini Aug. opera extructo, ex eoque haud ita multos ante annos, quam hæc prodimus, Pauli V. Pont. Max. iuſſu demolito, in nouum translatum, quo loci adhuc viſitur, ac religioſe colitur, Vrbani demum VIII. ſtudio, ac munificentia loculamento ſplendidiſſimè decentiſſimèque exornato.

Hanc populi, ſummique Antiſtitis lætitiam triſtis ex vulgari lue moeror excepit. qua Ciuitas exhauſta ciuibus, Vrbana ipſa Curia, atque Aula diſiecta eſt: quippe & Cardinales plerique omnes ſeorſim huc illuc receſſere, & ipſe Pontifex cum eorum quatuor Vulſinios receſſit, aliaque circum oppida perluſtrauit. Corſinianum dein natale ſolum acceſſit. quod Epiſcopali haud ita pridem ornatum dignitate Pientiam in poſterum dici voluit, Templumque inibi regio ſumptu extructum ſolemni ritu conſecrauit. *Peſtis Romæ.* *Pontifex Vrbe excedit.*

Vario interim Marte à Ferdinando, ac Ioanne bellum apud Campaniam, atque Apuliam adminiſtrabatur. Venerant Ludouici Regis ad Pontificem Legati de induciis firmandis apud eum acturi; *Bellū in Regno Neapolitano.*

coete-

cœterum cum res proſpere Ioanni cedere viderentur, cunctabundi moras omnes arte mira nectebant. Mox eodem ſemel atque iterum victo, omni ope inducias vrgere. Non defuit Pontifex ſpe pacis ductus Ferdinandum licet victorem ea de re ex fide interpellare. At is Pium, ne victoriæ ſibi fructum præripere vellet, etiam atque etiam orare, tum Franciſci Sfortię ſocietatem cauſari, nihil eo inconſulto decerni a ſe poſſe; Gallos iuſto ſerius optionem recepiſſe. ad hæc Pontifex fidem fallere ſe poſſe negans, ſuas ſe copias reuocaturum edixit. Porro cum Pontifici morem geſturus Ferdinandus firmare demum inducias in animum induxiſſet, quod is eas longiores, Galli contrà breuiores cuperent, dum vere primo auxilia ex Gallia reciperent, non pacis modo, ſed induciarum quoque tranſactio diſiecta eſt, Pio magnopere indignante, itaque ad Ferdinandi Oratores, *Ite*, ait, *nunc*, *& magnifica verba factis æquate*, *quamquam ſi mea non me fallit ſententia*, *vos aliquando pœnitebit. ſi non ſtabilem*, *temporariam ſaltem pacem*, *quam obtulimus*, *non recepiſſe*.

Turbæ interim maximæ, quod ſæpe aliàs, inter Dominicanæ, & Fran-

Ann. Chri. 1463. Franciſcanæ Familiæ Religioſos Viros, non ſine totius Eccleſiæ motu, exortæ ſunt. Erat apud Brixiam Galliæ Ciſalpinæ Vrbem Iacobus cognomẽto Marchianus ex D. Bernardini diſciplina egregius Concionator, eius Ordinis alumnus. Hic Sacro Paſchatis die, dum frequentem apud populum e ſuperiore loco verba ex more facit, inter alia, Chriſti ſanguinem Sacroſanctum poſt paſſionem, dum ſuſus in terra iacuit, nequaquam latriæ cultu dignum fuiſſe dixit, quod à corpore Dominico ſeiunctus Hypoſtaticam Verbi vnionem amiſiſſet. id cum hæreticæ prauitatis Inquiſitor ex Prædicatorum Ordine reſciſſet, diẽ Iacobo, veluti hæreſis aſſertori dixit. Hic rem indignam hæreſis ſeſe, atque inſcitiæ inſimulari arbitratus, qui annos amplius quadraginta eo in munere omni nota immunis tranſegiſſet; ſuggeſto iterum conſcenſo; poſt multa de ſe, deque inſtituto dudum vitæ genere ad populum dicta, mirari ſe, ac dolere vehementer ait, quod extremo iam ſenio tanquam hæreticus accuſaretur; quæ dixiſſet non ſe primum, ſed alios numero non paucos autem non vulgares ante ſe aſſeruiſſe, aucta mirum in modum contentio, dirumque eo in

Contẽtio inter Dominicanos, et Franciſcanos.

Popu-

Populo ſchiſma conflatum eſt, alijs Iacobo, illiuſque ſodalibus, Inquiſitori alijs illiuſque aſſeclis omni ope ſtudentibus nec potis Epiſcopus fuit litem eam dirimere, quæ idcircò ad Apoſtolicam Sedem delata eſt. Itaque Pius Pontifex, ſilentio cæteris indicto, ſex qualibet ex parte prodire in certamen iuſſit. inita eſt à Viris doctiſſimis percelebris diſputatio eodem Pontifice. qui haud ita pridem ex Etruria ſeſe Romam receperat, alijſque doctrina, aut dignitate Viris conſpicuis audientibus. nec tamen definire aliquid tum quidem Pontifici viſum eſt; contentiones tamen ea de re vetitæ Diplomate in id vulgato, *cuius exemplum hic habes, rem geſtam fusè Author recenſet: qui & allata hinc inde argumenta in medium affert.*

Quæſtio indeciſa relinquitur.

Gallorum iugum excuſſerant Genuenſes, Reip. Principatum Thomas Fulgoſius adeptus, ab eo mox ſubmotus, tertio veluti per vices admotus eidem fuerat, tertio deiectus, Archiepiſcopus demùm euaſit. dum in eo eſſet gradu, Patriæ charitatem ambitioni obtendens quartò iam amiſſum toties regimen inuaſit, qua de re certiorem Pium Pontificem cum feciſſet, luculentas ex eo litteras retulit, qui-

Thomas Fulgoſius.

bus

bus ad moderatè imperandum egregiè inſtitutus eſt.

Dominicus Malateſta haud ita pridem à Pontifice Venetorum opera in gratiã receptus, Ceruiam apud Aemiliam, quam cum alijs nonnullis eius Prouinciæ Vrbibus beneficiario à Romana Eccleſia iure poſſidebat, Pontifice inconſulto Venetis diuendidit, cœterum eam venditionem Pius irritam pronunciauit, Venetum Romæ Oratorem, ipſumque Malateſtam acriter increpuit. *Dominicus Malateſta.*

Per idem ferè tempus Pontificij apud Vngariam, ac Germaniam Oratores Federicum Aug. ac Mathiam Regem exitialiter diſſidentes ad concordiam reuocarunt, ex quo deinceps Vngaris in Turcas pugnare audacius licuit, nihil à tergo metuentibus. *Pax inter Imp. & Regem Vng.*

Obijt hoc anno Alexander Cardinalis Olina Saxoferratenſis eximiæ Vir doctrinæ, ac ſanctitatis ex D. Auguſtini Sacro Ordine deſumptus. Illum funebri, quæ extat, oratione egregius eius oeui Orator Campanus laudauit. Hunc ſequutus eſt Didacus Complutenſis Minorita, quem ætate noſtra Sixtus Pontifex Catalogo Sanctorum addidit: Res ab eo geſtas Petrus Galeſinus eiuſdem Sixti iuſſu poſteris tradi- *Alexãder Olina Card.* *S. Didacus Cõplutenſis.*

tradidit; quæ ex ipſius quoque Pontificis Diplomate peti poſſunt.

Spiritualia ſimul, ac temporalia hoc anno expediuit arma Pius Pontifex aduerſus Turcas. prioris generis non orationes modo fidelium, indictæque ab eo ſupplicationes fuere, ſed catechetica quoque ac parenetica Epiſtola ad Mahometem Turcarum Regem ab eo data. *Exemplum apud Authorem hic habes ob multiplicem eruditionem, ac facundiam ſingularem ſcitu iucundiſſimum.* porrò cum ſpes nulla ineſſet, Regem barbarum ab impietate, aut à ſæuiendi libidine litteris aut legationibus reuocandi, Chriſtianos iterum Principes ad Sacrum bellum ita prouocauit, vt non ſocium modo ſeſe, verum etiam Ducem obtulerit. quamobrem Anconem ſe, quò & cæteri conuenirent, venturum edixit, inque Orientem inde ſoluturum, eam tamen ante profectionem Petriolana Balnea repetere coactus eſt. Romam indè Vere exacto reuerſus, Anconem iter inſtituit ad XIV. kal. Iul. aduerſo Tyberi ad Ocriculanum vſque portum ſubuectus: trahebatur autem lembus à ſiniſtro amnis latere funibus ad malum ligatis; terreſtri mox itinere Narniam, tum Interam-

Pij epiſtola ad Mahometem.

Pij cōſilium.

Anchonē proficiſcitur.

Ann. Chri. 1464.

teramnam, dein Spoletum, aliaque Vmbriæ, ac Piceni Oppida prætergreſſus Lauretum peruenit, votumque inibi apud celeberrimum Deiparentis Templum ob receptam eius ope haud ita pridem valetudinem perſoluit aureo calice, magni ponderis, formæque eximiæ donato. Anconem inde ad medium ferme Iulium acceſſit. Hic dum grauior ætate Pontifex effœtiſque viribus per æſtiuos calores Venetæ Claſſis Ducem, alioſque belli ſocios prꝺſtolatur, curarum pondere, ac moræ tædio languere cępit, adeò, vt pertinaci correptus febri, paulatim abſumptus ſit, egregij conatus prꝺmium à Deo recepturus. Obijt XVII. kal. Septembris, Pontificatus anno ſexto nondum exacto, ſex poſt dies explendo. Cadauer Romam delatum eſt, tumuloque in Principis Apoſtolorum Templo ad D. Andreæ Sacram aram conditum, indeque marmoreo ipſo eum tumulo noſtra ætate in extructum eidem Apoſtolo, dicatumque ab Alexandro Cad. Montalto regia impenſa Templum translatum. Funebrem eidem orationem Senis dixit Campanus, qui & illius vitam compendio ſcripſit, quæ adhuc extat apud eum legenda. Cardina-

Pij II. obitus

Corporis trāſlatio.

Cardinales Romã redeunt.

Cardinales, qui ſequuti Pontificem fuerant, Romam reuerſi in Comitia ibidem apud Vaticanum coacti ſunt viginti numero. Antequam ad electionem accederent, placuit nonnulla, quæ futurus Pontifex ſeruare teneretur in commune afferre, ac iure iurando firmare. ea fuere.

Decreta futuro Pontifici præſcripta.

Decretam in Turcas expeditionem vrgeret. Tolfanos redditus eam in rem integros impenderet.

Curiam ſine plurium Patrum intra Italiam, ſine omnium conſenſu extra Italiam non transferret.

Concilium generale intra triennium cogeret.

Cardinales ſupra XXIV. *non crearet.*

De maioribus committendis Sacerdotijs non niſi in Conſiſtorio ſententijs auditis decerneret. ius ad ea nominandi nemini permitteret.

Cardinalem ne damnaret, mulctaretuè, aut durius in eum aliquid ſtatueret, niſi ex præſcripto Synodalis hac de re conſtitutionis.

Ex patrimonio Eccleſiæ nihil, quod paulo inſignius eſſet, in quemquam diſtraheret, neue eius cenſum imminueret.

Cardinalibus incõſultis nemini nõ ſubdito bellum inferret, aut ad inferẽdum fœdus quodcumque iniret.

Teſta-

Teſtamenti factionem Clericis Curialibus permitteret.

Portoria noua nè induceret, vetera ne augeret.

Tributa, aut Decimationes de Clericis nulli Principum concederet.

Arcium Cuſtodes iureiurando, ac vadibus adigeret de iis Sede vacante Cardinalibus repoſcentibus tradendis.

Præſidibus Prouinciæ decedentibus adminiſtratorum Iudices daret.

Ducem Eccleſiaſtici Exercitus ex ſuo genere non conſtitueret.

His conſtitutis, iuratiſque ad electionem eſt ventum: electus eſt autem eadem fermè ratione, atque ordine, quo Pius D ceſſor, Petrus Barbus Venetus Cardinalis S. Marci Eugenij IV. ex ſorore Nepos. Principio Formoſi nomen aſſumpſit: cæterum quod ſpecie in primis formoſa eſſet, ne in hoc blandiri ſibi videretur, amicorum ſuaſu, Marci nomen delegit, ſed & illud poſtea mutauit, ne Patriæ nimis indulſiſſe quis diceret. Itaque inditum poſtremò Pauli nomen, perpetuò retinuit. Supremum Eccleſiæ regimen auſpicatus eſt à noua belli Sacri indictione, quamobrem & Legatos plures extra Italiam dimiſit. Venetorum, ac aliorum Italiæ Principum Oratoribus, qui *Paulus II.*

Romæ

Belli ſacri ſumptus à Principibus faciẽdi. Romę tum erant, in conſilium vocatis, ita demum tranſegit, vt in belli ſumptus quotannis ipſe in primis Pontifex centum aureorum millia impenderet, totidem Veneti, Ferdinandus Rex octuaginta, Inſubrum Dux ſeptuaginta, Ferrarienſis Regulus viginti, Mantuanus decem; Florentini quinquaginta, Senenſes quindecim, Lucenſes octo, Montis Ferratenſis quinque. Exinde Paulus S. R. E. Cardinalibus, qui ab alijs inferioris ordinis Pręſulibus hactenus vix dignoſcebantur, vſum purpuræ largitus eſt. *Paul. purpurã Cardinalibus cõcedit.*

Lauretanũ Templum remolitur. Lauretanum Templum, quod Sacroſanctam Virginis ędiculam circumplectitur veteri demolito, in eam, qua nunc, viſitur, amplitudinem remoliri inſtituit. Lapillis, gemmiſque, atque vnionibus magni precij conquiſitis Mitram Pontificiam tribus eductam coronis, quam Regnum vocant, confecit, cuius ęſtimatio id temporis fuiſſe dicitur centum, ac viginti aureorum millibus. *Mytrã Pontificiam cõficit.* cæterùm qui, paulo ante, purpuram Cardinalibus inſigne dederat, eorum immineuere authoritatem aggreſſus eſt. *Cardinaliũ auctoritatẽ imminuit.* itaque & leges, quas diximus in Comitijs conditas, ac iureiurando ab omnibus firmatas abrogauit, nouaſque his aduerſas condidit,

qui-

quibus vt ſubſcriberent Cardinales qua minis territos, qua blandimentis illectos adegit; indignum ratus Vicariam Chriſti poteſtatem alienis legibus ſubdi, ſeque non tàm ſui iuris, quàm aliorum voluntatis miniſtrum eſſe. denique Eccleſiæ auctoritatem apud Cardinales, non apud Pontificem eſſe. eam legum latarum abrogationem pręalijs non ferens Cardinalis Papienſis, qua erat dicendi, ſcribendique libertate, litteris ad eundem Pontificem, tum ad Cardinales aliquot, qui aberant, datis, acriter perſtrinxit. *harum exempla apud Authorem hic habes.*

Ciaccon. in Paul. II. Ad hęc Pontifex ſupplicationibus publicis ad Lateranum indictis, Canonicos inibi Regulares, ſęcularibus eiectis, manere iuſſit, Senatu, Populoque Romano Sacramento adactis nunquam eos permiſſuros, aut illos eijci, aut hos reſtitui. *Canonicos Regulares in Lateranum reſtituit.*

Ann. Chr. 1465. Mahometes interim ad Chriſtianorum Principum vires diſtrahendas, eoſque ſeorſim, ſi fas, delendos, pacem, aut inducias Venetis primo, dein Vngaris, tum Militibus Rhodijs, deniqne Ferdinando Regi obtulit. cæterum cum dolos minus procedere animaduerteret, efferatior factus, arma

vndi-

vndique expedire, terreſtres, ac maritimas parare copias inſtituit.

Ioannes Andegauenſis in Galliã recedit.

Ioannis ex Campania diſceſſu, qui haud ita pridem rebus deſperatis in Prouinciam ſeſe Narbonenſem inglorius receperat, haud difficile fuit Ferdinando Regnum vniuerſum aſſerere.

Galliæ Regis, et Burgundi diſſidium.

Phil. Argẽt. Meyer. Ann. Fland. l. 16. Suffri. de Epiſc. Leod.

Exitiale hoc tempore diſſidium exortum eſt inter Carolum cognomento Belligerum Philippi Burgundiæ Ducis filium, ac Ludouicum Galliæ Regem, quod hic Leodienſes a Ludouico Borbonio Vrbis Domino, atque Epiſcopo rebellantes foueret; ille Epiſcopum affinem ſuum tutaretur. re ad Paulum Pontificem delata, pro Epiſcopo ſententia lata eſt, qua non Eccleſię modo regimen, ſed temporale quoque Vrbis imperium ad eum ſpectare definitum eſt. extat rei documentum Pontificiũ ipſum Diploma *ab Authore huc allatum*, cui ſententia ipſa inſerta legitur. At Leodienſes Regis Galli patrocinio freti, & Pontificis ſententiam contempſerũt, & exitiale Carolo, ac Philippo Patri bellum intulere; quod tamen in ipſorum caput vertit. Hęc quod maximè fuit deplorandum, rei Chriſtianę detrimento, ſacræque expeditioni impedimento maximè fuere, quip-

pe Dux Burgundiæ Philippus Antonium, ac Ludouicum filios cum claſſe in Orientem deſtinatos reuocare coactus eſt. Franciſcus quoque Sfortia Galeatium Filium Galliæ Regi, in quem Regni Proceres hoc eodem tempore conſpirauerant, auxilio mittere, quàm bellum ſacrum iuuare ſatius duxit.

Turbæ apud Hiſpaniam. *Marian. l. 22. c. 9.* Diriora vidit Hiſpania, apud quā haud abſimili conſpiratione Regni Procerum Rex Henricus exauctoratus, Alfonſus Frater regnare iuſſus eſt. conati Regem comprehendere, cum facinus non ſucceſſiſſet, Abulam ſeceſſere. eam extra Vrbem patenti in campo ſuggeſtum erexere, Regis ſtatuam impoſuere, trabea, ac reliquo ornatu conſpicuam. tum voce præconis Henrici crimina ſingillatim publicata. ad ſingula ſententiæ capita ſtatua regio aliquo ornamento nudata eſt, denique cum verborum contumelia iu præceps data. tum Alfonſus, qui actioni aderat, humeris Procerum elatus ſuggeſto impoſitus Rex acclamatur. certior à nouo Rege de his redditus Pontifex, deque rerum in Hiſpania geſtarum confirmatione interpellatus, Legatum eò deſtinauit, à quo quid inibi peractum ſit, ad ſequentes annos ſpectat.

Iac. Picinini caſus. Picininus rebus geſtis, belliquè laudibus in dies clarior, tum verò etiam Druſianæ Franciſci Ducis filiæ nuptijs apud Mediolanenſes in primis gratioſus, ſuſpicione ſocerum impleuit, ratum, ſe præſertim ſublato, eum filijs negocium exhibiturum. Ferdinandus quoque Rex illius vires, ac virtutem expertus, vt ſi vnquam metuebat. commodum hoc ipſo tempore idem Rex Franciſci filiam alteram Hippolytã Alfonſo filio matrimonio iunxerat. Igitur noua huiuſmodi affinitate Picinino in ſpeciem reconciliatus, ad ſua illum ſtipendia pollicitationibus, vt par erat, maximis euocauit, re, vt creditum, cum Franciſco communicata. Sanè hic author Picinino genero fuiſſe dicitur, vt ſuam Regi operam præſtaret. Neapolim profectus ſumma cum honoris, amoriſque ſignificatione exceptus eſt, Rege ipſo cum Proceribus, Auliciſque obuiam extra Vrbem prodeunte. denique in Arcem ductus per ſummã inibi perfidiam, quo mortis genere incertum, interemptus eſt. Ferunt, re cognita, Paulum Pontificem dixiſſe, *Appellationum Iudicem ſublatum*. Fuerunt qui dicereut, ipſum quoque Pontificem rei conſcium fuiſſe. alij contra haud dubiè inſcium, cuius

Simon. net. l. 31. Pa pien. l. 4. Pla. in Paul.

Ferdinandi Regis perfidia.

Pauli Pont. de Picinino ſublato iocus.

e re

e re potius eſſe videbatur Piccininum ſupereſſe, quem opponeret Ferdinando. huius ſanè haud vulgares iam extabant in Eccleſiam offenſæ. quippe Regni æmulo iam ſubmoto, nouiſque filij nuptijs tumens, cenſum pendere detrectabat, eumque in poſterum remitti, aut imminui peruicacius flagitabat. inſuper & Soranum Toparchatum, aliaque Pontificiæ ditionis oppida nullo iure vindicabat, vt iam ad arma res ſpectare videretur.

Ann. Chri. 1466. *Papie. l. 6. Miechou. l. 4. c. 68.* Diem Podiebracio dixerat Pontifex ad Regni Procerum, ac Catholicorum omnium querelam; ergo elapſo eidem conſtituto termino, ſententia in eum lata eſt, qua Regno malè olim parto deterius exinde geſto priuatus eſt, ſubditique eidem populi vtcunque in illius verba adacti, ſacramento ſoluti ſunt; data omnibus, in primis verò Vngariæ Regi, Boemici Regni vindicandi poteſtate. quo etiam tempore impius Rochizana Regni fax, ac præcipuus Podibracianæ Tyrānidis adminiſter, paralyſi correptus, ſacrilegæ linguæ vſum amiſit. Pontificij quoque Legati opera inter Caſimirum Poloniæ Regem, ac Crucigeros milites iuratos hactenus Regni hoſtes compoſita pax eſt. *Boemiæ Rex deponitur.*

Scanderbechi obitus. Obijt hoc anno Georgius Caſtriotus vulgo Scanderbechus Epiri Princeps belli fulmen, cuius admirabili virtute, ac fortitudine Turcarum vires ſæpius fractæ, innumeræ deletæ copiæ, eorum armis conatibuſque mora iniecta, quem & Sacræ expeditionis Ducem Pius Pontifex deſtinauerat, quoque maiorem Viro auctoritatem conciliaret, Macedoniæ Regem dixerat. eo ſublato, Mahometes, perrupto veluti obice, non Epirum modò impunè inuaſit, ſed Dalmatiam quoque ingreſſus, ea magna ex parte potitus eſt.

Rhodiorũ Romã conuẽtus. Rhodiorum Equitũ Magiſter Petrus Raymundus rei malè adminiſtratæ reus apud Paulum Pontificem actus, Romam euocatus eſt; adfuit ille ad ſtatutam diem, cumque eo eiuſdem Ordinis Viri complures. horum igitur conuentu habito, cui & Pontifex ipſe interfuit, ſalutaria multa decreta ſunt. Ea dũ peraguntur Petrus ipſe diem obijt extremam. huic Ioannes Baptiſta Vrſinus Pontifice in primis adnitente, ſufficitur, ſtatimque ad tuendam Inſulam commeatu, armiſque inſtructus dimittitur. *Boſſ. l. 8.*

Ioann. Bapti. ſta Vrſinus Magn. Magiſter.

Hoc ipſo tempore mortem obijt Franciſcus Sfortia, Principatum Galeacius filius e Gallia redux adeptus

ptus eſt, quem à Clericorum vexatione auſpicatus, eorum redditus mutui nomine intercipere non dubitauit, qua de re Illum Pontifex acriter increpuit *litteris ab Auctore hic recitatis*.

Ann. Chri. 1467. *Sabell. Enn.* 10. *l.* 6 *Plat. in Paul.* Deceſſerat Florentiæ Coſmus Mediceus, qui annos prope triginta eam Rempublicam iuſto ferè dominio adminiſtrauerat, potentiam tum ex ſingulari prudentia, tum ex diuitijs ampliſſimis nactus, quas ex fortunis Ioannis XXIII. (Pontificatu abrogato, carcere elapſus, Florentię apud ipſum deceſſerat) comparaſſe fama erat. Petro eius filio non deerant eadem præſidia potentiæ, quo minùs Patri ſuccederet. Huic ciuium aliquot ita aduerſari cæperunt, vt populo metũ Tyrannidis à Petro ingerentes, ſollicitare in eum Rempublicam inſtituerint; cæterũ ea erat Petri beneuolentiæ iunctá potentia, ac clientum copia, vt qui ei aduerſabantur, concitatæ metu multitudinis Vrbe excedere coacti fuerint. horum aliqui Venetias delati, Senatum ac Principem, vt ſibi ad recuperandam Patriam, Tyrannos eijciendos adeſſent, vtcunque exorarunt, ea præcipue ex cauſa, quod Coſmi ope, atque opera Franciſcum Sfortiam Mediolani Principatũ, Venetis *Florentinorũ diſſidium.*

licet obnitentibus, occupaſſet, itaque dignum filium, qui Venetos haberet hoſtes, quibus Pater incõmodaſſet, quod tamen initi paulo ante fœderis rationem eos ducere oporteret, Bartholomeum Coleonem Bergomatem copiarum Ducẽ adegeruut, vt non tam Reip. quàm ſuo ipſius priuato nomine exulibus Florentinis adeſſet, occultis haud ſecius ſtipendijs ex publico iuuandus. Rem, vti erat, ſubodorati Petrus, quique illi ſtudebant Ciues, Legatos ad Pontificem miſere, qui de Venetorum iniuria expoſtularent, eumque ad pacis publicę perturbatores coercendos adigerent: tandiu illum Patriæ memorem eſſe debere, quandiu monitis ipſius Ciues obtemperarent; Venetum Ciuem eſſe eum deſijſſe, quo tempore ſummum in Chriſtiana Rep. imperium adeptus ſit, quod ſi Ciuis authoritas apud ſuos nulla ſit, Pontificis quanta ſit oſtendi oportere. Ad ea Paulus cognoſcere ſe dixit, quæ ſuæ ſint partes; hortando, ac monendo errantes corrigere, & ſi quidem res poſtulet, vi ſacroſancti imperij cogere ad officium obnitẽtes Pontificem debere. id ſe haud abnuere, ſi modo conſtet, Venetos, cuius rei inſimulantur, ab inito iãdudum fœdere diſceſſiſſe; Patriæ

ne-

neceſſitudinem non ad ſceleris ſocietatem, ſed ad officij, ac pietatis perfunctionem, cum id tempora requirant, comendationem habere. cæterum vt aduerſus Ciues ſuos indemnatos arma ſumat, nunquam ſanè ſe commiſſurum, ne à ſceleris in patriam, iuſtitiæ opinionem apud exteros quæſiſſe videatur. his auditis Legati pacis publicæ mentionem, & diſſidiorũ, quæ Florentiæ vigerent, iniecerunt, quorum arbitrum Pontificem ipſum optarent. optionem haud grauatè recepit Pontifex, omnique deinceps ope curauit, vt & Florentinos inter ſeſe, & cum Venetis eoſdem conciliaret.

Hoc tempore Paulus Põtificias, quæ adhuc extant, ad D. Marci regio ſumptu ædes extruebat, ex ruina, vt ferunt, Amphiteatri Flauij (hodie Coloſſeum appellant) porrò ipſa ruina meridiem verſus adhuc viſitur, parte reliqua, quæ dimidia fermè eſt, opus admirabile etiam num Romanæ olim potentiæ, ac Maieſtatis monumentum. Eas dein ædes Pontifex incolendas ſuſcepit, quod Populo pergratum accidit in cuius itidẽ gratiam epulum apud eas publicum non ſemel dedit, ſpectacula, ſolemneſque ludos ex more priſco exhibuit, argenteos quo- *Palatiũ S. Marci.* *Ludi apud illud publici.*

que nummos in confertam multitudinem plauſu maximo iactauit, qua de re illum Cardinalis Papienſis auſterioris diſciplinæ, ac cenſoriæ grauitatis Præſul liberius redarguere non eſt veritus *litteris ab Auctore hic relatis*.

Fraticellorum ſecta repullulat. *Inſixtura in notis diarijs.* Hoc anno Poli, quod pppidum eſt in Aequicolis, detecta iterum Fraticellorum hæreſis, à vulgata Chriſti, & Apoſtolorum de paupertatis pertinaciſſima opinione, *ſectam de opinione* appellabant, docebant & ipſi, nullum Pontificum legitimum Chriſti Vicarium fuiſſe, aut eſſe, qui Chriſti, atque Apoſtolorum paupertatem non profiteretur. Oppidi Dominus eadem pice inquinatus cum viris octo, ac ſex fœminis Romã vinctus perductus, ignominia cum rèliquis publicè affectus, abiurare hæreſim coactus eſt.

Imago B. Mariæ de quercu. Eodem ferè tempore non longè à Viterbio Imago Dei parentis e quadam quercu pendens miracula ingentia operari cœpit, pendebat autem ab annis circiter quadraginta in tegula depicta, appenſaque à Viterbienſi ciue viro pio, qui ea ratione proximam inde vineam à cæli iniurijs tueri ſe haud ægrè poſſe ſperauerat, ſpe haud fruſtratus fuerat. Miraculorum fama concurſus

ſus Viterbienſium, accolarumque plurimus eſt factus. ſacellum tum, dein Templum ampliſſimũ extructum eſt, quod, cœnobio itidem addito Dominicani Ordinis Fratribus curandum eſt traditum.

Ann. Chri. 1468. Parta iterum Pontificis opera Italiæ pace Baptiſta Platina Virdiſertus, doctrinæque laude clarus gratulatoria de pace, hortatoriaque ad bellum Turcicum orationẽ habuit, *quæ ab Auctore hic recitatur*, tum ipſe Pontifex feſtodie Dominicæ Aſcenſionis ad B Laurentij, & Damaſi ſacram ædem vnà cum Patribus, ac Religioſorum Ordinum familijs proceſſit, ſacriſque inibi operatus eſt.

Papin. l. 7. Inter hæc, nunciatum Romę eſt, Federicum Aug. ſoluendi voti cauſa eò properare. Miſſi obuiam ſunt à Pontifice Legati quatuor Epiſcopali omnes dignitate ornati, tum accedẽte propius Cardinales duo, qui non vltra bidui iter proceſſerunt. exceptus dein Romæ Pontifici ſacra facienti in ſacra & ipſe veſte miniſtrauit, ſacrumque vetuſto ritu Euangelium haud inſcitè decantauit. in publicum poſtea Conſiſtorium admiſſus paratum ſe dixit, Conuentu ibidem Principum, ac Sacrorum Antiſtitum indicto, Conſtantiam accedere, quo & ipſe *Federicus Imp. Romæ*

concederet Pontifex, & Rex Vngariæ Matthias de ſacra inibi expeditione deliberaturi. hac ille ratione, ſi quando maioribus ingruentibus malis, querelæ populorum exaudirentur deſertæ Reip. ac ſalutis culpam in Pontificem reijcere ſe poſſe exiſtimauit, amiſſamque vocante Mantuam Pio exiſtimationem, vocato nunc Conſtantiam Paulo redimere. decima ſeptima ab acceſſu die nullo operæ precio facto in Germaniam redijt.

Germaniã repetit.

Turcarum Rege Mahomete Syriaco, Aegyptiacoque bello implicito, Matthias Boemiæ Regnum Pontifice, atque Auguſto deferentibus aduerſus Podiebracium proſcriptum veudicare aggreſſus eſt. validis itaque cum copijs in contermi-nam Morauiam delatus, oppida apud eam plurima aut deditione Ciuium recepit, aut vi, & machinis expugnauit.

Paulina de rebus Eccleſiæ non alienãdis.

Hoc eodem anno Paulus Pontifex vulgatiſſimam Conſtitutionem edidit de rebus Eccleſiæ non alienandis Kal. Martijs Pontificatus anno IV.

Card. Turrecrema ta obitus.

Obijt hoc ipſo tempore Ioannes à Turrecremata Cardinalis Hiſpanus vir doctrina æquè, ac ſanctimonia clarus. præclara extant Romæ tanti Viri munificentiæ docu-

men-

menta, Templi fornix ad D.Mariæ *Eiuſdē* ſuper Mineruam: Cœnobij clau- *opera.* ſtrum, &, quod caput eſt, D.Virginis Annunciatæ pauperibus Virginibus dotandis inſtituta ab eo primo, inſtructaque Societas.

Duplicis victoriæ uuncius ſimul *Venetorum & Vngarorū victoria.* allatus eſt Venetorum apud Thraciam dc Turcis, Vngarorum apud Morauiam de Boemis. Quamobrē Paulus Pontifex publicas, habendis bonorum omnium largitori Deo gratijs, ſupplicationes indixit.

Reconciliatio Galliæ Regis, ac Fratris. Ann. Chri. 1469. *Papie. l. 7. Böſin. dec. 4. l. 2.* Contentione inter Galliæ Regē Ludouicum, ac Carolum fratrem dudum exorta, cum conciliandæ paci colloquium nō detrectaſſent, cumque alter alteri nequaquam fideret, ventum ex condicto eſt ad flumen, cui pons ex nauibus eam in rem conſtratus eſt. pontem medium ligneus obex inſtar muri diuidebat. eò cum hinc inde fratres acceſſiſſent, tanta fuit naturæ vis, vt præteritorum commemoratione prętermiſſa lachrymas vbertim ambo profuderint perruptoque obice non dexteras modo, ſed & pectora maximo cū amoris ſenſu iunxerint, mutuâque offenſionum obliuionem polliciti, pacē ex animo deinceps colere inſtituerint.

Ferdinandum Regem Eccleſiæ obturbātem iura pro libidine, Pau-

Ferdinandi, et Galeacii tyrannis. lus Pontifex Regnum ſe Ioanni Renati filio adiudicaturum comminatus, ea denunciatione ad officium reuocauit. Galeacium quoque fœderis cum Federico Aug. ineundi metu à ſacrarum rerum inuaſione deterruit.

Vngarorum aduerſus Podiebracium conatus, ac victorias æquo animo non ferebat Caſimirus Rex Poloniæ, Hunc ne illis imeedimento eſſet, ſed vires potius, & ſocialia in Tyrannum, atque Eccleſiæ hoſtem arma vti iungeret Pontifex legatione ad eum miſſa etiam atque etiam hortatus eſt. *Ann. Chri. 1470.*

Fama interim obſeſſæ à Turcis apud Euboeam Chalcidis, ſiue vt nunc vocant, Negropõtis, Paulum Pontificem ſollicitum habuit, Ergo propitiãdo Numini indicta ad Baſilicam Lateranenſem ſupplicatione, ipſe nudis pedibus ſacrã D. Genitricis Imaginem, quæ in Templo ad Flaminiam Portam ſeruatur, ſacrum D. Præcurſoris caput circumtulit. Verum aliter quàm optaretur euenit, quando Chriſtiani Principes priuatæ rei cauſa publicam turpiter neglexiſſent. Capta eſt Vrbs, quæ tum Venetis parebat, totius Græciæ propugnaculum. Eo in diſcrimine conſtituti Veneti non Chriſtianos modo Principes, ſed *Iuſtin. hiſt. Venet. Giacc. in Paul.*

Venetorum induſtria.

Per-

Perſarum quoque Regem Vſſuncaſſanum pro fœdere in communem hoſtē ineundo interpellarunt. At verò Paulus Pontifex ad diuinam opem impenſius implorandā Sacrum Iubileum à quinquageſimo ad vigeſimum quintum annum contraxit, litteris, *quæ hìc referuntur* eam in rem datis Kal. Maij Pōtificatus anno VI.

Iubileū ad 25. annum contrahitur.

Hoc tempore Turcarum Princèps Mahometes nefario antea voto ſolemni ritu nuncupato, terrore maximo in Chriſtianos bellum inſtaurauit. qua re motus in primis Federicus Auguſtus Conuentum Procerum Germanorum indixit, ad quem Pontifex & ipſe Legatum miſit Franciſcum Cardinalem Senenſem, quo cum Campanus quoque Epiſcopus Vir diſertiſſimus perrexit, cuius luculentiſſima extat oratio eo in conſeſſu habita. Dum adhuc Conuentus habetur, nuncij ex Carniola ipſius Auguſti contermina Italiæ Prouincia venere teſtantes, atque adeo vociferantes Regionem à Turcis ferro, ac flamma vaſtatam captiuorum millia amplius xx. abducta, communita ab hoſtibus loca quædam, vndè excurrere quām latiſſimè, ſeque vna cum præda in tutum recipere impunè poſſint; imploraſſe ſuperum

Ann. Chri. 1471.

Conuētus Principum Germaniæ.

Carniola à Turcis vaſtata.

ac mortalium opem. lectæ inſuper Antiſtitis Strigonienſis litteræ, quibus nunciabatur eodem tempore bifariam hoſtibus diuiſis Vngariam quoque miſere vaſtatã, direptamque, integro iam ſæculo ab Vngaris cum Turcis pugnatum, exinanitum viribus, ac Viris Regnum, niſi externa iuuetur ope non poſſe hoſtem immanem diutius ſuſtinere: communem cauſam agi, ſe etſi propinquiores periculo ſint, non tamen ſolos perituros. orare Cæſarem, ac monere, cumque eo Conuentum Principum ampliſſimum, vt in medium conſulerent. Federicus nihil penſi habere, querelis huiuſmodi indormire viſus eſt. Itaque cum ex Conuentu quidam decem equitum millia in rem præſentem armanda dixiſſet, continuandique interim belli rationes ineundas, quatuor millia ſufficere reſpondit, cæteris omnibus ſtomachantibus. denique in eam ſententiam itum eſt, vt alendis in ſequentes etiam annos militibus pecuniam vnuſquiſque hac ratione penderet, vt qui annuos mille aureos ex prouentibus haberet, equitem vnum conduceret, peditem qui quingentos, eademque proportione qui plus, qui vè minùs perciperet: porrò vbi prouentuum haberi

Federici Imp. Socordia.

aliàs

aliàs ratio nequiret, bonorũ vniuſcuiuſque fieret æſtimatio, vt cui mille in bonis eſſent, quinquaginta in prouentibus habere cenſeretur, fuere qui hac ratione ducenta propè armatorum millia conſcribi à Germanis, alique poſſe affirmarent, quibus Barbari non repelli modo à Chriſtianorum ceruicibus poſſent, ſed haud dubiè deleri. Recepta eſt condicio conſenſu maximo; cæterum non ab Auguſto tantùm, ſed ab alijs quoque Principibus egregiè poſteà dormitum eſt.

Paulus ſanè Pontifex ne muneri deeſſet ſuo triremes viginti Venetis, ac Rhodijs ſubſidio miſit, tum vt decem Ferdinandus ſubmitteret Auctor eidem fuit, cum ipſi Veneti ſex & quadraginta, Rhodij ſeptem eduxiſſent.

Papi. epiſt. 382. Pign. l. 8. Vt autem Pontifex Borſio Ateſtino quo ad conciliandos, armandoſque Italiæ Principes interprete vtebatur, maiorem auctoritatem conciliaret, Ferrariæ illum Ducis titulo ornauit. *Rem Romæ geſtam maximo cum totius Vrbis plauſu, & pompa fusè* Auctor hic refert, quem require. nec diu Borſius ſuperuixit ad XIII Septembris fato functus. quo tempore Boemiæ quoque Rex Georgius deceſſit filijs quidem ſuperſtitibus, ſed Patris odio à Re- *Borſius Ferrariæ Dux creatur. Borſij Ducis obitus.*

gno-

Item Geor-gij Boe-miæ Re-gis.

gno exclusis. Hos ſequutus eſt Paulus ipſe ad v. kal. Auguſtl exitu repentino ex apoplexia ſublatus, eum eadem die lętus Conſiſtorium habuiſſet.

Pauli II. obitum, eiuſque laudes poſtquam recenſuit Bzouius, pro ſua in Paulum V. obſeruantia, quem, dum hac ſcriberet, deceſſiſſe ait, illius vitam peculiari commentario compre-henſam adte-xuit, quam ex eo petere curioſus lector po-terit.

Finis Libri XVII.

ANNALES ECCLESIASTICI POST CARDINALEM BARONIVM

Ex probatis Authoribus, ac præcipuè ex Abrahamo Bzouio deſumpti

A LVDOVICO AVRELIO PERVSINO

In Epitomen redacti.

LIBER XVIII.

Reſpondens xviij. eiuſdem Auctoris Tomo.

Ann. Chri. 1471. NOuendialibus peractis,iuſtiſque ex more Paulo Pontifici perſolutis, Sixtus ſublegitur huius nominis IV. qui Franciſcus Roboreus Cardinalis Sauonenſis ex Franciſcana diſciplina fuerat. ſiue is ex Roborea Familia Taurinenſi nobili, ac vetuſta ortum *Sixtus IV.*

tum duxerit, ſiue eidem ob clientelam adſcriptus non ſatis exploratum eſt. Prima Patrum ſuffragia, ſeu, quod vocant ſecretum ſcrutinium, quatuor candidatos ediderat Nicenum, Rotomagenſem, Vrſinum, ac Papienſem, exinde tribus poſterioribus excluſis, res ad vnum Nicenum Senatus Principem ſpectare videbatur. cæterum illius ſeueritate factum, vt omnium mox vota in Roboreum ſint verſa, qui ad eundem Nicenum incrementa fortunæ alia referebat. Ad Lateranum nouus Pōtifex cum procederet vitæ periculum ex Populi tumultu adijt. Equites Pontificij, dum turbas ſubmouent aſperius quoſdā ex Populo habuere; hi tum ſubſidio alijs vocatis, ac coitione facta, ita equites adorti ſunt, vt ſiue aliud agentes, ſiue ex compoſito Pontificiam quoque lecticam ſaxis impeterent. iamque eam deferere parati erant lecticarij, alijque corporis cuſtodes, cum Latinus Vrſinus Cardinalis obequitans concitatæ furorem plebis repreſſit, periculum diſcuſſit. Indicturum ſe Pontifex Concilium apud Lateranum ſpoponderat, ſed Federico Vtini apud Forum Iulij haberi poſtulante, res tum quidem protracta, ac denique diſiecta eſt, aliaque

Vitæ periculum adit.

Ciacc. in Sixt.

que rebus remedia quæſita.

Auctus nouo à Pontifice beneficio Ferdinandus Rex ex annui cenſus remiſſione, quandiu ſacrum bellum iuuaret, triremes hoc anno decem ac ſeptem eduxit. Galeacius quoque Pontifici vt rem gratam faceret, ſimul vt boni & Chriſtiani Principis famam ſibi conciliaret, claſſem & ipſe in Genuenſi portu paratam in idem bellum inſtruxit. At verò Sixtus indictas eam in rem antea Clericis Decimas, Laicis trigeſimas, Iudæis vigeſimas vt exigerent, Legatos alios alio amandauit; mutuis interim in rem præſentem à Laurentio, ac Iuliano Mediceis quinquaginta quatuor aureorũ millibus receptis, totius Apoſtolici Senatus fide interpoſita. *Cenſũ Ferdinando remittit.*

Alfonſus quoque Luſitaniæ Rex fidei hoſtium viribus diſtrahendis validis cum copijs traiecit in Africam, inſigniique inibi victoria potitus, Argillam munitum oppidum cepit, captiuorum millia ferme quinque abduxit, ac modico ſub haſtam precio vendidit. *Luſitanorũ victoria.*

Mari. l. 13. c. 16. et ſeq. Nebr. dec. 1. l. 2.

Henricus Alfonſo Fratre Regni æmulo deiecto, noua cum ſorore Iſabella alere diſſidia cœpit. erat huic Ioanna filia incertis tamen natalibus, quod multi eam ſuppo- *Diſſidia in Hiſpania.*

ſiti-

ſitiriam crederent, multi Rege conſcio, ac volente, quod ipſe procreandæ prolis impos eſſet, ex adultera Vxore natam affirmarent. ea res Proceribus Regni aliquot ſuadentibus ſororem impulit, vt vel inuito Rege Virum ſibi quæreret Ferdinandum Aragoniæ Principem (is poſtea Ioannis Patris obitu Rex conſtitutus, dotalique poſtmodum auctus deuictis Mauris, atque Hiſpania exactis Catholici nomen adeptus eſt.) porrò quod Henricus Ioannam in ſpem Regni educare videretur, ac Regias eidem nuptias quærere, facili negotio ad arma ventum eſt, quæ vt auerteret Sixtus, Rodericum Borgiam Cardinalem pacis ſequeſtrem in Hiſpaniam miſit. Boemiæ quoque Regni à Georgij obitu deligendo Laurentium Rouerellam Ferrariēſem Epiſcopum Internuncium à Paulo illuc miſſum eodem in munere cōfirmauit. cæterum Boemi nulla Pontificis ratione habita, à quo Regnum Matthiæ fuerat decretum, nulla ipſius Matthiæ, qui armatus aderat, aliorumue competitorum, qui multi ac primi nominis Chriſtiani Principes erant, Ladiſlaum Caſimiri Poloniæ Regis filium Regem dixerunt, ipſique adeò Poloni ita Regis Vngari armis

mis non ſunt territi, vt Vngarorum factionibus, ac diſſidijs freti, Regem illis Caſimirum Iuniorem Ladiſlai Fratrem obtrudere non dubitauerint.

Hoc ipſo tempore Deiparę Imago ad Capitolij radices miraculis cœpit inclareſcere; quare poſtmodum Templum inibi extrui eſt cœptum magnificentia, cultuque celeberrimum, quod D. Matris de Conſolatione appellatum eſt. *Templum B. V. de Cõſolatione.*

Hoc item anno extincta ſunt duo clariſſima Monaſtici Ordinis lumina Thomas kempenſis ex Canonicis Regularibus, ac Dionyſius Bichelius Cartuſianus, *quorum vita merita, tum relicta poſteris litterarum monumenta ab Authore hic recenſentur, à quo & eiuſdem Dionyſij reuelationes quædam adnectuntur*, ex quibus ille *Extatici* nomen adeptus eſt. *Thomas Kempis Dionyſius Cartuſianus.*

Ann. Chri. 1472. Pax quam tribus ferè ab hinc annis inter Ludouicum Regem, ac Carolum Fratrem firmatam diximus, diuturnior eſſe non potuit. iunxere autem ſeſe Carolo Britanniæ, Burgundiæque Duces, quod verò atrox inde bellum metueretur, Sixtus Pontifex Beſſarionem Cardinalem Nicenum in Galliam legauit. cæterum in ipſo belli apparatu Carolus Burdegalæ diem

obijt

obijt non ſine veneni ſuſpicione Fratris opera eidem propinati.

Pontificia Claſſis victoria. Smirna à Chriſtianis capta. Oliueriũ quoque Carafam Cardinalem Sixtus Neapolim ad Ferdinandum Regem legauit, tum Pontificiæ præfectum Claſſi in Orientem amãdauit. hic vbi Smirnam Vrbem nobiliſſimam vi captam, direptamque deleuit. extat adhuc victoriæ illius monumentũ catena ferrea, quæ portui Sateliæ obtendebatur, apud Vaticani Templi Sacrarium.

Hoc loco Bzouius infecta belli ſacri mentione quo iunctis Chriſtianorum animis, ac viribus Turcas deleri haud agrè poſſe conſtans tum etiam erat ſententia; ad illatum haud ita multos ante annos, dum hæc proderet, conatu maximo ab Oſmane Principe Polonis bellum ab iiſque egregiè propulſatum digreditur, reſque in eo dietim geſtas ex Matthia Litleuii *commentario refert; quibus epinicia quoque addit, ac paranetica Matthiæ Sarbiuii cultiſſimi Poetæ carmina ad ſacrum bellum capeſſendum.*

Alternatiua Epiſcopis Galliæ conceditur. Hoc eodem data legitur Sixti Conſtitutio, qua Ludouici Regis rogatu Regni Epiſcopis Sacerdotia demandandi facultatem alternis menſibus tribuit, dum non ſint ex Apoſtolicæ Sedi reſeruatis in cor-

pore,

pore, vt vocant, iuris, aut ex alia quapiam Romani Pont. conſtitutione.

Beſſarionis obitus.

Obijt hoc ipſo tempore Beſſarion Cardinalis ex Gallica legatione vixdum redux, eius laudes viuentis adhuc panegirica oratione, ex vero tamen, complexus eſt Platina. Hunc ſequutus eſt Amadeus ex Allobrogum Regulis huius nominis octauus, Ducū tertius, Amadei, quem diximus Pontificatum in ſchiſmate obtinuiſſe, ex Philippo filio nepos, cuius ea fuit fama ſanctitatis, vt Beatus iure inſcribi promeruerit. *res ab eo geſtas fusè Author hoc loco refert*. Principatum adeptus eſt Philibertus filius impuber, quem cum Fratre Carolo, ac Iolanda Matre Dux Burgundię Carolus captiuum abduxit.

Item B. Amadei Sabaudia Ducis.

Polyd. l. 24. Brut. l. 4. Supa. ann. 1459. Sabell. En. 8. l. 7.

Henricus quoque Angliæ Rex dudum, vt diximus, Regni faſtigio deiectus, poſt diutini ærumnas carceris, eodem in carcere trucidatur.

Item Henrici Regis Angliæ.

Hoc eodem anno mortem obijt Iacobus Cyprius, qui Regnum ſorore exclnſa inuaſerat. Vxorem is grauidam Catharinam Corneliā Venetam mulierē reliquit, quamobrem eo ſublato Mocenicus Claſſis Venetę bello Turcico Præfectus Cyprum delatus poſthumæ ex Catharinæ Prolis nomine Regnum

Itē Iacobi Regis Cypri.

An-

Andreæ Cornelio illius Patruo administrandum tradidit.

Oliuerij Carafa triumphus. Nouo ineunte Anno Cardinalis Oliuerius Carafa Pontificiæ Claſſis Legatus Vrbem iniit pompa propemodũ triumphali; Camelos præda Turcica onuſtos, militaria hoſtiũ ſigna, ipſoſque captiuos Barbaros præ ſe agens. *Ann. Chri. 1473. Panu. in Sixto.* *Christianorum Claſſis.* aucta erat Claſſis ad triremes centum, quarum quinquaginta Venetorũ, reliquæ æquo numero Pontificis, ac Ferdinandi Regis, præter eas alias inſuper viginti Galeacius ære ſuo armari à Genuenſibus curauit. *Bizã. l. 14.* Auguſtus ne nihil agere videretur, Conuentum apud Auguſtam Treuirorum habẽdum indixit, quò & confeſtim delatus eſt. *Conuẽtus Treuiris.* Sequuti eum ſunt cum Proceribus alijs permultis Maximilianus ipſius filius duodeuigeſimũ tum annum agens, tum Calebinus Turcarum Regis Mahometis germanus Frater, qui ab vſque Callixti tempore, Fraternas metuens inſidias, Romam aufugerat, ſacraque inibi Chriſtiana ſuſceperat eodem Callixto miniſtrante, cuius & Baptiſmate renatus, nomen aſſumpſerat. *Calebinus Mahometis frater Chriſtianus fit.* *Cuſpinian.* acceſſit mox Carolus Burgundus, dequo cum Ludouico Rege conciliando nequicquam actio inſtituta eſt. Actum & de Caroli filia Maria Maximiliano iungenda,

id

id tum demum præſtiturum ſe Carolus ſpopondit, ſi ab Auguſto Burgundiæ Regis titulum referret; non abnuit tum quidem Auguſtus, cæterum cum iam Regium Diadema, Sceptrum, Vexilla, Veſteſque ad regium ornatum præſto eſſent, inſuper Metenſis Epiſcopus ſacrum vnguen, aliaque ad conſecrationem peragendam paraſſet, Federicus ne ſalutato quidē Carolo Coloniam diſceſſit, cauſatus diſſidijs, quæ tum inter Archiepiſcopum, ac Ciues vigebant, componendis accitum, ſiue id Ludouici Regis denunciationibus, ſiue mentis inconſtantia egerit, non ſatis exploratum eſt, illud conſtat, eam ob rem de bello ſacro, ad quod conuenerant, nihil deliberatum, vt fatalem quodammodo Chriſtianæ rei caſum fateri cogamur, Turcicæ viciſſim incrementa. *Carolus Burgūdus Regis titulum ambit.*

Rodericus Borgia Legatus, vt diximus in Hiſpaniam miſſus, ex Aragonia Madridium delatus, exceptus eſt ab Henrico Rege apparatu ſplendido ſub vmbella Rege ipſo ad ſiniſtram incedente, Conuentu dein Procerum indicto, actum de decimis ex Regni Sacerdotijs in bellum Turcicum exigendis, quæ ægrè demùm impetratæ ſunt. tum de Regum diſſidijs tollendis, ac Re- *Borgiæ Legatio parum fœlix.*

gni ſtatu, dubio hactenus hærede; componendo. eam ob rem legatus Complutum poſtea conceſſit, vbi Ferdinandus erat cum Vxore Iſabella, in quos Procerum pars maxima pendebat, quibus & Legatus quoque haud dubie patrocinabatur. At verò Henricus in Ioannam Filiam qualemcumque, quam in ſororem pronior, adduci nulla vi potuit ad Regnum huic potius, quàm illi deſtinandum, itaque nec ponere arma voluit, nec quicquam Legati precibus indulgere, quem & ambiguæ apud Pontificem fidei inſimulauit. quare is ambitæ legationis munere haud ex voto perfunctus, repetere inglorius Vrbem coactus eſt. Sed & illud rei malè auſpicatæ acceſſit. cum enim ex Hiſpania duabus cum triremibus ſoluiſſet, earum altera vi tempeſtatis amiſſa, cumque ex Epiſcopis tribus ex reliquo famulitio ad ſeptuaginta ægrè, ipſe demùm Liburni portum ſemianimis attigit, iactura inſuper vniuerſæ ſuppellectilis æſtimationis triginta amplius aureorum millium facta.

Synodus Aranda. Celebratum hoc anno eſt Epiſcoporum Concilium Arandę apud Hiſpaniam Toletano Antiſtite indicente, cuius extant Canones XIV. Eodemque tempore idem *Conc. tom. 4.*

apud

Mari. l. 13. c. 19. apud Regnum non vna in Vrbe Populi concurſu facto, Iudæi, qui ex his prognati Chriſtiana ſacra ſimulatè, vt ferebatur, ſuſceperant, paſſim trucidati, cæſi & Procerum nonnulli qui miſeros ab iniuria vindicare auſi ſunt. *Iudæi in Hiſpania cæſi.*

Vſſuncaſſani armis laceſſitus Mahometes, inire cum Vngariæ Rege pacem optauit. in eam Rex cum pronior viſus eſſet, ſpe Boſnæ, aut Seruiæ potiundæ, Sixti literis *ab Authore huc allatis* à nefario conſilio ita eſt reuocatus, vt contractæ ea ex fama labi abſtergendæ, copias in Thraciam ſtatim eduxerit, egregiaſque de Barbaris victorias retulerit ſexies; vt aiunt, cum his nunquam non victor congreſſus.

Sabell. enn. 10. l. 7. P. Iuſtin. l. 9. Iacobo Cypri Rege adhuc ſuperſtite multi, eo permittente, Inſulam Hiſpani incolebant. hi poſt Regis obitum authores Ferdinando Neapolitano Regi fuere, vt miſſo filio, quem habebat, illegitimo, eum Regis filiæ ſeptenni vtcumque matrimonio iungeret, eaque ratione Regno pulſis Venetis potiretur. res ex compoſito peracta eſt. Miſſæ à Ferdinando Triremes duæ rebus omnibus inſtructæ, in quibus filius, quem diximus, erat: celebratæ ſunt qualeſcunque *Turba apud Cyprũ*

Dd 2 nu-

nuptiæ, Hiſpano Epiſcopo operante, clam Venetis, paucis quoque ex Cyprijs: concurſu dein Hiſpanorum facto, Andreas Cornelius Reginæ Patruus; ac Marcus Bembus conſanguineus trucidati, Ferdinandi filius Rex acclamatus, deque his Pater *celeri lēbo* certior factus, vt partum ea ratione Regnum, antequam Veneti adeſſent, conſilio, atque armis ſtabiliret. Ea res maximas apud Italiam quoque turbas exciuit, quæ Pontificem in primis Sixtum Ferdinandi hoc tempore exercuerunt. Suam porro in Ferdinandum propenſionem in eo quoque Sixtus præſetulit, dum Eleonoram illius filiam Herculi Ateſtino matrimonio iunctam ſplendidè adeo, ac ſumptuosè Romæ excepit, vt eius temporis Authores quidam pro miraculo rem tradant. Ad hæc Pontifex contractam, vt diximus, à Deceſſore ſacri Iubilei celebrationem ad ſequentis anni Natalitia feſta inchoandam indixit litteris kal. Septembris Tybure hoc anno datis, cum paulo ante Cardinales octo ſacro Senatui addidiſſet.

Pign. l. 8. Burgat. l. 6.

Iubilei indictio.

Nicolaus Vitellius.

Ann. Chri. 1474.

Nicolaus Vitellius, qui Tifernum beneficiario à Romana Eccleſia iure obtinebat, Pontifici contumacior redditus, illius in ſe arma

arma conciuit, Federico Feltrio *Fede-*
bellum huiuſmodi adminiſtrante, *ricus*
qui per eos dies ad Vexill ſe i di *Fel-*
gnitatem Ducis quoque nomen *trius*
ab eodem Pontifice ſolemni Ro *Dux*
mæ ritu receperat, cæterum ſup *crea-*
petias Tifernatibus ferente Lau *tur.*
rentio Mediceo Petri filio, Federico autem Ferdinandi Regis ſuaſu, tantum non præuaricante, res ita compoſita eſt, vt Vitellius dediſſe pacis leges potius, quàm recepiſſe viſus ſit.

Sub idem ferè tempus & Fede- *Chri-*
ricus Ferdinandi Regis minor na- *ſtier-*
tu filius, & Chriſtiernus Danorum, *nus*
ac Suecorum Rex cognomento *Daniæ*
Diues Romam venere. Ille vt ſa- *Rex*
cras à Pontifice Patris nomine de- *Romæ.*
cimas in ſacrum bellum impetraret; Hic nonniſi Religionis cauſa, atque inſtinctu pietatis. excepti ambo ſunt perhonorificè, & hic quidem inter duos primos Cardinales ſedere iuſſus, ille autem poſt omnes.

Papien. ep. Adfuere quoque Vſſuncaſſani, & Matthiæ Regum Oratores. Et
574. is quidem ingentes Perſarum co-
584. pias aduerſus Turca pollicebaturs, dum eodem tempore Vngari in Thraciam irrumperent: Hic Matthiam Regem non defuturum ſpondebat, ſi modo pecunia à Pon-

tum duxerit, ſiue eidem ob clientelam adſcriptus non ſatis exploratum eſt. Prima Patrum ſuffragia, ſeu, quod vocant ſecretum ſcrutinium, quatuor candidatos ediderat Nicenum, Rotomagenſem, Vrſinum, ac Papienſem, exinde tribus poſterioribus excluſis, res ad vnum Nicenum Senatus Principem ſpectare videbatur. cæterum illius ſeueritate factum, vt omnium mox vota in Roboreum fint verſa, qui ad eundem Nicenum incrementa fortunæ alia referebat. Ad Lateranum nouus Pōtifex cum procederet vitæ periculum ex Populi tumultu adijt. Equites Pontificij, dum turbas ſubmouent aſperius quoſdā ex Populo habuere; hi tum ſubſidio alijs vocatis, ac coitione facta, ita equites adorti ſunt, vt ſiue aliud agentes, ſiue ex compoſito Pontificiam quoque lecticam ſaxis impeterent. iamque eam deferere parati erant lecticarij, alijque corporis cuſtodes, cum Latinus Vrſinus Cardinalis obequitans concitatæ furorem plebis repreſſit, periculum diſcuſſit. Indicturum ſe Pontifex Concilium apud Lateranum ſpoponderat, ſed Federico Vtini apud Forum Iulij haberi poſtulante, res tum quidem protracta, ac denique diſiecta eſt, aliaque

Vita periculum adit.

Ciacon. in Sixt.

que rebus remedia quæſita.

Auctus nouo à Pontifice beneficio Ferdinandus Rex ex annui cenſus remiſſione, quandiu ſacrum bellum iuuaret, triremes hoc anno decem ac ſeptem eduxit. Galeacius quoque Pontifici vt rem gratam faceret, ſimul vt boni & Chriſtiani Principis famam ſibi conciliaret, claſſem & ipſe in Genuenſi portu paratam in idem bellum inſtruxit. At verò Sixtus indictas eam in rem antea Clericis Decimas, Laicis trigeſimas, Iudæis vigeſimas vt exigerent, Legatos alios alio amandauit; mutuis interim in rem præſentem à Laurentio, ac Iuliano Mediceis quinquaginta quatuor aureorũ millibus receptis, totius Apoſtolici Senatus fide interpoſita. *Cenſũ Ferdinando remittit.*

Alfonſus quoque Luſitaniæ Rex fidei hoſtium viribus diſtrahendis validis cum copijs traiecit in Africam, inſignique inibi victoria potitus, Argillam munitum oppidum cepit, captiuorum millia ferme quinque abduxit, ac modico ſub haſtam precio vendidit. *Luſitanorũ victoria.* *Mari. l. 13.*

c. 16. et ſeq. Henricus Alfonſo Fratre Regni æmulo deiecto, noua cum ſorore Iſabella alere diſſidia cœpit. erat huic Ioanna filia incertis tamen natalibus, quod multi eam ſuppo- *Diſſidia in Hiſpania.* *Nebr. dec. 1. l. 2.*

ſiti-

ſtitiam crederent, multi Rege conſcio, ac volente, quod ipſe procreandæ prolis impos eſſet, ex adultera Vxore natam affirmarent. ea res Proceribus Regni aliquot ſuadentibus ſororem impulit, vt vel inuito Rege Virum ſibi quæreret Ferdinandum Aragoniæ Principem (is poſtea Ioannis Patris obitu Rex conſtitutus, dotalique poſtmodum auctus deuictis Mauris, atque Hiſpania exactis Catholici nomen adeptus eſt.) porrò quod Henricus Ioannam in ſpem Regni educare videretur, ac Regias eidem nuptias quærere, facili negotio ad arma ventum eſt, quæ vt auerteret Sixtus, Rodericum Borgiam Cardinalem pacis ſequeſtrem in Hiſpaniam miſit. Boemiæ quoque Regni à Georgij obitu deligendo Laurentium Rouerellam Ferrariēſem Epiſcopum Internuncium à Paulo illuc miſſum eodem in munere confirmauit. cæterum Boemi nulla Pontificis ratione habita, à quo Regnum Matthiæ fuerat decretum, nulla ipſius Matthiæ, qui armatus aderat, aliorumue competitorum, qui multi ac primi nominis Chriſtiani Principes erant, Ladislaum Caſimiri Poloniæ Regis filium Regem dixerunt, ipſique adeò Poloni ita Regis Vngari ar-
mis

mis non ſunt territi, vt Vngarorum factionibus, ac diſſidijs freti, Regem illis Caſimirum Iuniorem Ladiſlai Fratrem obtrudere non dubitauerint.

Hoc ipſo tempore Deiparę Imago ad Capitolij radices miraculis cœpit inclareſcere; quare poſtmodum Templum inibi extrui eſt cœptum magnificentia, cultuque celeberrimum, quod D. Matris de Conſolatione appellatum eſt. *Templum B. V. de Cõſolatione.*

Hoc item anno extincta ſunt duo clariſſima Monaſtici Ordinis lumina Thomas kempenſis ex Canonicis Regularibus, ac Dionyſius Bichelius Cartuſianus, *quorum vita merita, tum relicta poſteris litterarum monumenta ab Authore hic recenſentur, à quo & eiuſdem Dionyſij reuelationes quadam ad nectuntur*, ex quibus ille *Extatici* nomen adeptus eſt. *Thomas Kempis Dionyſius Cartuſianus.*

Ann. Chri. 1472. Pax quam tribus ferè ab hinc annis inter Ludouicum Regem, ac Carolum Fratrem firmatam diximus, diuturnior eſſe non potuit. iunxere autem ſeſe Carolo Britanniæ, Burgundiæque Duces, quod verò atrox inde bellum metueretur, Sixtus Pontifex Beſſarionem Cardinalem Nicenum in Galliam legauit. cæterum in ipſo belli apparatu Carolus Burdegalæ diem

obijt

obijt non ſine veneni ſuſpicione Fratris opera eidem propinati.

Pontificia Claſſis victoria. Smirna à Chriſtianis capta. Oliueriū quoque Carafam Cardinalem Sixtus Neapolim ad Ferdinandum Regem legauit, tum Pontificiæ præfectum Claſſi in Orientem amādauit. hic vbi Smirnam Vrbem nobiliſſimam vi captam, direptamque deleuit. extat adhuc victoriæ illius monumentū catena ferrea, quæ portui Sateliæ obtendebatur, apud Vaticani Templi Sacrarium.

Hoc loco Bzouius iniecta belli ſacri mentione quo iunctis Chriſtianorum animis, ac viribus Turcas deleri haud agrè poſſe conſtans tum etiam erat ſententia; ad illatum haud ita multos ante annos, dum hæc proderet, conatu maximo ab Oſmane Principe Polonis bellum ab iiſque egregiè prepulſatum digreditur, reſque in eo dietim geſtas ex Matthia Litleuii commentario refert; quibus epinicia quoque addit, ac paranetica Matthiæ Sarbiuii cultiſſimi Poetæ carmina ad ſacrum bellum capeſſendum.

Alternatiua Epiſcopis Galliæ conceditur. Hoc eodem data legitur Sixti Conſtitutio, qua Ludouici Regis rogatu Regni Epiſcopis Sacerdotia demandandi facultatem alternis menſibus tribuit, dum non ſint ex Apoſtolicæ Sedi reſeruatis in corpore,

pore, vt vocant, iuris, aut ex alia quapiam Romani Pont. conſtitutione.

Obijt hoc ipſo tempore Beſſarion Cardinalis ex Gallica legatione vixdum redux, eius laudes viuentis adhuc panegirica oratione, ex vero tamen, complexus eſt Platina. Hunc ſequutus eſt Amadeus ex Allobrogum Regulis huius nominis octauus, Ducũ tertius, Amadei, quem diximus Pontificatum in ſchiſmate obtinuiſſe, ex Philippo filio nepos, cuius ea fuit fama ſanctitatis, vt Beatus iure inſcribi promeruerit. *res ab eo geſtas fusè Author hoc loco refert*. Principatum adeptus eſt Philibertus filius impuber, quem cum Fratre Carolo, ac Iolanda Matre Dux Burgundię Carolus captiuum abduxit.

Beſſarionis obitus.

Item B. Amadei Sabaudia Ducis.

Henricus quoque Angliæ Rex dudum, vt diximus, Regni faſtigio deiectus, poſt diutini ærumnas carceris, eodem in carcere trucidatur. Hoc eodem anno mortem obijt Iacobus Cyprius, qui Regnum ſorore exclnſa inuaſerat. Vxorem is grauidam Catharinam Corneliã Venetam mulierẽ reliquit, quamobrem eo ſublato Mocenicus Claſſis Venetę bello Turcico Præfectus Cyprum delatus poſthumæ ex Catharinæ Prolis nomine Regnum

Polyd. l. 24. Brut. l. 4. Supa. ann. 1459. Sabell. En. 8. l. 7.

Item Henrici Regis Angliæ.

Itẽ Iacobi Regis Cypri.

An-

Andreæ Cornelio illius Patruo administrandum tradidit.

Oliuerij Carafa triunphus. Nouo ineunte Anno Cardinalis Oliuerius Carafa Pontificiæ Claſſis Legatus Vrbem iniit pompa propemodũ triumphali; Camelos præda Turcica onuſtos, militaria hoſtiũ ſigna, ipſoſque captiuos Barbaros præ ſe agens. *Ann. Chri. 1473. Panu. in Sixto.* *Chriſtianorum Claſſis.* aucta erat Claſſis ad triremes centum, quarum quinquaginta Venetorũ, reliquæ æquo numero Pontificis, ac Ferdinandi Regis, præter eas alias inſuper viginti Galeacius ære ſuo armari à Genuenſibus curauit. *Bizã. l. 14.* Auguſtus ne nihil agere videretur, *Conuentus Treuiris.* Conuentum apud Auguſtam Treuirorum habẽdum indixit, quò & confeſtim delatus eſt. Sequuti eum ſunt cum Proceribus alijs permultis Maximilianus ipſius filius duodeuigeſimũ tum annum agens, tum Calebinus *Calebinus Mahometis frater Chriſtianus fit.* Turcarum Regis Mahometis germanus Frater, qui ab vſque Callixti tempore, Fraternas metuens inſidias, Romam aufugerat, ſacraque inibi Chriſtiana ſuſceperat eodem Callixto miniſtrante, cuius & Baptiſmate renatus, nomen aſſumpſerat. *Cuſpinian.* acceſſit mox Carolus Burgundus, de quo cum Ludouico Rege conciliando nequicquam actio inſtituta eſt. Actum & de Caroli filia Maria Maximiliano iungenda,

id

ſid tum demum præſtiturum ſe Carolus ſpopondit, ſi ab Auguſto Burgundiæ Regis titulum referret; non abnuit tum quidem Auguſtus, cæterum cum iam Regium Diadema, Sceptrum, Vexilla, Veſteſque ad regium ornatum præſto eſſent, inſuper Metenſis Epiſcopus ſacrum vnguen, aliaque ad conſecrationem peragendam paraſſet, Federicus ne ſalutato quidẽ Carolo Coloniam diſceſſit, cauſatus diſſidijs, quæ tum inter Archiepiſcopum, ac Ciues vigebant, componendis accitum, ſiue id Ludouici Regis denunciationibus, ſiue mentis inconſtantia egerit, non ſatis exploratum eſt, illud conſtat, eam ob rem de bello ſacro, ad quod conuenerant, nihil deliberatum, vt fatalem quodammodo Chriſtianæ rei caſum fateri cogamur, Turcicæ viciſſim incrementa. *Carolus Burgũdus Regis titulum ambit.*

Rodericus Borgia Legatus, vt diximus in Hiſpaniam miſſus, ex Aragonia Madridium delatus, exceptus eſt ab Henrico Rege apparatu ſplendido ſub vmbella Rege ipſo ad ſiniſtram incedente, Conuentu dein Procerum indicto, actum de decimis ex Regni Sacerdotijs in bellum Turcicum exigendis, quæ ægrè demùm impetratæ ſunt. tum de Regum diſſidijs tollendis, ac Re- *Borgiæ Legatio parum fœlix.*

gni ſtatu, dubio hactenus hærede; componendo. eam ob rem legatus Complutum poſtea conceſſit, vbi Ferdinandus erat cum Vxore Iſabella, in quos Procerum pars maxima pendebat, quibus & Legatus quoque haud dubie patrocinabatur. At verò Henricus in Ioannam Filiam qualemcumque, quam in ſororem pronior, adduci nulla vi potuit ad Regnum huic potius, quàm illi deſtinandum, itaque nec ponere arma voluit, nec quicquam Legati precibus indulgere, quem & ambiguæ apud Pontificem fidei inſimulauit. quare is ambitæ legationis munere haud ex voto perfunctus, repetere inglorius Vrbem coactus eſt. Sed & illud rei malè auſpicatæ acceſſit. cum enim ex Hiſpania duabus cum triremibus ſoluiſſet, earum altera vi tempeſtatis amiſſa, cumque ex Epiſcopis tribus ex reliquo famulitio ad ſeptuaginta ægrè, ipſe demùm Liburni portum ſemianimis attigit, iactura inſuper vniuerſæ ſuppellectilis æſtimationis triginta amplius aureorum millium facta.

Synodus Aranda. Celebratum hoc anno eſt Epiſcoporum Concilium Arandę apud Hiſpaniam Toletano Antiſtite indicente, cuius extant Canones XIV. Eodemque tempore idem apud *Conc. tom. 4.*

Mari. l. 13. c. 19. apud Regnum non vna in Vrbe Populi concurſu facto, Iudæi, qui ex his prognati Chriſtiana ſacra ſimulatè, vt ferebatur, ſuſceperant, paſſim trucidati, cæſi & Procerum nonnulli qui miſeros ab iniuria vindicare auſi ſunt. *Iudæi in Hiſpania caſi.*

Vſſuncaſſani armis laceſſitus Mahometes, inire cum Vngariæ Rege pacem optauit. in eam Rex cum pronior viſus eſſet, ſpe Boſnæ, aut Seruiæ potiundæ, Sixti literis *ab Authore huc allatis* à nefario conſilio ita eſt reuocatus, vt contractæ ea ex fama labi abſtergendæ, copias in Thraciam ſtatim eduxerit, egregiaſque de Barbaris victorias retulerit ſexies, vt aiunt, cum his nunquam non victor congreſſus.

Sabell. enn. 10. l. 7. P. Iuſtin. l. 9. Iacobo Cypri Rege adhuc ſuperſtite multi, eo permittente, Inſulam Hiſpani incolebant. hi poſt Regis obitum authores Ferdinando Neapolitano Regi fuere, vt miſſo filio, quem habebat, illegitimo, eum Regis filiæ ſeptenni vtcumque matrimonio iungeret, eaque ratione Regno pulſis Venetis potiretur. res ex compoſito peracta eſt. Miſſæ à Ferdinando Triremes duæ rebus omnibus inſtructæ, in quibus filius, quem diximus, erat: celebratæ ſunt qualeſcunque *Turbæ apud Cyprū.*

nuptiæ, Hiſpano Epiſcopo operante, clam Venetis, paucis quoque ex Cyprijs: concurſu dein Hiſpanorum facto, Andreas Cornelius Reginæ Patruus; ac Marcus Bembus conſanguineus trucidati, Ferdinandi filius Rex acclamatus, deque his Pater *celeri lëbo* certior factus, vt partum ea ratione Regnum, antequam Veneti adeſſent, conſilio, atque armis ſtabiliret. Ea res maximas apud Italiam quoque turbas exciuit, quæ Pontificem in primis Sixtum Ferdinandi hoc tempore exercuerunt. Suam porro in Ferdinandum propenſionem in eo quoque Sixtus præſetulit, dum Eleonoram illius filiam Herculi Ateſtino matrimonio iunctam ſplendidè adeo, ac ſumptuosè Romæ excepit, vt eius temporis Authores quidam pro miraculo rem tradant. Ad hæc Pontifex contractam, vt diximus, à Deceſſore ſacri Iubilei celebrationem ad ſequentis anni Natalitia feſta inchoandam indixit litteris kal. Septembris Tybure hoc anno datis, cum paulo ante Cardinales octo ſacro Senatui addidiſſet.

Pign. l. 8.
Burgat. l. 6.

Iubilei indictio.

Nicolaus Vitellius. Nicolaus Vitellius, qui Tifernum beneficiario à Romana Eccleſia iure obtinebat, Pontifici contumacior redditus, illius in ſe

Ann. Chri. 1474.

arma

arma conciuit, Federico Feltrio bellum huiuſmodi adminiſtrante, qui per eos dies ad Vexill ſe i di gnitatem Ducis quoque nomen ab eodem Pontifice ſolemni Ro mæ ritu receperat, cæterum ſup petias Tifernatibus ferente Lau rentio Mediceo Petri filio, Federico autem Ferdinandi Regis ſuaſu, tantum non præuaricante, res ita compoſita eſt, vt Vitellius dediſſe pacis leges potius, quàm recepiſſe viſus ſit.

Federicus Feltrius Dux creatur.

Sub idem ferè tempus & Federicus Ferdinandi Regis minor natu filius, & Chriſtiernus Danorum, ac Suecorum Rex cognomento Diues Romam venere. Ille vt ſacras à Pontifice Patris nomine decimas in ſacrum bellum impetraret; Hic nonniſi Religionis cauſa, atque inſtinctu pietatis. excepti ambo ſunt perhonorificè, & hic quidem inter duos primos Cardinales ſedere iuſſus, ille autem poſt omnes.

Chriſtiernus Daniæ Rex Romæ.

Papien. ep. 574. 584.

Adfuere quoque Vſſuncaſſani, & Matthiæ Regum Oratores. Et is quidem ingentes Perſarum copias aduerſus Turcã pollicebatur, dum eodem tempore Vngari in Thraciam irrumperent: Hic Matthiam Regem non defuturum ſpondebat, ſi modo pecunia à Pon

tifice iuuaretur. non abnuit Pontifex. teſtatus nunquam ſe, quoad liceret, communi cauſæ non adfuturum.

Ad hunc annum ſpectat Henrici Caſtellæ Regis obitus, ſequutæque inde inter filiam, quam diximus, ac ſororem de Regni ſucceſſione turbæ. Sanè is filiam poſtremis votis potius, quàm tabulis hæredem dixerat, licet paulo ante ſorori quoque amicus factus, eiuſque Viro Ferdinando potior haud ſecius ſororis cauſa tuit ex incertis filiæ natalibus, ac præiudicata totius fermè Regni ſententia.

Obijt hoc ipſo tempore Petrus Cardinalis humili vt ferebant loco natus, in Franciſcana Familia educatus, Sixti à quo euectus fuerat indulgentia opes maximas aſſequutus; ſplendore vitæ, luxuque memorandus, de quo plura cognoſcere ſicui libet, illius temporis Auctores conſulat. *Beut. hiſtor. Flor. l. 5. Volat. l. 22. Panuin. in Sixt. Sabell. Exēpl.*

Princi-pium Iubi-lei. Vertente anno in ipſo Natalis Domini peruigilio Pontifex ſacri Iubilei celebritatem auſpicatus eſt. ad eam Carlota Cypri Regina profuga cum veniſſet, Romæ deinceps ſubſtitit, verum omnium indiga, eodem Pontifice abunde omnia ſuppeditante, quod & cum Bolnæ Regina præſtitit, quam Tur- *Papien. & Celſ. Veron. epiſt.*

carum

carum arma Regno exutam extorrem egerant.

Mahometes interim claſſe valida in Euxinum delatus Theodoſiam Genuenſium Coloniam, ac Emporium celeberrimum vulgò Caffa terreſtribus, maritimiſque copijs obſeſſam cepit; ac miſerè diripuit, Venetos quoque apud Epirum, mox apud Forum Iulij profligauit, vnde & pagis amplius quingentis incenſis, deletiſque innumeram captiuorum multitudinem abduxit, non ſine Matthiæ Regis nota, qui pecunia, quam diximus, ad arcendos Barbaros, a Pontifice adiutus, arma in Boemos, ac Polonos vertit. *Turcarum victoria.*

Eodem ferè tempore Pontificij Legati opera compoſita Pax eſt Inter Federicum Auguſtum, & Carolum Burgundiæ Ducem, dum vtriuſque copiæ iam iam eſſent congreſſuræ. nouennales quoque inducias Carolus idem, ac belli ſocius Eduardus Anglus cum Rege Gallo pepigere. *Pax & induciæ inter Principes.* *Paul. Aem. in Lud. Gag. l. 10. Papien. ep. 623.*

Ad dotale Caſtellæ Regnum Ferdinandus Aragonius non antea admiſſus eſt, quam æquo ſe cum Iſabella Vxore iure, ac nomine regnaturum ſpopondit. itaque vtriuſque nomen in reſcriptis, diplomatibus, decretiſque omnibus

ſcribendum: vtriuſque imaginem in monetis cudendam, tum Caſtellæ inſignia Aragonijs præferenda, aut ad dextram locanda ſtatutum eſt.

In hunc annum incidit Iudæorum Tridenti facinus deteſtabile, qui Simonem puerum ſeductum occulte peremerunt dominicę paſſionis ſchemate in puerili corpore repræſentato. Rem geſtam memoriæ tradidit Matthias Tiberinus, *& ex eo hic Author.*

Simo. Puer Tridēti à Iudais caſus.

Sabell. Enn. 10. l. 7.

Hoc anno Romam ad Iubilei celebritatem præter priuatæ condicionis homines magno numero, Viroſque Principes alios, Ferdinandus Rex venit; quamquam alia illum cum Pontifice tranſegiſſe vulgo eſt creditum.

Ferdinādus Rex Romu.

Carolus Burgundiæ Dux, Ludouici Regis, vt ferebant, artibus Renato Lotharingiæ Duci infenſior redditus, malo ſuo fato arma in eum vertit. quippe Heluetijs opem Lothariugo ferentibus ter tribus prælijs victus in poſtremo occubuit. vulgatum eſt tamen apud Burgundos illum clade elapſum, ex voto mendici habitu Germaniæ Templa luſtrare, quo nomine mendicus quidam nec affirmans, nec tamen negans ſe Ducem eſſe, a multis pro Duce Carolo

Caroli Burgundi cades.

Ann. Chri. 1476.

rolo eſt cultus. Superſtes Carolo fuit filia Maria, quam Maximiliano Augnſti filio viuens deſponderat, de qua poſtea dicendum erit.

Ioanna Henrici Caſtellæ Regis voto regni hæres relicta Alfonſo Luſitaniæ Regi nupſerat. Is bello aduerſus Ferdinandum, atque Iſabellam moto memorabili ad Taurum prælio victus Regnum hoſtibus ſtabiliuit, Proceribus, qui eum acciuerant, quique illi hactenus ſtuduerant ad Ferdinandum accedentibus. ſanè is Ioannis Patris monitu eos ita complexus eſt, vt non præteritorum modò obliuionem, ſed præmia inſuper pollicitus omnes veterum amicorum loco habuerit. Alfonſus porrò ab ea clade non ſatis virium in domeſticis opibus, ac ſpem vllam reliquam ex Hiſpanis ſuæ hactenus factionis hominibus ſibi eſſe ſentiens, inire, ſi fas, concordiam optauit. Serum conſilium: lite iam Martis arbitrio, Regni æmulis adiudicata, quod ſupererat externa auxilia conquirere aggreditur, Gallicaque in Hiſpaniam arma euocare. Igitur Ioanna Vxore, vt tuto eſſet loco, in Luſitaniam amandata, ipſe in Galliam ad Ludouicum Regem perrexit, qui Turoni tum erat. ab eo diutius ina-

Bellū inter Hiſpanos, ac Luſitanos.

ni lactatus ip , denique abſque vllo operæ precio dimiſſus eſt.

Tyberis eluuio. Hoc eodem anno maxima Tyberis eluuione Vrbis plane omnia demerſa ſunt; ſequuta dein vulgaris lues Pontificem ipſum deſerere Vrbem compulit. *Vulgaris inde lues.* quo tempore idem Pontifex Sacræ Conceptionis Beatæ Virginis diem feſtum celebrantibus noxarum veniam indulſit, qualem ij referunt, qui Sacroſancti Chriſti corporis celebritatem recolunt. *Feſtũ Conceptionis B. V.*

Turcarũ victoria. Maiori quam antea conatu Mahometes Epirum, ac Forum Iulij adortus, regionem vtramque ferro, ac flamma populatus eſt. apud Epirum inſuper munitiora quæque oppida expugnauit. Foroiulienſes Carolus Fortebracius Brachij filius, qui Venetas ductabat copias, tutatus vtcunque eſt; cunctando etenim, ac militem intra munitiones continendo Barbarorum impetus fregit. *Ann. Chri. 1477. Iuſt. l. 9.* *Carolus Fortebrachius* poſt hæc Veneti proprijs externiſque diffiſi viribus pacem à Barbaris, iniquis licet conditionibus, redemerunt, Scodra oppido munitiſſimo bis iam ab hoſtibus nequicquam obſeſſo, tum Lemno inſula deditis, ac pecuniæ vi maxima perſoluta. Ea res Chriſtianos reliquos Matthiam in primis Vngariæ Regem grauiter offendit.

ſendit. cæterùm Matthias ipſe nota haud quaquam leuiore, Auguſto infenſior redditus excurſione in Auſtriam facta, dum is Styriam incolit, Viennam ipſam principem Regionis Vrbem obſedit; quo factum, vt Pontifex, quam eidem collaturus erat pecuniam, negauerit.

Com. l. 28 Bonſi dec. 4. l. 5.

Ea erat Galeacij Sfortiæ ſæuitia, effrænis adeò libido, vt quos vita priuaſſet, fortunis quoque exueret, quas vulgo matronas violaſſet, eas linguæ inſuper petulantia læderet, ſemel in flagitio admittendo, iterum in detegendo iniurioſus. Huius tyrannidem vt nemo non deteſtabatur, ita ingenui adoleſcentes tres Nicolai Montani Bononienſis Ludimagiſtri ſuaſionibus vltum ire decreuerunt. Hi fuere Ioannes Andreas Lampugnanus, Carolus Vicecomes, Hieronymus Olgiatus priuatis etiam iniurijs laceſſiti. igitur fide data, receptaque poſtridie Natalis Domini ad D. Stephani Templum, quo Princeps venturus erat, non ſine famulis, clientibuſque, rei tamen inſcijs accedunt, venientem mox Principem in Templi ingreſſu iugulant. cæterum cum omnium in ſe arma conſpicerent, eorum quoque, in quorum virtute plurimum conſtituerant,

Galeacij Sfortiæ cædes.

Percuſ-ſorum exi-tus. *Vrbini Dux.* viam, quæ nulla erat reliqua quærere ad effugium cœperunt. priores duo ipſo in Templo militum gladijs cecidere. Olgiatus fuga inde elapſus paternam repetit domum, à qua eum Pater, ne particeps conſilij videretur, excluſit. ſeruatus eſt tamen matris opera à Sacerdote quodam familiæ cliente, apud quem biduo cum fuiſſet, præmiaque his propoſita, qui rem proderent, intellexiſſet, fugam extra Vrbem inijt conſilio meliore, quàm tempore; quippe haud ægrè mutata licet veſte agnitus, captuſque diro ſupplicio affectus eſt.

Fede-ricus Ferdinandus partum haud ita pridem vtcumque Cypri Regnum vt quacunque demùm ratione ſtabiliret, Reginam ipſam pro nuptijs cum Federico filio interpellauit, tum vt Venetis incommodaret, præſidioque eos maximo exueret, Federicum Feltrium eximium tum belli Ducem ab eorum ſtipendijs pollicitationibus maximis abduxit. Hunc & Pontificijs Sixtus ſimul copijs præfecit, non ſine Florentinorum quoque offenſione, qui publicæ ſalutis ſpem, ac priſtinæ tuendæ dignitatis in eius hominis virtute, ac fide collocaſſent. Ipſi itaque id, quod erat, rati, Pontificem multis de cauſis ſuboffenſum

in ſe arma verſurum, Roberto Malateſta copiarum Duce conſtituto, hinc Manfredos Fauentię Regulos, inde Peruſinos, qui priſtinam vtcumque libertatem tuebãtur, tum Brachij filium Carolum veluti Patronum agnoſcebant, ſollicitare inſtituerunt, vt hos veluti obices Pontifici opponerent, ſiue ex Vmbria, ſiue ex Flaminia bellum inferret. *Robertus Malateſta.* *Carolus Forbrachius.*

P. Aemil. l. 11. Gagu. l. 10. Gom. l. 8. Caroli Burgundiæ Ducis obitu, Maria filia, hæreſque, quod Caroli Delfini Nuptijs contemptis Maximilianum Auguſti filium ex paterna deſtinatione Virum ſibi adſciuiſſet, quodque paterno, materno que genere ex Regia Francorum ſtirpe orta Gallum genus non reſpexiſſet, Ludouici Regis in ſe arma conciuit. ea res non Auguſtum modo, ac Maximilianum filium ſollicitos reddidit, ſed alios quoque Principes a nimia Ludouici potentia ſibi ipſis timentes; itaque & ipſe Pontifex ipſius tyrannidem exploratam habens, qui hoc ipſo tempore Epiſcoporum Galliæ Synodo Aureliani coacta ſacra ac profana omnia miſcere inſtituerat, Chriſtianos Principes reliquos ad concordiam eam in rem quoque ineundam hortatus eſt. quamobrem & Eccleſiaſticis

legi-

legibuſque ſolu t . Ferdinandum Regem Neapolis Vxore pridem viduatum, vt nouum cum Ioannis Aragonij filia Ferdinandi Caſtellæ Regis Sorore matrimonium iniret.

Patiorũ Florentiæ coniuratio. Turbæ interim maximæ Florentiæ exo.tæ ſunt, conſpiratione in Laurentium, ac Iulianum Mediceos à Ciuibus quibuſdam Primarijs facta. hæc eſt Patiorum coniuratio vulgatiſſima, qua Iulianus quidem interemptus eſt, Laurentius ita ſeruatus, vt ea potiſſimum ex cauſa ad maximam in poſterum auctoritatem, ac celebritatem, non eam modo apud Remp, ſed exteras quoque apud Gentes euaſerit; vt Turcarum Princeps Bai azetes gratificandi hominis ſtudio Bernardum Band num ex coniuratis vnum, qui ſe Byzantij receperat, vinctum Florentiam miſerit. porrò cum à Iuliani cæde coniurati occupare Curiam conati eſſent, populi, ac militum concurſu deturbati alij eo in tumultu cæſi, alij ad ſupplicium reſeruati, ſuſpendio necati ſunt, in quibus fœdo admodum ſpectaculo Franciſcus Saluiatus Piſarum Archiepiſcopus fuit; captus quoque, ac cuſtodibus adhibitis, honeſtiori ſub cuſtodia habitus Raphael *Ann. Chri. 1478.* *Florentinorũ immanitas.*

Riarius Cardinalis adoleſcens Pontificis propinquus, qui per eos forte dies Piſis, vbi Iuris prudentiæ operam dabat, Florentiam acceſſerat, quo factum vt Sixtus Pontifex infenſo antea in Florentinos animo, aperto eos bello petere decreuerit, iniuriam ſacro illatam ordini vlturus. in primis autem Laurentium ipſum, ac Sacri Antiſtitis interfectores anathemate perculit, Ciuibus promiſcuè reliquis ſacris interdixit. At non propterea Florentini de priſtina in Laurentium obſeruantia quicquam remiſerunt; quin ſe ſuaque in eundem omnia polliciti, pendere ſe ex illius deinceps nutu profeſſi ſunt, multa in Pontificem tanquam in Authorem nefariæ conſpirationis, aut certè conſcium loquuti. ad hæc Vrbis Templa, quæ diuina authoritas clauſiſſet, per vim reſerant, Sacerdotes ad ſacra peragenda terrore incuſſo adigunt. Conciliabulum Etruriæ Antiſtitum cogunt; decretum execrandum in Summum Antiſtitem euulgant, Principibus per Orbem inſinuant; eo, vt cæteri nequaquam moti, ita Ludouicus Galliæ Rex graui er, vt videri voluit, affectus. ſceleris patrocinium nequaquam abnuit. Conuentu itaque

&c ipſe

& ipſe Regni Antiſtitum coacto, Legatos ad Pontificem deſtinat, per quos illi pro imperio edixit, vt Laurentium, ac Florentinos reliquos ſacris vinculis ſoluat, ſacra Vrbi reſtituat, Iuliani interfectores, & conſpirationis vtcunque conſcios Eccleſiaſticis viciſſim pœnis ſubijciat; ni ſaxit, Oecumenicum ſe Concilium apud Galliam conuocaturum, pragmaticam Sanctionem reſtituturum, Sacerdotiorum apud Galliam redditus his, qui Vrbem incolerent, intercepturum, ad hæc Pontifex ita reſpondit, vt Regem antiquæ Deceſſorum pietatis, perpetuæque in Romanos Pontifices obſeruantiæ admoneret, neue vna tantum parte audita ſententiam ferret, hortaretur. quo factum, vt Ludouicus à temerario conſilio tum quidem recederet.

Florentini bello petuntur. Pontificiæ interim, ac Regiæ Ferdinandi copiæ Alfonſi Principis, ac Federici Feltrij ductu Florentiæ fines inuadunt. Florentinorum copias in fugam vertunt, Ciues magno numero, qui peſtilentiæ vitandæ cauſa Vrbe exceſſerant, Villarumque amœnitates ac receſſus quæſierant, repetere Vrbem cogunt, ſatius ducentes animam in ſuorum complexu age- Ann. Chri. 1479.

re,

re, quam prædę hoſtibus relinqui. auxilia dein propere Florentini à Venetis, ac Ioannis Galeacij tutoribus ex fœdere petierunt; & hi quidem domeſtica diſſidia cauſati ſunt, illi priuatorum Ciuium odio non reipublicę, bellum à Pontifice illatum, eorumdem exilio Ciuium auerti, Pontificem placati poſſe aiebant.

Phazel. dec. 2. l. 9. c. 10. Obijt hoc anno Barcinone Ioannes Aragoniæ Rex octuagenario maior, Ferdinando filio, qui & Caſtellæ dotale Regnum obtinebat, hærede inſtituto.

Ann. Chri. 1480. *Brut. l. 7. Mala uolt. l. 5. p. 3 Valater. Georg. l. 5.* Feſſi malis Florentini, auxiliorumque fruſtrati ſpe, legationem longe honorificam duodecim ſelectorum Ciuium de pace, deque interdictis ſacris ad Pontificem miſere, ſubituros ſe illius leges qualeſcunque demiſsè admodum profeſſi. tum Laurentius adire ipſe Ferdinandum non dubitauit. permoti ambo ſunt tum pacis bono, tum vel maximè, quod per idem tempus Mahometes poſt Rhodum Inſulam tentatam, extremæ Italię littoralem oram adortus, Hydruntum vi cæperat tanto cum omnium terrore, vt nemo iam Chriſtianorum Principum de ſacro fœdere ineundo ſeriò non cœperit cogitare. Sixtus inſuper de *Turcæ Italiã inuadunt. Hydrũ capiunt.* *Boſin. dec. 4. l 6.*

Vrbe,

Vrbe, atque adeo Italia deſerenda, Galliaque repetenda conſilium inierit. Ioannes Albinus Lucanus rei inuidiam in Venetos reijcit, quaſi illi diſtrahendis Ferdinandi viribus, Mahometem, quocum pacem inierant, ad inuadendam Apuliam impulerint. Porrò cum poſt captum Hydruntum Barbarorum Claſſis ſuperi Maris oram incurſaret, Recinetenſes Lauretanam Aedem omni ope propugnare ſtatuerunt. valido itaque præſidio impoſito excubias agere noctes, dieſque inſtituerunt. tum ne hoſtes opulentæ ſpes prædę ad ſcelus alliceret, Lauretana inſiguiora dona intra Vrbem, intraque Arcem aſportant. adfuere haud ſecius Barbari prędę cupidine exportationis inſcij. enimuero Leue erat Rocinetenſium præſidium aduerſus Barbarorum copias victorijs aſſuetas, niſi ipſa loci pręſes Domui ſuæ pręſidio fuiſſet. Ad ſacræ Domus conſpectum ingens repente terror totam Turcarum inuaſit aciem, cunctoſque, inuitos licet, eueſtigio referre coegit pedem ſtupore attonitos, quod non ſine miraculi commendatione Barbari fateri poſtea coacti ſunt. Idipſum periculum Cardinalem Roboreum Aedis Patronum ad-

Cauſa in Venetos reijcitur.

Lauretum à Turcis fruſtra tentatum.

monuit, vt eam deſtinatis propugnaculis primo quoque tempore communiret.

Florentinorũ legati. Quod ad Florentinorum Legatos ſpectat, hi Romam accedentes, nec obuium honoris cauſa quemquam habuere, nec in Pontificis conſpectum antea admiſſi ſunt, quàm per internuncios quoſdam de pacis legibus actum, eaſque recepturos ſeſe affirmarunt; quibus demum firmatis in porticum Baſilicæ Vaticanæ omnes conuenere, ibi Pontifex pro foribus Templi in genua procumbentes virga leuiter conuerberatos ſolemni ritu expiauit, perque eos Florentinum Populum vniuerſum ſacris vinculis ſoluit.

Annulus Pronubus B. V. Perusia ſeruatus. Diſſidium hoc tempore, & ex eo bellum exortum eſt inter Peruſinos, ac Senenſes de anulo pronubo Deiparentis ex Senenſium ditione Peruſiam ablato; rem geſtam, atque adeò totius rei hiſtoriam eleganti commentario poſteris tradidit Ioannes Baptiſta Laurus Peruſinus, cuius alia quoque extant amœniorum litterarum monumenta. Obijt is haud ita pridem Romę in Aulam Pontificiam VRBANI VIII. honorificè adſcitus. diſſidium porrò huiuſmodi compoſuit Pontifex rei diſce-

ſceptatione Cardinalibus quibuſdam demandata, ſuſpenſione interim armorum imperata, ſententia denique pro Peruſinis lata.

Inſuetũ ſupplicium. Hoc ipſo tempore Georgius Eduardi Angliꝫ Regis Frater Clarentiꝫ Dux in ſuſpicionem affectati Regni apud Fratrem cum veniſſet, nouo mortis genere, illius iuſſu in Cretenſis vini dolium inuerſo capite coniectus necatur, addito loco ſuauiori mortis genere extingui eum aequiuiſſe. haud abſimile infortunium paſſus eſt Ioannes quoque Regius frater apud Scotiam veneficij in fratrem intentati poſtulatus, nec mitius cum Alexandro fratre altero actum fuiſſet, niſi is cuſtodia elapſus Regis iram euaſiſſet. Ferunt illum funiculo concinnato cubicularium ante ſe demiſiſſe, eum vero ex alto lapſum ob funiculi breuitatem crus fregiſſe, ex quo edoctum Alexandrum funiculum protendiſſe, atque innoxium deſcendiſſe, tum cubicularium ſolo hꝫrentem in humeros ſublatum per mille ampliùs paſſuum ad mare, cymbamque inibi ex compoſito in ſtatione locatam detuliſſe, atque inde in Galliam euaſiſſe.

Vertentis anni Decembri menſe diem obijt extremum Nicolaus

Perottus Sentinas Archiepiſcopus Sipontinus Beſſarioni olim Card. ab Epiſtolis, Pio pontifici, & duobus deinceps ſucceſſoribus apprime carus, eruditione, ac doctrinis omnibus commendatus. Græcorum plura latinè reddidit, aliaque ingenij monumenta reliquit poſteris, quæ nondum impreſſa typis à Torquato Perotto Epiſcopo Amerino adhuc ſuperſtite ipſius Gentili aſſeruantur.

Ann. Chri. 1481. Concilium ſequenti anno Romæ coactum eſt, ad Sacrum bellum indicendum, ac Barbaros, ſi fas, Italia pellendos, quam in rem Pontifex triremes quatuor ac viginti Genuenſi in portu paratas eduxit, quibus Paulum Fulgoſium Cardinalem eius Vrbis Archiepiſcopum præfecit. Ferdinandus Aragoniæ, Caſtellæ, ac Siciliæ Rex naues omnis generis quinque ac triginta ſubmiſit, Luſitanus xx. Ludouicus Io: Galeacij Patruus, ac tutor, ex pacto ſociali quadraginta aureorum millia contulit, Florentini xxm. alij aliam pecuniæ vim, aut militum numerum ſubmiſere, in quibus Matthias ipſe, quamquam copijs in Myſiam miſſis, Barbaros ex ea parte inuaſiſſet, duo haud ſecius delectorum equitum millia Hydruntum amandauit.

Concilium Roma.

Belli Sacri apparatus.

dauit. Porro Ferdinandus Rex Neapolis Pontificis permiſſu, non ex Sacerdotijs modo decimas exegit, ſed ſacra inſuper vaſa, ac donaria conflauit, ſignauitque. Turcarum Claſſis ſubſidia Hydrantum ferens diſiecta eſt, triremibus XIIII. captis, alijs demerſis, tentata dein magnis viribus Hydrunti expugnatio: cæterum deditio tum demùm à Barbaris facta eſt, cum nuncius de Mahometis obitu auditus eſt. Obijt ille Nicomcdiæ v. Non. Maij ſiue ex colicis doloribus, ſiue ex veneno ab Aegyptio Medico propinato, quo tempore ſimul Aegyptium Sultanum, ſimul Rhodios, ac Perſas bello petere inſtituerat. Eo ſublato Regnum Baiazetes filius adeptus eſt, quamquam non ſine turbis, vt ſuo mox loco dicendum erit. Qui deditione Vrbis factu, incolumes abierant Barbari, eò iterum vi tempeſtatis eiecti, quod regionis puellas complures abduxiſſe, habereque adhuc ſecum in nauigijs comperti eſſent, pars ab incolis cæſi, pars ſeruitio addicti, multi etiam Alfonſi Principis ſequuti caſtra, haud inuiti illius ſtipendia meruere.

Mahometis obitus.

Baiazetes fil. ſuccedit.

Hoc tempore Maximilianus Augusti filius Ludouici Galliæ Regis arma à dotali Burgundia propulſare

ſare opus habuit. Pro Maximiliano Eduardus Anglus, pro Gallo Iacobus Scotus ſtabant. Auguſtus quoque arma in Pannoniam vertit, ac Matthiam Regem à bello Turcico reuocauit. reuocatus & Caſimirus Poloniæ Rex Ioanne Moſcorum Principe in Regni fines ingruente: quo factum, Deo Chriſtianis rebus irato, vt Barbari, qui diſſidio inter Mahometis filios exorto, ſubigi haud ægrè potuiſſent, Mahometis Regis amiſſionem nequaquam ſenſerint.

Hiſt. Ind. l. 1. Per idem tempus Luſitani auſpicijs Alfonſi Regis occiduam Africę littoralem oram legentes vltra Aequatorem progreſſi sũt: Aethiopas comitate, ac beneficijs delinitos, ac veluti cicuratos ad vitæ cultum, Chriſtique fidem pellexere. viſum eſt autem ad initam cum Barbaris amicitiam retinendam, fidemque inibi, ac mercimonia tuenda, Arces aliquot opportunis locis extruere, hæc dum maximè, Barbaris haudquaquam improbantibus Luſitani præſtant, Rex ipſe Alfonſus decedit. Eius obitu Regnum ad Ioannem filium delatum eſt eius nominis alterum. Is paterni inſtituti memor adhibitis egregijs mathematicis, reique nauticæ viris peritiſſimis bene auſpica- *Luſitanorum nauigatio in Africam. Alfonſi Regis obitus. Io: II. ſuccedit.*

ſpicatam nauigationem proſequi, vrgereque omni ope cœpit. Quo tempore, Ferdinando quoque Caſtellæ Rege id agente, Canariæ Oceani haud ignobiles inſulæ ſub actæ, Barbari ad humanitatem, Chriſtique fidem traducti, prælu-dio veluti quodam ad gloriam, longè maximam, quam Rex idem ex noui poſtmodum acceſſione Orbis retulit, Columbi opera, ac virtute parti.

Surit. l. 28. c. 39. Mari. l. 19.

Noua in Italia turba.

Orta inter Venetos, ac Ferrariæ Ducem Herculem ob Rodiginum agrum diſſenſione, Ferdinandus Rex Generum vt tueretur, quatuor ei armatorum millia ductore Alfōſo filio ſubmittebat; eas copias Sixtus Ferdinando iam tum multis de cauſis ſuboffenſus, tranſitu per Picenum inhibuit; ea ex re bellum atrox inter ipſum Pontificem, Regemque excitatum eſt; quippe Alfonſus quos ducebat milites. ad Vrbis vſque mœnia excurrere ferro, ac flamma vaſtari omnia permiſit. conatus hoſce, vt reprimeret Pontifex, copijs haud mediocriter auctis Robertum Malateſtam eis præfecit, atque in palantes hoſtes immiſit. receperat ſeſe in Veliternum agrum Alfonſus. hic illum Robertus nec opiuantem adortus haud ægrè in prælium exciuit,

Ann. Chri. 1482.

Robertus Malateſta.

ciuit, quo Alfonſus victus, fuga ſaluti conſulere coactus eſt. Robertus eam poſt victoriam haud diù ſuperuixit, ferali Romæ pompa pro triumphali ornatus. eius tumulo apud Vaticanum Templum equeſtris ſtatua impoſita eſt, tum vulgatum illud inſcriptum. *Veni, vidi, vici,* Pontificijs exinde copijs præfectus eſt Hieronymus Riarius ipſius Pontificis conſanguineus, qui eas ſtatim in Nicolaum Vitellium duxit. Is Laurentij Medicei, ac Florentinorum ope Tiberni tyrannidem iterum inuaſerat, quamobrem & Florentini diris iterum deuoti fuerunt, dicebatur & Ariminum Riarius profecturus, ſibique Vrbem eam pulſo inde impuberi Roberti filio, occupaturus, quæ res maximam Sixto inuidiam conflauerat, eoſdemque Florentinos, adeoque Venetos impulerat, vt Riario, ſi quid moliri auſus eſſet, omni ope obſiſterent. Actum eſt interim de pace, quæ haud ægrè coaluit, Sixto iterum in ſpem belli ſacri perficiendi, ex mutuis, quæ tum vigebant inter Mahometis filios, diſſidijs, excitato. receptus eſt iu Pontificis gratiam Ferdinandus Rex, tum Florentini, ac Ferrariæ Dux fœdere inter eos inito, cui & Ludouicus Sfortia ſub-

Eius victoria mox obitus.

Hieronymus Riarius.

Nicolaus Vitellius.

ſcripſit Ioannis Galeacij Tutor) ſeruataque Venetis poteſtate fœdus cum cæteris intra certam diem feriendi, dum Rauenna, Ceruia, alijſque Pontificiæ Ditionis oppidis excedere, à Ferrarienſi Ditione abſtinere in animum inducerent, quæ ſi abnuerent, non à fœdere modo, ſed à cœtu quoque Fidelium fore ſe excluſos ſcirent.

Turba in Turcarum Regia.

Mahometis obitu res Byzantij turbatæ ſunt. Negociatorum, Iudæorum in primis opes direptæ, ærarium publicum expilatum; infirmiores à potentioribus oppreſſi. contentio erat de Regno non inter Fratres modò Baiazetem, ac Ziſimum Mahometis filios, ſed Nepotes quoque ex ijſdem filijs, itaque Corcutum Baiazete natum duodeuiginti annorum adoleſcentem Purpuratorum quidam per tumultum Regem proclamarunt, qui tamen pietate, an metu Parenti poſtmodum imperio ceſſit. Ziſimus trigeſimum nondum annum attigerat Baiazete natu poſterior, ideò tamen præferendum ſeſe Fratri aiebat, quod is Patre nondum Romani Imperij potente, necdum Græcis deuictis natus eſſet; argumento, ac præiudicio ex Perſarum olim Regia deſumpto: cæterum factio-

Corcutus euehitur.

Imperiũ Patri cedit.

Ziſimi ad Regnũ iura.

factione fratris longè ſuperatus, poſt Ciliciæ, atque Aegypti Reges nequicquam aditos, Rhodum profugit. id cum Baiazetes reſciſſet Legatis ad Rhodiorum Magiſtrum deſtinatis non pacem modo æquis condicionibus, ſed patrocinium quoque eidem obtulit, inſuper ob illata à Mahomete Patre damna annua aureorum millia decem; dum verò Ziſimum apud ſe honeſta ſub cuſtodia haberet, annua pariter millia XLV. reſponſum quoad Ziſimum ipſum iam in Galliam abijſſe, quod ſane ipſo expetente factum fuerat:de pace conſulturum ſe non Fratres modo, qui extra Inſulam etiam eſſent, ſed & Romanum Pontificem, ac reliquos Chriſtianos Principes. porro his annuentibus, cum Rhodij recepturos ſe pacem Baiazeti nunciaſſent, is, quod mirum videri poteſt, non idcirco quod Ziſimum in Galliam amandaſſent alienior factus, oblatam ſemel pacem æquiſſimis condicionibus cõpoſuit. At Ziſimus in Galliam receptus, exceptus eſt perhonorificè, manſitque ibidem per annos aliquot apud Rhodiorum Equitum hoſpitalem domum cultu, vt ſupra priuatum, ita infra Regium, quippe Ludouicus Rex hoc ipſo

Rhodũ fugit.

Galliã petit.

P. Aemil. in Lud.

tempore fatali. velnti correptus ægritudine, ſibi ipſe inuiſus Reip. curas fermè omnes abiecerat, quo factum vt nec recipere Baiazetis Legatos voluerit, non aurum modo, regiaque dona, ſed ſanctorum quoque reliquias Byzantio deferendas, ac prolixè alia pollicentes. Erat hoc tempore apud Matthiam Regem Mahometis Frater, quem diximus, Romæ Chriſtianis ſacris imbutus. Is iuſtis ſe nuptijs ex Amurate, Mahometem verò ex pellice natum eum aſſereret, iure ad ſe Regnum ſpectare, quod iniuria olim Frater, nuper autem illius filius Baiazetes inuaſiſſent, Ziſimus porro exambiret, contendebat. proinde Rhodiorum Magiſtrum, aliosque Chriſtianos Principes ſollicitare litteris inſtituit, vt ſi quæ in profugum Fratris filium auxilia comparare in animum induxiſſent, ad ſe potius deriuarent. *Supp. ad Ann. 1473. Boſſ. l. 12. Auth. hiſt. Ioann. l. 5.*

S. Bonauentura Canonizatio. Ad hunc annum ſpectat D. Bonauenturæ Apotheoſis, qua de re Sixtus Diploma dedit *ab Authore hic relatum* XVIII. kal. Maij.

Renatus Lotharingiæ Dux. Fœderis legibus ita Veneti non acquieuerant, vt ſuſtinendo à fœderatis bello, aut etiam inferendo Renatum Lotharingiæ Ducem deuicti haud ita pridem Caroli Burgundiæ Ducis gloria inclytum in- Ann. Chri. 1483. *Iuſti. l. 9. Brut. l. 8.*

ſpem

ſpem recuperandi Neapolitani Regni, à quo Renatus maternus auus exciderat, erectum, euocauerint. cęterum is antequam aliquid memoratu dignum ageret, Ludouici Galliæ Regis obitu, à quo Tutor filijs relictus fuerat, in Galliam reuocatus, in maximam Venetos curam coniecit. quo factum vt Pontificis placandi, a quo diris iam fuerant deuoti, pacemque ex eo ac fœderatis reliquis petendi conſilia inierint. haud difficilem ſeſe Pontifex præbuit, quod per eos forte dies Nicolaus Vitellius turbas iterum conciret, Romæ inſuper inteſtinis inter Columnenſes, atque Vrſinos diſſidijs agitaretur. Alfonſo quoque Aragonio, ac Ludouico Sfortiæ, quod iam tum mutuas fouerent ſuſpiciones haud ægrè cum Venetis conuenit. firmata pax eſt maximo cum bonorum omnium gaudio, plauſuque Pontificis in primis, qui perenni ad poſteros monumento Templum Romæ Pacis titulo erectum Diuæ Virgini dicatum voluit. cuius rei ea quoque præceſſit cauſa. erat eo loci ædes Sacra D. Andreæ dicata de Aquarènarijs vulgo nuncupata, in cuius porticu Deiparæ imago Puellum Ieſum gremio tenentis, viſebatur. prope eam Porticum

Lud. Gall. Regis obitus.

Diſſidia inter Vrſinos ac Columnēſes.

Templum B. V. de Pace.

Occaſio illius extruēdi

ticum nequiſſimi aleatores ludebant; horum vnus ob amiſſam ludo pecuniam, furore percitus poſt ſacrilega in Virginem conuicia, in illius imaginem, quam diximus, taxillos proiecit, tum pugione illam appetijt, ac vulneribus compluribus affecit. mirum dictu, ex his ſtatim ſanguis viuus, ac recens promanauit; concurſus proinde maximus ad ædem fieri eſt cœptus, tum miracula alia innumera patrata, quo factum vt Pontifex ampliorem inibi ſacram ædem in eam, qua nunc viſitur, formam extruxerit, ac Canonicis, quos vocant Regularibus Laterano pulſis attribuerit. Extat rei tum geſtæ monumentum Pontificium Diploma *ab Authore huc allatum*. perfectum eſt tamen Templum poſt Sixti obitum ab Innocentio octauo; Oliuerius Carafa Cœnobium adiecit.

Carolus VIII. Gall. Rex. Ludouici Galliæ Regis obitu Regnum ad Carolum filium delatum eſt huius nominis VIII. quitum proximus fuit pubertati, quem Pater latinas litteras vetuit addiſcere, quod rerum ſcientiam curas ſibi, ac moleſtiam adieciſſe diceret. *Com. l. 9. & 10. Gagui. l. 10.*

Eodem ferè tēpore obijt Eduardus Anglus Eduardo, ac Richardo

filijs

Polid. l. 25. filijs impuberibus ſuperſtitibus, tum Richardo Fratre. Hic Regno inhians regios pueros, quorum erat Tutor per ſummum ſcelus de medio ſuſtulit, vt ſceleri cauſam prætexeret, nonniſi probroſam excogitauit; quippe non in vulgus modo ſpargi, ſed ex loco etiam ſuperiori ad populum edici iuſſit per inſigniorem quemquam Concionatorem, ipſo ſe eodem in Templo audiente, Eduardum Fratrem Matre adultera furto ſublatum, ſe legitimo thoro eadem Matre procreatum. ita exhauſti ruboris homo, vt regnaret, Matrem, ac fratrem probro afficere, ſeque ſimul turpi labe aſpergere non eſt veritus. *Eduardi Angl. Regis obitus Richardus frater nefarius ſucceſſor.*

Ioannes Luſitaniæ Rex, quod moribus eſſet ſeuerior, Regnique proceres in officio contineret, illorum odium cum ſubijſſet, iterata ab his conſpiratione appetitus, vtramque innoxius euaſit.

Mari. l. 25. Haud paulo grauior conſpiratio hoc anno ab vniuerſa Maurorum Gente in Ferdinandum, ac Iſabellam Caſtellæ Reges inſtituta eſt, ex qua bellum extitit decennale ſucceſſu lætum, fauſtumque, Regibus Chriſtiano in primis nomini glorioſum, quo Barbarorum ibidem Tyrannis, quæ ſeptingentis eoque *Initiũ belli Maurici in Hiſpania.*

amplius annis viguerat ab ſtirpe funditus conuulſa eſt, quo de alibi ſermo erit.

Cõten- tio de Conce ptione B.V. Duplex hoc tempore conten- tio exorta eſt inter Dominicani, ac Franciſcani Ordinis Religioſos Viros, altera de Concèptione B.V. Deiparentis, qua de re Sixtus Pontifex Conſtitutionem hic relatam promulgauit, edixitque, ne quis aduerſam ſententiam damnaret.

Item de Stig mati- bus B. Catha rinæ Se nenſis. Alia fuit controuerſia de Stigmatibus D. Virginis Catharinæ Senenſis, quod ſané decus peculiare fuiſſe D. Patriarchæ Franciſci illius alumni Minoritæ contendebant, proinde nec Catherinæ illud tribui, nec ejus imaginibus adpingi fas eſſe. Contentio huiuſmodi non ſatis tum quidem cohibita, memoria noſtra cum reuixiſſet, eam Clemens VIII. Sacrorum Rituum Congregationi demandauit, decreto interim edito, *cuius exemplum apud Authorem hic habes*, quo ſilentium vtrique parti indictum eſt, vetitaque omnis deinceps de re huiuſmodi altercatio. *27. No uemb. 1609.*

Hoc eodem anno Islebij apud Saxoniam editum in lucem ferunt Martinum Lutherum maximo rei Catholicæ detrimento.

Diſſidio Romæ inter Columnenſes, atque Vrſinos iterum exorto,

Ann. to; arma Pontifex aduerſus illos
Chri. pacis leges detrectantes expediuit
1484. ea per Hieronymum Riarium pa-
Pan- rum proſpere cum adminiſtraſſet, *Sixti*
nuin. morbo ex mœrore animi corre- *IV. obi*
& ptus ipſis Idibus Auguſti fato ceſſit *tus.*
Ciacc. Septuagenario maior, vbi ſediſſet
in Six. annos omninò XIII. conditus eſt
apud Vaticanum æneo in tumulo, qui adhuc viſitur, opere fuſili Iuliani Cardinalis ex Fratre Nepotis opera, arte mira conflato. Vix alius Pontificum munificentior fuit, aut in promerendis hominibus prom- *Eius* ptior; Peloponneſi, atque Epiri *mores.* Deſpotas; Reginas duas Romæ aluit, alioſque plures auitis ſedibus, aut Imperijs deiectos fouit. Reges eorumue Legatos ſumptu maximo excepit. publicis quoque rebus intentus, Vrbem à cœno, ſituque vindicauit illius vijs amplificatis, diritis, ac lateribus ſtratis, cui rei Vicorum Magiſtros, ac Curatores præfecit, Pontem ad Ianiculi radices dudum collapſum magna cura, atque impenſa reſtituit, deque ſuo nomine Sixtum appellauit. S. Spiritus Noſocomium mirifice inſtaurauit. Pacis Templum quod diximus, tum D. Mariæ de Populo ad Portam Flaminiam vna cum ampliſſimo cœnobio extruxit. Vrbis mœnia vbi-

cumque labem feciſſent, reſarciuit. cæterum ea vt præſtaret, vectigalia ſubinde noua excogitauit, vetera inſuper auxit, Curialia munera, quæ gratuito antea probis, doctiſque Viris demandari conſueuerant, venalia expoſuit. itaque illud identidem vſurpabat, non defuturam ſibi pecuniam, dum calamus non deeſſet.

Tumultus Romæ. Tumultus Romæ Sixto adhuc ſuperſtite, vt diximus, excitati, poſt illius obitum longè maximi extitere. direptæ Comitis Riarij ædes, cuius odio atque inuidia Populus flagrabat, quam ille ob cauſam Aeliam ſeſe in Arcem receperat. horrea publica, in quæ Sixtus frumenti vim maximam intulerat, effracta, atque exhauſta, ditiorum Domus, opulentioreſque officinæ expilatæ; Triremes duæ, quæ in Tyberis ſtatione erant, data remigibus libertate, rebuſque omnibus conuaſatis, viliori precio diuenditæ, vbique cædes patratæ: inducijs mox inter factionum Principes initis, promiſſaque Cardinalibus ſecuritate, ac Comitiorum libertate, hi Conclaue apud Vaticanum ingreſſi haud diu morati ad IV. kal. Septembris Ioannem Baptiſtam Cibo Genuenſem, Pontificem renuncia- *Innocentius viij.* *Manſ. Panuin. Ciacc. in Inn.*

xunt

runt indito Innocentij nomine. Huic primum, ac præcipuum ſtudium fuit Chriſtianos Principes conciliandi, paciſque publicæ conſtituendæ. Igitur legatione ad Federicum Aug. ac Matthiam Vngarię Regem inſtituta, vtrumque ad veteres inimicitias, atque arma deponenda omni ope adigere conatus eſt. haud abſimili conatu Carolo Francorum Regi Maximilianum Auguſti filium dotalem Burgundiam vindicantem, Ludouicum Aurelianenſem Sororis Virū in adminiſtratione Regni præteritum, eaque de cauſa omnia miſcentem conciliare inſtituit. Inter Richardum quoque Angliæ ac Iacobum Scotię Reges componere per Legatos pacem curauit. ad hęc Ferdinandum, ac Coniugem Hiſpanię Reges ad bellum in Mauros Granatenſes fœlicibus auſpicijs inchoatum, proſequendum etiam atque etiam hortatus eſt.

Böſin. dec. 4. l. 6. Paul. Aem. in Car. Na. uel. vol. 2. gen. 50 Lesli l. 8.

Obijt hoc anno apud Vilnam Lituanię Vrbem Caſimirus cognominis Caſimiri Polonię Regis filius vitę ſanctimonia inſignis Princeps, quem Leo X. ſanctorum poſtea numero adſcripſit. pręclarè actam abeo vitam Gregorius Suiecichius Vilnenſis Canonicus poſteris tradidit, *& ex eo hic Author*.

S. Caſimirus Pol. Reg. filius.

Diſſidium inter Pont. et Ferdinandum. Neap. Regẽ.

Anno. Chriſ. 1485.

Dum Pacem Pōtifex inter Chriſtianos Principes componere, bellum auertere conatur, bello ipſe implicitus eſt. Ferdinandus Rex Neapolis pro Cenſu annuo Eccleſiæ debito interpellatus, belli Turcici ſumptus longe maximos cauſatus, ſolutionem detrectauit. ad hęc Regni Proceres tyrannicè habitos eò adegit, vt deſperatione rerum defectionem à Rege meditantes, Romanę Eccleſię opem implorare coacti fuerint. eodem tempore Aquilani ſuis iuribus, ac priuilegijs vti frui ab eiuſdem Regis tyrannide cum nequirent, iugo excuſſo, Romanę Eccleſię inſignia deiectis regijs ſuſtulerant, Legatoſque Romam ad Innocentium miſerant, qui Vrbem dederent. his permotus Pontifex inconſultis ea de re Patribus bellum in Ferdinandum decreuit. Is vt bellum auerteret Ioannem filium Cardinalem ad Innocentium Legauit. cæterum cum nec ad cenſus ſolutionem, nec ad veniam transfugis dandam adigi Rex potuiſſet, res iterum ad arma ſpectare viſa eſt. tum Ioannes ipſe Cardinalis ſpe pacis omni abiecta alieno ſanè temporę Romę deceſſit, non ſine veneni ſuſpicione à Principe Salernitano propinati.

Rex

Rex tum Florentinos pro auxilijs interpellauit, his cunctantibus Laurentius Mediceus, qui pacis, vt aiebat, bono, nullius Principum potentiam auctam vellet, haud ægrè Ciuibus, iniecto à Pontifice victore metu, perſuaſit vt Ferdinando, dum ſua tutatur aliena non appetit, auxilia ſubmitterent.

Hoc ipſo tempore Hiſpaniæ Rex Ferdinandus inſignes de Mauris victorias referebat, hoſtibus vbique profligatis, oppidis, ac munitionibus compluribus interceptis.

S. Leopoldi canonizatio.

Quo tempore Innocentius Pontifex Federico Aug. ac totius fermè Rom. Imperij Principibus poſtulantibus Leopoldum Auſtriæ olim Principem vitæ Sanctimonia, ac miraculorum fama inclytum ſanctorum numero addidit Diplomate *hic relato* ſuper hoc edito.

Hiſt. Gen. l. 15.

Non eſt ſilentio prætereundum quod Genuæ hoc anno contigiſſe Byzarrus tradit de Ioannis Antonij Buccanigræ VxoreBartolomea, quæ mira quadam, atque inſueta fœcunditate vnico partu filios ſeptemdecim enixa eſt, quod tamen mirari vnuſquiſque deſinet, qui meminerit Margaritam Hermani Comitis Hennimburgici Vxore, qua de alibi meminibus ſalutis

Sup. adan. 1275.

anno

anno MCCLXXVI. vnico & ipſam partu infantes promiſcui ſexus peperiſſe CCCLXIV.

Sed iam ad rerum geſtarum ſeriem reuertamur. Sequenti anno ad XIV. kal. Martias Comitijs Frācfordiæ habitis Maximilianus Aug. filius à Septemuiris Electoribus Rex Romanorum Patre adhuc ſuperſtite dictus eſt, Matthia Vngariæ Rege, qui Auſtriæ Vrbes complures, cumque his Viennam vi ceperat, fruſtra obnitente. Igitur nouus Cæſar honorifica legatione ad Pontificem inſtituta, cum ante ipſam quoque electionem rei veniam ab eodem per Legatos poſtulaſſet, obſequium eidem, ex more præſtitit, priuilegiaque Romanæ Sedis ex ſuperiorum Cæſarum inſtituto quadruplici diplomate confirmauit. Ann. Chri. 1486.

Maximilianus Cæſar eligitur.

Obſequium Pontifici præſtat.

Euentu interim vario bellum ſuperiori anno inter Pontificem ac Ferdinandum excitatum adminiſtrabatur, porrò dum hi pro ſe quiſque auxilia vndique conquirunt, parùm abfuit, quin alios plures Chriſtianos Principes, atque Reſpublicas eodem bello inuoluerent. Sanè Innocentius ſuppetias à Rege Gallo expetierat, tum Renatum ad Neapolitanum Regnum capeſſendum euocauerat. Ferdinan-

Diſſidiū inter Pont. & Regem Neap.

Albin. de bell. inteſt. Marian. l. 25. c. 7. Volaterr. in vit. Innoc.

nandus poſt Florentinos, Ludouicum Sfortiam haud ægrè in armorum ſocietatem impulerat. in hunc Pontifex Heluetios magno numero exciuit. Veneti quoque veteris Ferdinandi Regis hoſtes tum ob res Cyprias, tum ob maritima Apuliæ oppida, quibus inhiabant Pontifici adhæſuri videbantur. cæterum quo maiores inde motus metuebantur, eo maiores vtrumque Principem curæ agitabant, quo factum, vt ambo haud inuiti pacem reſpicerent, quæ his demum legibus coaluit. Ferdinando Hiſpaniæ Rege, Ludouico Sfortia, ac Laurentio Mediceo in primis adnitentibus.

Pax initur.

Pacis condiciones. Ferdinandus Rex Neapolis, eiuſque poſteri Romanæ Eccleſiæ quotannis ſoluerent ad Principum Apoſtolorum feſtum diem vnciarum auri puri octo millia.

Regni Proceribus, qui ab eo defeciſſent, ignoſceret.

Aquilanos liberos eſſe ſineret, vt vel ipſum Regem Dominum, vel Pontificem agnoſcerent.

Romanus Pontifex Epiſcopatus, ac Sacerdotia Regni omnia pro arbitrio demandaret.

Cauſas Eccleſiaſticas per appellationem deuolutas liberè cognoſceret. Commiſſarios, Inquiſito-

ſitores, Viſitatores, cognitores earumdem, vt liberè mitteret, ac plenariam in ſpiritualibus cauſis, ac mixtis iurisdictionem exerceret.

Pontifex Gallis, ſi quando impetum in Regnum facerent: ne impedimento, neue adiumento eſſet.

Belli huius tempore, ſiue inde acquiſita an reſtituenda, Hiſpaniæ Regis iudicium eſſet.

Virginiua Vrſinus, qui à Pontifice ad Ferdinandum defecerat nudis pedibus, aperto capite, collum reſte inuolutus; flexis genibus veniam ſupplex à Pontifice poſtularet.

Vrſini reliqui veniam, & ipſi peterent.

Pro Ferdinando Rex Hiſpaniæ, Ludouicus Sfortia, Laurentius Medices vades eſſent.

His tranſactis milites hinc inde dimiſſi. At verò Ferdinandus per ſummam perfidiam Regni Proceres defectioni vtcunque affines ſeorſim adortus, qua vita, qua fortunis mulctauit, nequicquam Hiſpaniæ Rege, aliiſque pacis vadibus expoſtulantibus.

Diuina interim vltio Richardum Angliæ Regem excepit. Erat apud Galliam exul Henricus Comes Richemondiæ ab annis fermè quindecim

decim, Regia ſtirpe editus, Hunc Angli Proceres Richardi Tyrannidem pertęſi, in ſpem Regni euocatum, ac validis munitum copijs in Tyrannum emiſerunt: prælio inito victoria pro Henrico ſtetit: Richardus inter confertiſſimos hoſtes pugnans occubuit: Regnum ſtatim omnium conſenſu ad Henricum delatum eſt; qui confirma i illud ſibi à Pontifice expetijt, & ad ineundum cum Eliſabeta Eduardi filia conſanguinea matrimonium eccleſiaſticis legibus ſolui.

Ricardus Angl. Rex victus ac caſus. Henricus 74 ſuccedit.

Ioan. Bapt. Laur. de anul. pronub. Hoc demum anno quod reliquum erat diſſidij inter Peruſinos, ac Cluſinos, Senenſesque de pronubo B. Virginis anulo. Innocentij Pontificis ſententia diſcuſſum eſt, eodem ſacro pignore Peruſinæ Vrbi adiudicato. illud mirum, Peruſinos, tanta fuit illorum ſiuè in cauſæ bonitate, ſiuè in ipſius Virginis patrocinio fiducia, Franciſci Piccolominei Cardinalis Senenſis iudicium non detrectaſſe, nec ſpe fraudatos fuiſſe. quippe ex illius ſententia, in quem rei diſceptatio collata fuerat, Pontifex rem, qua diximus ratione, definiuit.

Anulus B. Virginis Peruſinis adiudicatur.

Ann. Chri. 1487. Antequam Ziſimus ad Chriſtianos confugerat, Aegyptium Tyrannum Saladinum adierat, apud quem

quem Vxorem, ac filios reliquerat. hos cum incaſſum. Baiazetes poſtulaſſet, Sultano bellum indixit. Claſſem itaque dum adornat, Venetos, quibuscum pacem inierat, vt ea Cyprum appellere poſſet, rogauit. negarunt illi perfidiæ Turcicæ non ſignari, ſimul ipſi Claſſem tutandæ Inſulæ miſerunt. quod autem apud eam Regina adhuc eſſet poſthumo ipſius filio iam extincto, Venetias illam reuocarunt. Regnum exinde ipſius Reipublicæ nomine adminiſtratum eſt. Rurſum Pontifex tum de Venetis ipſis, ac Cyprijs, tum ab alijs Chriſtianis Principibus ad Sacrum bellum excitatus ærario exhauſto Sixti deceſſoris exemplum ſequutus, Plumbatorum, ac Secretariorum Collegia, tum Ripæ Tyberinæ Præſidentium inſtituit, eaque munera venalia propoſuit; ex his autem centum fermè aureorum millia confecit, quæ in belli ſumptus impenderet.

Iuſt. l. 10. Sabellenn. 3 l. 8. Boſſ. l. 14. Panuin. in Inn.

Catharina Regina Cypri.

Officia Rom. Cur. Venalia.

Luſitanorum nauigationes.

Luſitani anniuerſarijs in Auſtrum, inque Orientem nauigationibus extremum demum Africæ Promontorium (Bonæ ſpei caput vocant) ſuperarunt; ingens cœptum, pertinax conatus.

tus: Præfecto Claſſis Bartolomeo Diacio comes additus Antonius ex Franciſcana familia acri vir ingenio, atque in terram expoſitus, terreſtri itinere Africæ, atque Aſiæ vaſta ſpatia emenſus Hieroſolymam peruenit, indeque in patriam reuerſus eſt.

Antonij Franciſcani auſus.

Ann Chri. 1488.

F I N I S.

INDEX

Tertiæ partis cuius numeri paginas indicant.

A

ADamitæ 475
Adolphus Imperator. 207. Eius in Romanam Eccleſiam obſequium. 214. Deponitur. 220
Aegidius Carillus Albornotius Card. 293. 329 Eius conſtitutiones Aegidianæ. 294. Obitus. 354
Aegidius Columna. 218. Moritur. 265
Aemiliam Innocentius recipit. 516
Aeneas Syluius. 521. 553. Eius legatio. 551. B. Agnes Politiana inter Beatos adnumeratur. A Bernardino Stephonio laudatur. 265
Albertus Auſtriæ dux in imperium euehitur. 220. Rex Romanorum confirmatur. 230
Albertus Auſtriacus Imperator. 523. Eius obitus. 533
Alberti Ezelini fratris obitus. 138
Alberti Cæſaris occiſor, qua pœna mulctatus. 242
Albertus Magnus. 119. Eius obitus. 187. In Albingenſes bellum ſacrum indicitur. 47. Bello profligati. 51. Ad Catho-

licam

licam fidem reuocati. 52. Contra eos Cruce ſignati. 54. Inter eos, & Catholicos prælium. 57. Quidam ex eis præſtigiatores fluminis vorticibus hauriuntur. 60. Eorum belli, ac ſectæ finis. 87
Alexander Scotiæ Rex. 60
Alexander IV. Pontifex. 132. Eius obitus. 144
Alexander V. Pontifex. 438. Eius obitus. 443. Laudes. 443
Alexander Oliua Cardinalis. 589
Alexandria à Rege Cypri capta. 351
Ad Alexium Græcorum Auguſtum Innocentius III. legationem inſtituit. 3. Huius Alexij tyrannis. 6
Alexius puer huius, & fratre nepos à Latinis in imperium reſtituitur. 6.22 In Alexium Auguſtum Byzantij tumultus. 27. Eius prodetur Myrtilus. 28. Necatur à Myrtilo. 29
Alfonſus Aragoniæ Rex. 13. Fit Romanæ Eccleſiæ vectigalis. 35
Alfonſi Luſitaniæ Regis obitus. 81
Alfonſus Aſtrologus. 129
Alfonſus Caſtellæ, ac Legionis Rex Imperator creatur. 136. In eum ſeditio. 165. Eius cum Gregorio X. congreſſus. 174
Alfonſi Gallorum Regis obitus. 196.321
Alfonſi Aragonij obitus. 406
Alfonſus Ferdinando Patri Aragoniæ Regi ſuccedit.455. Corſicam inuadit.469. Neapolim euocatur. 473
Adopta-

INDEX.

Adoptatur à Ioanna Regina. 474. Neapolim aduenit. 477. Inter eum, & Ludouicum pax 479. Inter eundem, & Ioannam diſſidia. 489. Iugatur, & obſidetur à Sfortia 484. Soluitur eius obſidio. 484. Exhæredatur à Ioanna 485. Hiſpaniam repetit. 486. Eius ad Eugenium legatio. 511. Neapolim adductus, 515. Caietam obſidet. 515. Vincitur, & Mediolanum producitur. 516. Humaniter Mediolani excipitur. 517

Alfonſus, & Renatus Regis Neapolitani æmuli. 530. Illius aſtus. 534. 539. 544. Neapolim capit. 539. Regnum Neapolitanum ab Eugenio obtinet. 542. Eius obitus. 566. 643

Alternatiua Epiſcopis Galliæ conceditur. 618

Aluminis apud Tolfam inuentio. 582

Amadei ad Rhodum Victoria. 247

Amadeus Dux Allobrogum in Eremum ſecedit. 506. Subrogatur Eugenio Papæ. 532. Eius obitus. 619

Amuratis Turcarum Imperat. obitus. 408

Andreas Vngariæ Rex. 21. 25

Andreas Rex Neapolis coronatur. 311

S. Andreas Corſinus. 366

S. Andreæ caput Romam aduectum. 584

Andronius Græcorum Auguſtus excommunicatur. 239. Turcas infeſtos habet. 253. Eius obitus. 285

S. Angelus Carmelita martyr. 74

Angliæ, & Galliæ inter Reges bellum. 15. 24. 219. 295. 391. 401. 501

Angli

Angli à Rege rebellant. 63
Ludouicum Galliæ Regis filium in ſuum Regem eligunt. 64. Eundem exturbant. 64
Anglorum expeditio ad bellum ſacrum. 161
Angli à Scotis victi. 245. Inter Angliæ, & Galliæ Reges induciæ. 299
Anglorum facinus. 308. Ab ijs Gallorum clades. 313
Anglorum in Galliam excurſio. 366
Angliam, & Galliam adit Græcorum Imperator. 422
Angli Eugenij IV. partes tuentur. 611. Gallia exacti. 551
Antiochiæ Chriſtianorum clades. 156
S. Antoninus Florentiæ Archiepiſcopus. 553. Eius obitus. 572
S. Antonius Patauinus canonizatur, 93
Antonius Bentiuolus Bononiæ rector. 350
Antonij Franciſcani mira peregrinatio. 663
Anulus pronubus B. Virginis Peruſiæ ſeruatus. 639. Peruſinis adiudicatur. 661
Apuliam, & Calabriam occupat Otho. 53
Aragoniæ Rex Petrus cæſus. 57. Eius Rex Iacobus. 59
Aragoniæ Regis male auſpicata expeditio. 158
Aragoniæ, & Siciliæ Reges excommunicati. 149. Inter Aragonios, & Gallos pax. 213. Inter eoſdem, & Piſanos de Sardi-

Sardinia tranſactio. 254. Inter Aragoniæ, & Caſtellæ Reges bellum. 338
Armenorum errores. 302
Arnoldus de Villanoua medicus. 197
De eo mirum narratur. 197
Aromatum vſus. 298
Aſyla Cardinalitiarum ædium tollit Vrbanus V. 349
Attica regio à Catalanis occupatur. 257
Auenio capta, & mœnibus nudata. 82
Auenione Ioannes XII. ſedem Pontificiam figit. 263
Auenio Pontifici vendita. 318. Ad eam venit Carolus Imperator. 352 Ab ea diſcedit Vrbanus V. 353. Ad eam redit. 359. Ab ea diſcedit Gregorius XI. 373
Auenionenſe gymnaſium. 409
Aurei velleris militaris ordo. 495
Azo Ateſtinus. 243

B

Baiazetes Amurati patri ſuccedit. 408. Conſtantinopolim obſidet. 412. Sigiſmundum Hungariæ Regem vincit. 413
Baiazetes filius Mahometi ſuccedit. 642
Balduinus Imperator. 31. Victus, & captus. 39
Balduinum rediuiuum impoſtor quidam ſe eſſe ſimulat. 82. Is impoſtor conuictus necatur. 83
Balduinus Roberto patri in imperio ſuccedit.

cedit. 90. Martham Brenni filiam vxorem ducit. 90. Italiam, & Galliam petit. 91. Byzantium repetit. 102. Ex Oriente fugit. 149. Eius conſilium. 168
Baldus Gregorij XI. præceptor. 361. Vrbani cauſam tuetur. 380. Eius reſponſum pro Vrbano. 388
Baltaſſaris Offidani dirum ſupplicium. 519. Eiuſdem aſtus. 519
Inter Barnabam Vicecomitem, & Vrbanum pax. 350
Barnabæ Vicecomitis infortunium. 347
Beatricis Federici Aencobathi olim coniugis obitus. 21
Belli ſacri noua expeditio. 157. In id fœdus ictum. 158. Eius inſtauratio. 169. Impedimenta. 563. Sumptus à Principibus faciendi. 594. Apparatus. 641.
Benedictus XI. Pontifex. 233. Inſigne eius facinus. 233. Obitus. 235. Miracula. 236
Benedictus XII. Pontifex. 288. Eius obitus. 303
Benedictus XIII. Clementi Antipapæ ſublegitur. 410. Ab eo Gallia deficit. 418. Is cuſtodia elabitur. 425. Ad portum Veneris accedit. 435. Fugam arripit. 496. 454. Maſſilia excluditur. 436. Perpiniani ſubſiſtit. 436. Deponitur. 438. 455. Moritur. 458
S. Bernardinus Senenſis. 490. Eius obitus. 542. Canonizatio. 542. 551
Bertoldus, & Latinus Vrſini Cardinales diſſi-

diſſidium inter Galliæ, & Hiſpaniæ Reges componere conantur. 192
Bertoldus Vrſinus Senator occiditur. 329
Beſſarion Cardinalis. 532. 553. 556. Eius obitus. 619
Biondus Michelottus. 411. Eius tyrannis. 414. Dolo interimitur. 414
Boemorum turbæ. 480. 584. Cum Boemis hæreticis diſputationes. 505. Perduelles victi, ac deleti. 511
Boemiæ regni competitores. 570. Eius Rex deponitur. 599. De Boemis apud Morauiam Vngarorum victoria. 352
Bombardæ inuentum. 607. Vſus. 477
S. Bonauenturæ obitus. 175. Canonizatio. 648
Bonifacius VIII. Pontifex. 210. In eum calumniæ 212. Pro Anglo Rege, & Flandriæ Comite contra Galliæ Regem ſententiam fert. 215. Ei Columnenſes infenſi. 216. Belli ſacri expeditionem promouet. 223. Carolum Andegauenſem euocat. 226. Capitur. 231. Liberatur. 232. Romam perducitur. 232. Moritur. 232. Fabula de eo exploditur. 232. Exhumatur. 232
Bonifacius IX. Pontifex. 406. Roma pulſus Peruſiam adit. 410. Romam redit. 411. Abſolutum Vrbis regimen obtinet. 413. In eum Romæ tumultus. 417. 421. Moritur. 428
Bononiæ rector Antonius Bentiuolus. 350
Bononiam Braccius recipit. 468

Bononia rebellat à Pontifice. 492
Borgiæ legatio parum felix. 621
Borſius Ferrariæ Marchio. 552. Dux creatur. 611. Moritur. 611
Braccius, & Sfortia. 401
Braccij conſtantia. 441
Braccius Romam capit. 456. Summus Dux. 462. In Pontificis gratiam redit. 464. Florentiæ Pontificem adit. 466. Eius ad Pontificem oratio. 466
Bononiam recipit. 468. Neapolim proficiſcitur. 477. Inter eum, & Sfortiam pax. 479. Eius ſumma audacia. 487. Eiuſdem pugna ad Aquilam. 487. Victus, & captus poſt biduum moritur. 488
S. Brigida. 362. Eius obitus. 366. Canonizatio. 408
Buldrinus Panicalenſis. 400
Bulgari Byzantium obſident. 98. 100
Bulla aurea Caroli. 335
Byzantium à Latinis capitur. 29

C

CAeleſtinus IV. Pontifex. 107. Eius poſt dies 18. obitus. 107
Cæleſtinus V. 208. Pontificatum deponit. 209. Moritur. Canonizatur. 215. 257
Cairum Chriſtiani obſident. 76. Recedere coguntur. 76. Sultani Cairi laus. 76
Calabriam, & Apuliam occupat Otho. 153

Calebi.

Calebinus Turcarum Princeps. 440
Chriſtianus fit. 620
De Caleranis ciuibus mirum. 313
Calliſtus III. Pontifex. 559. Eius ſedulitas. 564. Obitus. 566
Caluini mendacium. 785. Ad campanæ ſonum mos Virginem ſalutandi. 105
Canis Scaliger. 272
Canonici Lateranenſes inſtituti. 218. 546
Canonicorum Regularium ordo. 376 Hos in Lateranum Paulus II. reſtituit. 593
Cantabri inſulas fortunatas adeunt. 413
Cantacuzenus imperio deijcitur. 335
Cardinalibus rubri galeri vſus præſcriptus. 110. Purpureum indumentum. 318. 594
Cardinalium poſt Clementis obitum diſſidia. 259
Conclaui incenſo excedunt. 259
Conclaue iterum ineunt. 262
Cardinalium auctoritatem Paulus II. imminuit. 594
Carlotta Cypri Regina. 581
Carmelitarnm ordo. 69
Carnifex quidam patrem, & germanum ſuſpendio necat. 421
Carniola à Turcis vaſtata. 609
Carolo Andegauenſi Prouincia delata. 114. Oblatum Siciliæ regnum, ideò Romam venit, & coronatur. 128. 150. 151. Inter Carolum, & Paleologum diſſidia. 182 Inter eundem, & Rodulphum. 183. Eum Petrus Rex Aragoniæ ad ſin-

ad ſingulare certamen prouocat. 192.
Pontifex certamen inhibet. 193
Carolus Burdegalæ. 194
Carolus Claudus Salerni Princeps victus, & captus. 195
Caroli Siciliæ Regis obitus. 195. Pro liberatione Caroli captiui pacta. 200. 202
Carolus Florentiæ. 204. Coronatur. 204. A Siculis reiectus. 321
Carolus Andegauenſis à Bonifacio euocatur. 226. Inter Carolum, & Federicum pax. 227
Caroli Regis Neapolitani obitus. 244
Carolus Pulcher Gallorum Rex. 271. Eius obitus. 277
Carolus Vmbertus Vngariæ Rex. 287
Carolus Cæſar vitæ periculum adit. 321. Mediolani coronatur. 333. Deinde Romæ. 334. Germaniam repetit. 334. Eius bulla aurea. 335. Inter eum, & Ludouicum Vngariæ Regem diſſidia. 346
Carolus Ioanni patri Galliæ Regi ſuccedit. 345
Carolus Cæſar Auenione. 352. Italiam petit. 357. Cum Pontifice Vrbano V. congreditur. 758. Eius in Pontificem obſequium. 358. Eiuſdem obitus. 375
Caroli V. Gallorum Regis obitus. 389
Carolus VI. Galliæ Rex. 383
Carolus Dyrrhachij Neapolit. Rex. 386
Caroli Regis tyrannis. 393. Is excommu-
nica-

nicatur. 394. Nuceriam obſidet. 394. Genuam proficiſcitur. 394. Vitæ periculum adit. 394. Vngariæ Rex eligitur. 396. Occiditur. 398. Eius interfectorum euentus. 398. Ob excommunicationem exhumatur. 401
Caroli Nauarræi inſuetus exitus. 404
Carolus filius ei ſuccedit. 404
Caroli Galliæ Regis obitus. 481
Carolus alius Gallorum Rex. 529. Eius obitus. 581. Inter Carolum Burgundum, & Ludouicum Galliæ Regem diſſidium 596
Carolus frater cum Ludouico Galliæ Rege reconciliatur. 607
Carolus Burgundus Regis titulum ambit. 621. Inter eum, & Federicum Auguſtum pax. 627. Idem, & Eduandus Angliæ Rex belli ſocius cum Ludouico Galliæ Rege inducias pangunt. 627. Burgundi cædes. 628
Carolus Fortebraccius. 630
Carolus VIII. Galliæ Rex. 650
Carrarij, & Scaligeri extincti. 432
Carthago à Gallis capta. 162
Caſimiri Poloniæ Regis obitus. 362
S. Caſimirus Poloniæ Regis filius. 655
Caſſanus Tartarorum Rex. 221
Caſſanus Scytharum Rex. 223
Inter Caſtellæ, & Aragoniæ Reges bellum. 338
Caſtellæ Regis probra. 338
Caſtellæ, & Luſitaniæ Reges bellantur. 365

Catalani Græcis infeſti. 257. Atticam regionem occupant. 257
S. Catharina Senenſis. 362. Eius ſtigmata. 369. 353. Eiuſdem fama 371. Legatione ad Pontificem fungitur. 371. Eius Ecſtaſis. 372. Periculum de ea à Præſulibus factum. 373. Eius obitus. 387. Canonizatio. 581
Catharinæ Angliæ Reginæ obitus, & probra. 521
Catharina Cypri Regina. 662
Chriſtiernus Daniæ Rex Romæ. 625
S. Clara. 129
B. Clara de Monte Falco. 244
Clauellorum Fabriani cædes. 512
Clemens IV. Pontifex. 149. Inſignis eius moderatio. 149 Obitus. 185
Clemens V. Pontifex. 236. Mulctat Ioannem Alberti occiſorem. 242. Venetos vincit. 243. Viennam ad concilium proficiſcitur. 246
Clementinas conſtitutiones edit. 258. Academias Aurelianenſem, & Peruſinam priuilegijs auget. 258. Obit. 258. Sepulchrum illius violatum. 258
Clemens VI. Pontifex. 303. Eius modeſtia. 323. Obitus. 326. Nota. 326. Laudes. 326
Clemens Antipapa Auenione. 381. 488. Eius obitus. 415
Cola Rentius. 315. Eius caſus. 716. 328. Frãciſcũ Barõcellũ Tyrannũ deijcit. 328
Chriſti columnam Io: Columna Cardinalis Romam defert. 74

Columnenſes Bonifacio infenſi. 216. Inter eos, & Vrſinos diſſidia. 293.649
Columnenſium turbę. 499
Conceptionis B. Virginis celebratio. 532
Concilium Lateranenſe. 61. Romanum. 97.641. Lugdunenſe. 171. Viennenſe. 249. Conſtantienſe. 452.458. Eius ſolutio. 458. Ticinenſe. 482. Senas transfertur. 482. Diſſoluitur. 482. Bononiam transfertur. 500. Eius translatio reuocatur. 505. Eius proſecutio. 509
Concilium Baſileenſe. 504. 513. 518. 527. Eius ſecunda translatio, & ſolutio. 522. 543. In Concilio ſedendi ordo. 527. In eo quæſtiones agitandæ. 527. Ferraria Florentiam transfertur. 528. Florentinum minuitur. 431
Conclauis conſtitutio. 325
Conradinus. 130. 153. A Carolo victus. 154. Captus, & ſecuri percuſſus. 155
Conradus Friderici filius ex Iole. 88. In Italiam venit. 125. Neapolim, Capuam, Aquinum capit. 126 In Germaniam redit. 126. Eius ſcelus. 130
Conſtantiæ Auguſtæ, & Federico filio. Innocenius III. Siciliam in feudum dat. 4
Conſtantiæ Auguſtæ obitus. 9
Conſtantinopolim Baiazetes obſidet. 412
Conſtantinopolis amiſſa. 554
Conſtantinus Rex Armeniæ. 324
Conſtantinus Græcorum Auguſtus. 550. Eius cædes. 556
Corcutus ad imperium euehitur. 646

Imperium patri cedit. 646
Corſica, & Sardinia Romanæ Eccleſiæ feudum. 216 264
Corſicam Alphonſus Rex inuadit. 469
Cruceſignati Syriam deſerunt. 4. Eorum facinus. 22
Contra Albigenſes bellantur. 54. Ad bellum ſacrum ab Honorio III. transmittuntur. 68. Ex Aegypto remigrant. 77. Crucis oſtentum. 19
S. Cunegunda Auguſta canonizatur. 21
Cura animarum non refugienda. 44
Cyprus, eiuſque Rex à Saladino Aegyptio capitur. 491. Apud Cyprum turbæ. 629

D

DAlmatiæ Synodus. 10. In Dalmatiam B. Virginis ædicula à Nazareth transfertur. 205
Damiata obſidetur. 71. Conditiones pacis ab obſidentibus Chriſtianis reiectæ. 72. Obſidio ſoluta. 72. A Chriſtianis capitur. 74. Amittitur. 75
Damiatam S. Ludouici copijs territi hoſtes deſerunt. 120
Dania, ac Sueuiæ Romanæ Eccleſiæ tributariæ. 34
Daniæ Regis in Romanam ſedem obſequium. 43
Dantes Aligerius. 235. Eius obitus. 271
Dauid Scotiæ Rex captiuus dimittitur. 341

Decre-

Decretorum liber ſextus. 210
Delfini Viennenſis ſucceſſio. 309
De Dei viſione quæſtio. 284
S. Didacus Complutenſis. 589
Dionyſij Luſitaniæ Regis obitus. 277
Dionyſius Carthuſianus. 617
Diſciplinatorum mira peregrinatio. 141.
Eorum ortus Peruſiæ. 141
De Dominicanis fabula exploditur. 256.
Inter Dominicanos, & Franciſcanos contentio. 587. Quęſtio indeciſa relinquitur. 588
S. Dominicus. 36. 62. Eius miracula. 36. Confirmationem Ordinis obtinet. 63. Ei propagando operam dat. 68. Eius obitus 78. Eiuſdem corporis translatio 96. Canonizatio. 97
Dominicus Malateſta. 589
Dulcinus, & Gerardus nebulones. 199
Dulcini ſecta. 242

E

Eduardus Henrici Angliæ Regis filius vitæ periculum adit. 161. Scotiam occupat. 220. Eius obitus. 244
Eduardus filius ei ſuccedit. 244
Eduardi Angliæ Regis tyrannis. 362. Obitus. 374
Eduardus Ioanni Luſitaniæ Regi patri ſuccedit. 506
Eduardus Angliæ Rex, & Carolus Burgundus belli ſocius cum Ludouico Rege Galliæ inducias pangunt. 627. Georgium

gium fratrem inſueto ſupplicio necant. 640
Eduardi ipſius obitus. 651
S. Eliſabetha Vngariæ Regis filia. 93
S. Eliſabetha Luſitaniæ Regina. 246. Eius obitus. 293. Canonizatio. 246
Eliſabetha, & Sanctia Reginæ. 207
Erfordianum gymnaſium. 409
Eugenius IV. Pontifex. 499. Ab eo Vicecomitis alienatio. 499. In eum Romanorum ſeditio. 507. Eius fuga. 507. Ad eum Alphonſi legatio. 511. Pro eo Angli. 511. Ad pacandos Gallos, & Anglos legatum mittit. 513. Bononiam petit. 519
Eugenio Pontificatu abrogato Amadeum ſubrogant. 531. Romam venit. 542. Eius conatus. 545. Obitus. 546
Ezelinus tyrannus. 34. Eius ſæuitia. 128. Obitus. 138

F

FEdericum inter, & Carolum pax. 227
Federico Siciliæ Regi leges datæ 229
Cum eo Henricus fœdus ferit. 252.
Imperium Orientale illi defertur 258
Federicus Auſtriacus cum Ludouico Bauaro Imperator eligitur. 260
Federicus Siciliæ Rex Genuam obſidet. 270
Federicus Auguſtus à Ludouico Bauaro victus, & captus. 273. Inter eos tranſactio. 275. Inter Federicum, & Ioannam

nam Reginam pax. 367. Eius Regis obitus. 374
Federicus Auſtriacus Imperator. 533. In Italiam. 552. Eius vna, atque altera coronatio. 554. Eiuſdem erga Pontificem obſequium. 554. Inter eum, & Matthiam Regem Vngariæ pax. 589. Romam venit. 605. Germaniam repetit 606. Eius ſocordia. 610 Inter eum, & Carolum Burgundum pax. 627
Federicus Feltrius Dux creatur. 620
Federicus Ferdinandi filius. 632
Ferdinandi Caſtellæ Regis obitus. 129. Sæuitia. 203
Ferdinandi Aragoniæ Regis obitus. 455
Ferdinandus filius nothus, & Ioannes frater Alphonſo ſuccedunt. 566. Inter hos bellum. 585
Ferdinandi perfidia. 598. Tyrannis. 608. Cenſum ei Sixtus IV. remittit. 615. Romæ. 628. Inter eum, & Innocentium VIII. diſſidium. 656. Pacem ineunt, & pacis conditiones. 659
Ferraria in feudum conceſſa. 323. Eccleſiæ feudum. 363. 415
Ferrarienſe Gymnaſium. 409
Cum Flandris Philippus Longus Galliæ Rex pacem firmat. 267
Florentia à Iordane capta. 144
Florentinorum inſigne lilium. 204
Florentia incendio deformata. 237
Florentinorum facinus. 367. 370
Florentiam ornat Archiepiſcopatu Martinus V. 474

Florentinorum diſſidium. 601
Florentiæ Patiorum coniuratio. 634
Florentinorum temeritas. 634
Florentini bello petuntur. 636. Eorum legati. 639
Fœlix Pſeudopontifex. 533
Fortunatas inſulas Catalani adeunt. 413
S. Franciſcæ Romanæ obitus. 537. Canonizatio. 538
Franciſcani ſeptem Martyres. 78. Inter Franciſcanos, & Dominicanos contentio. 587
S. Franciſcus confirmationem ſui Ordinis obtinet. 63. Ei propagando operam dat. 68. Eius ſacra ſtigmata. 81. Obitus. 84. Canonizatio. 86
Franciſcus Petrarcha. 303. 336. Eius legatio. 305
Franciſcus Baroncellus Romæ tyrannus. 327. Eius temeritas. 328. Excommunicatur. 328. A Nicola Rentij deijcitur. 328
Franciſcus Sfortia. 529
Fraticellorum ſecta. 235. A Ioanne XXII. damnata. 267
Fraticellorum ſecta repullulat. 604
Fridericus II. eligitur. 50. In Germaniam proficiſcitur. 53. Eius in Romanam Eccleſiam obſequium. 56. Romæ coronatur. 74. Eius tyrannis. 78. 86. 101. Nequitia, & ſæuitia. 85 112. Excommunicatur. 86. 102. Eius ſæuitia Iole vxor moritur. 88. In Palęſtinam proficiſcitur. 89. Cum Sultano tranſigit. 89. Se ipſum

ipſum coronat. 89. Inter eum, & Pontificem pax. 91. Inter eundem, & fœderaras Vrbes pax. 95. Eiuſdem cum Mediolanenſibus bellum. 109. Mediolanum ei deditur. 102. In Pontificem vim parat. 103. Spe deijcitur. 163 Beneuentum dolo capit. 104. In Gregorium Pontificem conuicia. 104. A Parmenſibus fuſus. 114. Moritur. 124. Eius teſtamentum. 115
Friſia maris aquis obruitur. 70

G

Galeacius Mediolanum recipit. 379. Eius inconſtantia. 276
Galeacij Sfortiæ cædes. 631. Eius percuſſorum euentus. 632
Gallorum expeditio ad bellum ſacrum. 161. Carthaginem capiunt. 162. Tunetum accedunt. 162. In eorum caſtris peſtis. 162
Gallorum in Sicilia clades. 189. 191
Galli ab Hiſpanis, & Siculis victi. 199. Inter eos, & Aragonios pax. 213. Inter eoſdem, & Anglos bellum. 214. 391
Gallorum Reges humandi, & inaugurandi ritus. 260. Eorum ab Anglis clades. 213. His ſubijciuntur Genuenſes. 417. Inter eorum proceres diſſidium. 435. Hos trucidant Genuenſes. 442. Inter Galliæ, & Angliæ Reges bellum. 15. 24. 295 191 501
Galliæ regno ſacris interdicitur. 55

In Galliam Romanæ Sedis tranſlatio. 237
De clade gallica vaticinium. 296. Inter Galliæ, & Angliæ Reges induciæ. 299. Apud Galliam ſeditio maxima. 340. In Galliam Anglorum excurſio. 366. Tumultus apud Galliam. 385
Galliæ Rex vitæ periculum adit. 411
Galliam adit Græcorum Imperator. 412
Gallia Angli exacti. 551
Garteriæ militaris ordo. 309
Genua ſub dominio Romanæ Eccleſiæ. 27
Genuam obſidet Federicus Siciliæ Rex. 270
Genua Philippo Mariæ deditur. 480. Inter Genuenſes, ac Venetos diſſidium. 138. 364. 387
Genuenſes Græcis auxilia ſubmittunt. 140. Excommunicantur. 140. A Venetis victi. 152 330
Genuenſium victoria. 309. Venetos vincunt. 323. 325. 331. Ioanni Vicecomiti ſeſe dedunt. 330
Genuenſium clades. 365. A Vicecomite deficiunt. 517
Georgius Podichracius. 569. Rex Boemiæ. 570. Eius obitus. 612
Georgius Angliæ Regis frater inſueto ſupplicio necatur. 640
Gerardus, & Dulcinus nebulones. 199
Germanorum querelæ. 565
Germaniæ conuentus Principum. 609
Græcorum cum Romana Eccleſia con-

cordia. 172. Ab ijs reiecta. 172
Græcorum Imperator Galliam, atque Angliam adit. 422. Eorum Legati ad Martinum V. 474
Gregorius Creſcentius Cardinalis 78
Gregorius IX. Pontifex. 84. Federicum Auguſtum ad ſacrum bellum hortatur. 84. Eundem excommunicat. 86. Peruſiam proficiſcitur. 93. Romani ab eo deficiunt. 93. Cum eodem parum pacifice agunt. 98. Cum eo reconciliantur. 98. Eius obitus. 107
Gregorius X. Pontifex. 167. Ex Palæſtina in Italiam. 167. Concilium Oecumenicum indicit. 170. Florentiam adit. 171. Cum Alfonſo Rege congreditur. 174. Item cum Rodulpho Imperatore. 175. Italiam repetit. 176. Obit. 177
Gregorius XI. Pontifex. 361. Ab eo Vrbes in Italia deficiunt. 368. Is Romam cogitat. 368. In eum Epiſcopi liberum dictum. 372. Is Auenione diſcedit. 373. Romam init. 374. Anagniam ſecedit. 374. Obit. 375
Gregorius XII. Lucam accedit. 435. Roma ſecedit. 436. Deponitur. 438. Eius geſta. 439. Pontificatu cedit. 454. Moritur. 464
Gualterus Brennus. 305
Guelforum, & Gibellinorum turbæ. 261. 263
Guillelmus Hollandiæ Comes Imperator eligitur. 116. Eius inauguratio. 117. Obitus.

Obitus. 134
Guilelmi Ochami obitus. 317
Guiniſius Lucæ tyrannus. 492. Eius captiuitas. 496

H

HAdrianus VI. Pontifex. 178. Eius obitus. 178
Henrici Auguſti teſtamentum. 19. Eius faſtus. 59. Obitus. 64
Henricus Dandulus Dux Venetorum. 32
Henricus Balduini frater Imperator. 40
Henricus Angliæ Rex Ioanni patri ſuccedit. 67
Henricus Friderici filius Siciliæ, & Romanorum Rex. 77
Henricus Turingiæ Lantgrauius eligitur Imperator. 113. Eius obitus. 115
Henrici Angli in templo cædes. 168
Henrici Angliæ Regis obitus. 171
Henricus VII. Imperator. 241. In Italiam aduenit. 246. Mediolani periculum vitæ adit. 248. Eius in Italia res geſtæ. 248. Vxorem amittit. 249. Romam venit. 251. Coronatur. 252. Ab Vrbe recedit. 252. Eius faſtus 252. Cum Federico Siciliæ Rege fœdus ferit, 252. In Pontificem inuehitur. 253. Robertum Regem damnat. 254. Eius ſententia à Clemente Papa irritatur. 254
Henricus Auſtriacus Patauij. 269. Germaniam repetit. 269
Henricus frater Petri Caſtellæ Regi ſuccedit.

cedit. 359. Eius obitus. 383.434
Henricus IV. Angliæ Rex. 420. Eius obitus. 481
Henrici VI. Angliæ Regis depoſitio. 575. Eius obitus. 619
Henricus alius Angliæ Rex. 661
Henricus Friderici filius Legatos Apoſtolicos nauali prælio vincit, & in Apuliam captiuos tranſmittit. 107. A Bononienſibus captus. 114
Henrici Sardiniæ Regis obitus. 170
Hetruriam Hæretici Valdenſes inficiunt. 3. Eius Vrbes Romanæ Eccleſiæ ſeſe dedunt. 3
S. Hieronymi Eremitarum nouus ordo. 392
Hieronymus Pragenſis. 425 Comburitur. 459. In Hiſpania Mauri. 53. Apud eam Mauri victi 95. 298. 309. Eius Reges Mauros profligant. 97
Hiſpani à Mauris victi. 287. Apud Hiſpaniam turbæ. 537. 597. 615. Inter Hiſpanos, & Luſitanos bellum. 623
Honorius III. Pontifex. 66. Crucesignatos ad bellum ſacrum tranſmittit. 68. Supplicationes indicit. 69. Eius obitus. 84
Honorius IV. Pontifex. 198. Eius obitus. 201
Huſſitarum audacia. 445
Huſſitæ rebellant. 461. Eorum licentia. 465. Ipſi inter ſe diuiſi. 475. Eorum facinora. 476. Sigiſmundum Regem vincunt. 476. Cum Huſſitis concordia. 520.
Hydrun-

Hydruntum Turcæ capiunt. 637. Cauſa in Venetos reijcitur. 639

I

IAcobitæ. 282. Eorum Patriarchæ ad Paulum V. legatio. 283
Iacobus Aragoniæ Rex. 59
Iacobus de Vitriaco. 74
Iacobus Columna Cardinalis bello Etruſco finem imponit. 99
Iacobus Aragonius à Mauris victus. 179. Bellum in fratrem mouet. 218
Iacobi Siciliæ Regis cædes 521
Iacobus Piccininus. 560. 578. Eius caſus. 598. De eo ſublato Pauli II. iocoſum dictum. 598
Iacobi Cypri Regis obitus. 619
Ieſuatorum ordo. 355
Immunitas Eccleſiaſtica. 419
Imperatorem eligendi modus. 30
Imperij Orientalis diuiſio. 41
Imperij electorum diſſidium. 359
Innocentius III. Pontifex legationem ad Alexium Græcorum Auguſtum inſtituit. 3
In feudum dat Siciliam Conſtantiæ Auguſtæ, & Federico filio 4. Eius ſedulitas pro bello ſacro. 13. Eiuſdem conſtantia. 16. Cruceſignatorum facinus ab eo vindicatum. 22. Eiuſdem ad Duces litteræ. 23. Zelus, & auctoritas. 24. 26. 43. 45. 50. Eiuſdem in occiſores Epiſcopi Herbipolenſis ſeueritas. 33. Subſidium belli ſacri

clericis

clericis indicit. 5. Eius geſta. 52. Obitus. 65
Innocentius IV. Pontifex. 108
In Galliam proficiſcitur. 110. Aemiliam recipit. 116
In Italiam redit. 127. Genuæ ſubſiſtit, dein Mediolani. 127. Tum Peruſiæ. 128. Neapolim proficiſcitur. 131. Eius obitus. 132
Innocentius V. Papa. 177. Eius obitus. 178
Innocentius VI. Pontifex. 326 A prædonibus obſeſſus. 348 Eius obitus. 349
Innocentius VII 429 Fuga elabitur. 431. Romam redit. 432. Obit. 433
Innocentius VIII. Pontifex. 654
Inter eum, & Ferdinandum Regem diſſidium. 656. 658 Pacem ineant. 659
Ioanna Roberti Regis neptis ei defuncto ſuccedit. 304. 310. Andream virum ſuſpendio necat. 311. Auenionem confugit. 317. Abſoluitur. 321. Regnum accipit. 321. Romam proficiſcitur. 357
Inter eam, & Federicum pax. 367. Ludouicum Andegauenſem adoptat. 381. Suſpendio necatur. 358
Ioanna ſoror Ladislao ſuccedit. 451. Eius nequitia. 458. Sub ea Regina infelix Neapolitani Regni conditio. 470. Ab ea deficit Sfortia. 470. Eius ad Martinum Papam legatio. 472. Alfonſum adoptat. 474
Inter eam, & Alfonſum diſſidia. 483. Alfonſum exhæredat. 485. Ludouicum adoptat. 483. Eius obitus. 515
De

De Ioanna puella Aurelianenſi mirum. 494. E'ns infelix exitus. 446
Ioannis Angliæ Regis obitus. 67
Ioannes Columna Cardinalis Petri Imperatoris dolo captus, & cæſus. 69
Ioannis Boemi ad bellum ſacrum expeditio. 71
Ioannes Duca Græcorum Imperium obtinet. 79
Ioannis Brenni obitus. 101. Ante obitum habitum S. Franciſci ſumit. 101
Ioannes XXI. Pontifex, qui fuerat Petrus Hiſpanus. 178. Tecti ruina extinctus. 181
Ioannes Columna Senator. 183
Ioannis Scoti obitus. 208
Ioannes XXII. Pontifex. 262. Repetere Italiam abnuit. 263. Sedem Pontificiam Aueni one figit. 263. Eius obitus. 287
Ioannes Boemiæ Rex Italiam petit. 282
Ioannis Vicecomitis faſtus. 300. Is Bononiam occupat. 322. Ei ſeſe dedunt Genuenſes. 330. Eius obitus. 331
Ioannes Cantacuzenus Imperator. 308.
De Ioanne Rege Boemiæ mirum. 313
Ioannes Vuiclefus, 326. 362. Eius obitus, 396
Ioannes Galliæ Rex ab Anglis captus. 336 Eius tyrannis. 336. Obitus. 348
S. Ioannes Columbinus. 355
Ioannis Caraccioli artes. 482
Ioannis Luſitaniæ Regis obitus. 506. 396
Ioannes Paleologus Imperator ab Eugenio Papa ad Concilium accitur. 522
In Italiam nauigat; Venetias appellit. 526

Ferra-

Ferrariam accedit; Pontificem veneratur. 526.358
Ioannes Vitelleſcus,& eius obitus. 535
Ioannes Hunuiades. 543.562
B. Ioannes Capiſtranus. 552.562
Ioannes Andegauenſis. 569. 577. Ei accedit Iacobus Piccininus. 578
In Galliam recedit. 596
Ioannis Aragoniæ Regis nequitia. 405. Obitus. 418
Ioannes Galeacius Dux Mediolani. 416. Robertum Auguſtum vincit. 423. Eius obitus. 424
Ioannes Bentiuolus. 424
Ioannes Hus. 424.441.445. Comburitur. 453
Ioannes XXIII. Pontifex. 453. Ambulacrum à Vaticano ad Aeliam arcé ducit 447. Conſtantiam proficiſcitur, mox ab ea diſcedit. 452. Deponitur, & ſponte cedit. 453 Martinum Pontificem adit. 463 Obit. 464
Ioannes filius Alfonſo Regi ſuccedit. 643
Iole Friderici vxor, Corradum parit. 88. Moritur ea viri ſæuitia. 88
F. Iordanus Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis. 98
Italiæ Principum fœdus. 283. In Italia turbæ 644 In ea Vicarij Pontificij 289.
Iubilæum ad annum quinquageſimum redactum 303. 309. 320. Eius celebratio 407.420 490 549 Propter Iubilæū, & populi frequentiam multæ clades. 549. Ad 25. annum contrahitur. 609.
Indi-

Indicitur 624. Celebratur. 626
Iudæi ex Anglia pelluntur. 205. Signum deferre iuſſi. 310. In Hiſpania 623. Simonem puerum Tridenti crucifigunt. 628. Eorum apud Galliam cædes. 99
S. Iulianus Epiſcopus. 46
Iulianus Cæſarinus Cardinalis. 540
S. Iuſtinæ Congregatio. 437
S. Iuo pauperum aduocatus. 302

L

Ladislaus Neapol. Rex. 401. Neapolim petit. 421. Vngariam. 425. Vngariæ regno inauguratur. 426. Italiam repetit. 426. Romæ. 429. Eam occupat. 431. 439. 450. A populo pellitur. 432. Excommunicatur. 432. 446. Eius facinus. 433. Tyrannis. 439. 444. Vincitur à Ludouico Andegauenſi. 446. Eius morbus, & mors. 451
Ladislai Poloniæ Regis laus. 404
Ladislaus Alberti Cæſaris poſthumus. 536
Ladislai oratio ad Pontificem. 553. Eius obitus. 565
Laterani incendium. 244
Latini imperium orientale amittunt. 139.
Latinus, & Bertoldus Vrſini Cardinales diſſidium inter Galliæ, & Hiſpaniæ Reges componere conantur. 184
B. Laurentius Iuſtinianus. 518
Lauretana ædes frequentatur. 225
Lauretanum templum Paulus II. remolitur. 394

Lauretum à Turcis fruſtra tentatum. 638
Leonora Luſitana Federici ſponſa. 555
Leopoldi pro fratre captiuo cura. 274
Leopoldi canonizatio. 657
Londini Synodus. 15
Louanienſis Academia. 490
Lucæ Guiniſius tyrannus. 492
Lucenſium turbarum origo. 493
Ludouicus Galliæ Regis filius Rex ab Anglis eligitur, mox ab iiſdem exturbatur. 64
Ludouicus VIII. Galliæ Rex. 80. Eius obitus. 84
S. Ludouicus IX. Galliæ Rex. 84. Sacram expeditionem adornat. 116. Ad bellum ſacrum proficiſcitur. 116. Ad Cyprum aſcendit. 117. Tartari Principis Legatos audit 117. In Aegyptum vadit. 120. Eius copijs territi Damiatam hoſtes deſerunt. 120. Fit captiuus cum fratribus. 120. Moritur. 162. Super vita, & miraculis eius inquiritur. 185. Canonizatur. 217
S. Ludouicus Toloſanus Epiſcopus canonizatur. 215. 266
Ludouicus Bauarus cum Federico Auſtriaco Imperator eligitur. 260. Excommunicatur. 273 305. Federicum Auguſtum vincit, & capit. 273. Eius epiſtola, & appellatio. 274. Inter eum, & Federicum tranſactio. 275. Italiam petit. 278 Romæ coronatur. 279. Tractatio pacis cum eo inita. 290. Eius inconſtantia. 294. Obitus. 316

Ludouicus Vtinus Galliæ Rex. 260
Ludouicus Vngariæ Rex in Apuliam. 314. Eius ſæuitia. 317. Romã venit. 320. Eius laus. 320. Inter eum, & Carolum Auguſtum diſſidium. 346. Eius obitus. 389
Ludouici Siciliæ Regis obitus. 334
Ludouici Neapolitanorum Regis obitus. 344
Ludouicus Andegauenſis à Ioanna Regina Neapolis adoptatur. 381. Eius obitus. 393
Ludouicus Ludouici Andegauenſis filius Neapolim occupat. 402
Ludouicus Andegauenſis Neapolis Rex. 440
Ladiſlaum vincit. 446
Ludouicus Aurelianenſis cæſus. 436
Ludouicus III. Andegauenſis. 470. Regnum deſerit. 478. Inter eum, & Alfonſum pax. 479
Adoptatur à Ioanna Regina Neapolis. 485. Eius obitus. 512
Ludouicus Caroli Gallorum Regis filius Delfinus. 529
Ludouicus XI. Galliæ Rex. 581. Eius poſtulata. 483
Inter hunc, & Carolum Burgundum diſſidia. 596. Induciæ. 627 Eius cum fratre reconciliatio. 607. Eiuſdem obitus. 649
In Luſitania Mauri victi. 72
Luſitaniæ, & Caſtellæ Reges bellabtur. 365. 629

Luſi-

Luſitanorum clades à Mauris. 514
Luſitanorum ex Africa victoria. 615
Eorum nauigatio in Africam. 843
Aliæ nauigationes. 662
B.Lyduina Virgo. 506

M.

MAhometis Turcarum Imperatoris in Chriſtianam fidem propenſio. 557. Eius facinus. 561
Aliud ſæuitiæ exemplum. 561
Bellum Vngariæ infert, & vincitur. 562
Eius obitus. 642
Manfredus. 131. Eius perfidia. 132. Eiuſdem aſtus, & ſcelus. 133. 135
Arrogantia. 141
Excommunicatur. 145
In eum Carolus Andegauenſis caſtra mouet. 151
Carolum vincit, & occidit. 152
Manichæi, & Valdenſes hæretici. 166
Mantuanæ Synodi initium. 572
Difficultates ſubortæ. 574
Solutio. 576
Marcoualdus Siciliam inuadit. 9
Eius obitus. 19
S.Marci palatium Romæ. 603
Ludi apud illud publici. 603
Maris inundatio apud Friſiam. 70
Margaritæ Hermanni Comitis Hernebur-genſis vxoris poſt partum liberorũ. 364
Obitus. 176
B.Margarita de Cortona. 218

Martham Brenni filiam Balduinus vxorem ducit. 90
Martinus Polonus. 185
Martinus IV. Pontifex. 188
Eius obitus. 198
Martini Aragonij vtriuſque mors. 442
Martinus V. Pontifex. 456
Italiam petit. 459
Mediolani excipitur, dein Mantuæ. 459
Florentiæ. 463
Ad eum Græcorum Legati. 474
Romam accedit. 474
Florentiam ornat Archiepiſcopatu. 474
Aedes extruit ad XII. Apoſtolorum templum. 489
Eius obitus. 497
Matthæus Paris. 103
Matthias Coruinus Rex Vngariæ. 570
Inter eum, & Federicum Auguſtum pax 589
Mauri in Hiſpania. 53
Apud Luſitaniam victi. 72
Vincuntur à Sancio Nauarræ Rege. 73
Apud Hiſpaniam victi. 95
Ab ijs victi Hiſpani. 283
Aduerſus illos fœdus. 407
A Mauris Luſitanorum clades. 524
Maurici alius belli initium in Hiſpania. 651
Maximilianus Cæſar eligitur. 658
Obſequium Pontifici præſtat. 658
Mediolanum Friderico deditur. 102
Mediolano Vicecomites pelluntur. 272
Mediolanum Galeacius recipit. 273

Meſſanæ oppugnatio. 191
Michael Paleologus Imperator. 139
Eius profeſſio Fidei. 179
Eiuſdem obitus. 196
Minorum ordo templum de Aracæli obtinet. 217
Pro Minoritarum Ordinis conſeruatione miraculum. 368
S. Monicæ corporis tranſlatio. 497
Montis Ferrati Marchiones Paleologi. 239
Monſtrum marinum. 426
Alia monſtra marina. 427
Myrtilus Alexij proditor. 28
Acclamatur Imperator. 29
Alexium Auguſtum puerum necat. 29
Latinorum copias inuadit. 29
Repellitur. 29

N

Neapolitani Regni competitores. 569
Nereides. 426
Nicolaus III. Pontifex. 181
Eius obitus. 186
Nicolaus IV. Pontifex. 202
Eius obitus. 207
S. Nicolaus de Tolentino. 239
Eius canonizatio. 545
Nicolaus Albergatus. 501
Nicolaus Fortebraccius. 504
Eius obitus. 514
Nicolaus Piccininus. 506
Eius victoria. 528
Obitus. 543

Nicolaus V. Pontifex. 548
Eius obitus. 558
Nicolaus Vitellius. 624
Nuceria à Carolo Rege obſidetur. 394

O

OLiuerij Carafæ triumphus. 620
Oliuetanorum ordo. 267
Orchanes Turcarum Rex. 308
Orientalis obligatio accedendi ad limina. 43
Othoni Saxoniæ Duci imperium collatum. 4
Inter eum, & Philippum imperij æmulum diſſidia. 11
Inter eoſdem induciæ, & affinitas. 46
Otho Romæ coronatur. 48
Eius in Pontificem obſequium. 48
Deficit à Pontifice. 48
Eius tyrannis. 49
Deponitur. 50
Apuliam, & Calabriam occupat. 53
Victus à Gallis. 60
Ottocarus Boemiæ Dux Regis titulum accipit. 32
Eius cum Rodulpho bellum. 181
Victoria. 181
Ottomanus Turcarum Rex. 224

P

PAleologi, & Caroli diſſidia. 182
Paleologi Marchiones Montisferrati. 239

Paleo-

Paleologi proſpera fortuna. 339
Pandulphus Sabellus Senator. 183
Partus prodigioſus liberorum. 176. 364
Patiorum Florentiæ coniuratio. 634
Paulina de rebus Eccleſiæ non alienandis. 606
Ad Paulum V. Patriarchæ Iacobitarum legatio, 283
Paulus II. Pontifex. 593
Lauretanum templnm remolitur. 594
Mitram pontificiam conficit. 594
Canonicos regulares in Lateranum reſtituit. 595
De Iacobo Piccinino ſublato iocoſum eius dictum. 598
Galeacium à ſacrarum rerum inuaſione deterret. 608
Peruſiam Gregorius IX. proficiſcitur. 93
Peruſiæ diſciplinatorum ortus. 141
Peruſinam Academiam Clemens V. priuilegijs auget. 259
Peruſinos Legatos audit Vrbanus V. 360
Peruſiam adit Bonifacius IX. Roma pulſus. 410
Peruſiæ ſeruatus B. Virginis anulus pronubus. 639
Peruſinis adiudicatur. 661
Peſtilentia. 319
Romæ. 630
Petrus Monachus martyr. 46
Petrus Altiſiodorenſis imperium obtinet. 64
Romæ coronatur. 66
Eius dolo Ioannes Columna Cardina-lis

lis captus, & cæſus. 69
Petrus de vincis Friderici Cancellarius eum defendit. 102
Eius infelix obitus. 113
S. Petrus Martyr. 127
Petrus Hiſpanus, qui fuit Ioannes XXI. 178
Petrus Rex Aragoniæ Carolum Siciliæ Regem ad ſingulare certamen prouocat. 192
Pontifex certamen inhibet. 193
Eius Regis aſtus. 194
Eiuſdem obitus. 197
Petri de Morono, qui fuit Cæleſtinus V. obitus. 216
Petrus Corbarius Pſeudopontifex. 279
Capitur, & ad Pontificem mittitur. 280
Petrus Caſtellæ Rex, eiuſque vitia. 332
Deponitur. 348
Illius exitus. 359
Petrus Rex Cypri Romæ. 357
Petri Aragoniæ Regis obitus. 404
In S.Petri Baſilica valuæ æneæ. 547
Philippo Sueuo imperium abrogatum. 4
Inter ipſum, & Othonem diſſidia. 11
Eiuſdem artes. 15
Inter eum, & Othonem induciæ,& affinitas. 46
Eius obitus. 46
Philippi Galliæ Regis obitus. 80.197
Philippus Pulcher Galliæ Rex. 197
B. Philippi Bonitij ex Seruorum ordine obitus. 199
Philippi Galliæ Regis tyrannis. 208.290
In

In Bonifacium defunctum odium. 240
Obitus. 257
Philippus Longus Gallorum Rex. 266
Pacem cum Flandris firmat. 267
Obit. 271
Philippus VI. Galliæ Rex. 278
Eius obitus. 321
Philippus Audax. 341
Eius facinus. 341
Inter Philippum Burgundiæ Ducem, & Regem Galliæ pax. 512
In Picenum, ex Dalmatia B. Virginis ædiculæ transfertur. 210
Piſanis Sardinia ablata. 273
Inter eos, & Aragonios de Sardinia transfactio. 274
Piſis Cardinales coeunt. 436.437
Pius II. Pontifex. 567
Concilium Mantuæ indicit. 568
Roma decedit, 571
Romam redit. 579.580
Eius laudes. 580
Opera. 580
Vrbe excedit. 585
Eius epiſtola ad Mahometem. 590
Obitus. 591
Eius corporis translatio. 592
Poloniam, & Vngariam vaſtant Tartari. 107
Pontificis noui electionis forma. 567
Pontifici futuro decreta præſcripta. 592
Prouincia Carolo Andegauenſi delata. 114
Ptolemais obſeſſa, & capta. 203

Puerorum facinus. 57
purpuram Cardinalibus concedit, & eorum auctoritatem minuit Paulus II. 59

R

Raymundi Toloſani pœnitentia. 109
Raymundi Lulli errores. 363
Recinetenſes Lauretanæ domus propugnatores. 638
Renatus, & Alfonſus Regni Neapolis æmuli. 507
Renatus Neapoli fugit. 539
Renatus Andegauenſis. 168
Renatus Lotharingiæ Dux. 648
Rhodus ab Equitibus S. Ioannis capta. 246
Ad Rhodum Amadei victoria. 247
Rhodum inuadit Saladinus. 537
Rhodiorum Equitum Romæ conuentus. 600
Eorum Magnus Magiſter Ioannes Baptiſta Vrſinus. 600
Ricardus Henrici Angliæ regis frater imperator creatur. 136
Ricardus Eduardo ſuccedit in regno Angliæ. 374
Eius conſtitutiones contra immunitatem eccleſiaſticam. 419
Eiuſdem tyrannis. 420
Regno deijcitur. 420
Ricardus frater nefarius Eduardo Angliæ regi ſuccedit. 651

Victus,

Victus, & cæſus. 661
Robertus Orientis imperator. 75
Inuadit Ioannem Ducem. 80
Fugatur. 81
Obit. 90
Robertus Carolo patri ſuccedit in regno Neapolis. 244
Eum Henricus Imperator damnat. 254
Eius obitus. 304
Robertus Bauariæ Dux imperium obtinet. 422
Italiam petit. 423
Vincitur à Ioanne Geleacio Vicecomite 423
In Germaniam redit. 423
Moritur. 446
Robertus Malateſta. 633.644
Eius victoria. 645
Obitus. 645
S. Rochus. 279
Rodulphus Imperator. 171
Eius cum Gregorio X. congreſſus. 175
Cum Ottocaro bellatur, & vincitur. 181
Inter eum, & Carolum diſſidia. 183
Eius obitus. 205
Rogerius Sanſeuerinas. 145
Romæ turbæ. 296.342.428.431.560.654
Romæ patrata facinora. 578
Peſtis. 583
Romanæ Eccleſiæ primatus, & auctoritas. 7
Sub eius dominio Sardinia, & Genua. 7
Cum Romana Eccleſia Græcorum concordia inita. 172

Sigiſmundus ab Vngaris captus, & cuſtodiæ traditus. 423
Cuſtodia elabitur. 425
Huſſitæ eum vincunt. 476
Sigiſmundus Imperator. 46
Eius zelus. 474
Italiam petit. 500
Senas accedit. 502
Romæ coronatur. 503
Eius in Pontificem obſequium. 503
Germaniam repetit. 504
Obit. 523
Simonis Monfortij cædes. 70
Simon puer à Iudæis Tridenti crucifixus. 628
Sixtus IV. Pontifex. 613
Vitæ periculum adit. 614
Cenſum Ferdinando remittit. 615
Eius obitus, & mores. 653
Smyrna à Chriſtianis capta. 618
Solis ingens deliquium. 504
Stephanus Porcarius. 557
Sueuia, ac Dania Romanæ Eccleſiæ tributariæ. 33
Sultanus Iconij. 38
Sultani Cairi laus. 76
B. Sylueſtri obitus. 155
Synodus apud Dalmatiam. 10
Londini. 15.205
Lateranenſis. 106
Lugdunenſis. 110
Romæ. 449. Araudæ. 622
Syria deſeritur à Cruceſignatis. 4
Amittitur. 200

Tal-

T

Talmud Iudæorum. 109 268
Tamerlanus Scytharum Rex. 418
Tartari Vngariam, & Poloniam vaſtant. 107
Tartarorum Principis ad S. Ludouicum legatio. 117
Templariorum ordo extinctus. 249
Terræmotus. 220 563
Theobaldo Nauarræo ſacra expeditio male ſuccedit. 106
Theodorus Laſcares Græcorum Imperator obit. 79
S. Thomæ Aquinatis obitus. 172
Canonizatio. 272
Thomas Paleologus Romæ. 286
Thomas Fulgoſius. 558
Thomas de Kempis. 617
Tunetum Galli accedunt. 162
Cum Tunetanis inducias pangunt. 164
Tributum eis imponunt. 164
In Turcas ſacrum bellum. 308. 347 364
Turcæ in Europam tranſeunt. 346
Imperatorem Orientis tributarium faciunt. 347
Ad Belgradum. 536
Ab Vngaris vincuntur. 540
Vngaros vincunt. 541
Turcarum machinamentum. 155
In eos Pontificia claſſis. 560
A Perſis vincuntur. 155
De eis apud Thraciam Venetorum victo-

victoria. 607
Turcarum victoriá. 627
Turcæ Italiam inuadunt. 637
Hydruntum capiunt. 637
In Turcarum regia turbæ. 646
Turrecrematæ Cardinalis obitus. 606
Eiuſdem opera. 607
Tyberis eluuio. 482.630

V

VAldenſes Hæretici. 2
Hetruriam inficiunt. 3
Valdenſes, & Manichæi hæretici. 166
Valentia de Mauris recepta. 102
Vbertus Pallauicinus, eiusque potentia. 147
Excommunicatur. 147
Venayſſinus comitatus Romanæ Eccleſiæ. 245
Venceslaus Caroli Auguſti filius. 349
Malum omen ex eo. 344
In Galliam proficiſcitur. 403
Eius nequitia. 405
Vecordia. 445
Obitus. 460
Veneti de Græcis Byzantium obſidentibus victoriam reportant. 97
A Bulgaris obſeſſoribus Byzantium liberant. 100
Inter eos, & Genuenſes diſſidium. 138. 364.387
Ab eis vincuntur Genuenſes. 152.330
A Clemente vincuntur. 342

A Genuenſibus. 323.325.331
Venetæ Reip. diſcrimen. 333
Ab Vngariæ Rege vincuntur. 337
Venetorum de Turcis apud Thraciam victoria. 607
Negropontum amittunt. 608
S. Veronicæ ſudarium. 66
Veſper Siculus. 191
Vgo Cardinalis floret. 123
Vgonis Regis Cypri obitus. 196
Vgo Luſignanus Cypri Rex. 343
Vicarij Pontificij in Italia. 189
Ab Vrbano VI. conſtituti. 382
Vicecomites excommunicati. 271
Vrbe pulſi. 272
Victi. 367
Contra Vicecomitem fœdus. 490
Eius à Pontifice alienatio. 499
Inter Vicecomitem, & fœderatas Reſpublicas pax. 539
Vincentius Beluacenſis floret. 74.124
S. Vincentius Ferrerius. 427
Eius canonizatio. 571
B. Virginis ædicula à Nazareth in Dalmatiam transfertur. 205
Ex Dalmatia in Picenum. 205
B. Virginis Conceptionis celebritas. 532. 630
Eius imago de quercu. 604
Templum de Conſolatione. 617
Templum de Pace. 649
De B. Virginis Conceptione contentio. 652
B. Virginem ſalutandi mos ad campanæ

ſonitum. 105
Vngariæ Rex Andreas. 21.25
Vngariam, & Poloniam Tartari vaſtant. 107
Vngariæ Rex Venetos vexat. 337
Vngariæ Rex Carolus creatur. 396
Vngarorum victoria de Turcis. 540
Eorum à Turcis clades. 541
Auſtriam inuadunt. 551
Vngaris bellum infert Mahometes. 562
Eorum de Turcis victoria. 562
Eorundem apud Morauiam de Boemis victoria. 607
Vrbanus IV. Pontifex. 145
Eius obitus. 148
Vrbanus V. Pontifex. 349
Aſyla tollit. 349
Inter eum, & Barnabam Vicecomitem pax. 350
Romam adire ſtatuit, & Auenione diſcedit. 353
Viterbij ſubſiſtit. 353
Romam init. 354
Cum Imperatore congreditur. 358
Auenionem redit. 359
Morbo corripitur. 360
Legatos Peruſinos audit. 360
Moritur. 361
De eo inter Sanctos referendo agitur. 361
Vrbanus VI. 379
Vicarios conſtituit. 382
Pro eo Legati Regum ad Francos. 384
Neapolim petit. 389
Capti-

Captiuus detinetur, dein dimittitur. 390
A Romanis reuocatur. 391
In eum conſpiratio. 393
Cardinales ab eo carceri addicuntur. 393
Carolum Regem excommunicat. 394
Cardinales ſupplicio afficit. 402
Genua diſcedit, Lucam adit. 402
Peruſiam accedit. 403
Romam redit. 404
Obit. 406
Inter Vrſinos, & Columnenſes diſſidia. 293. 649
Vſſancaſſanus Perſarum Rex. 560
Vualterus comes. 18
Vualteri facta. 242
Vuilhelmus Scotiæ Rex obit. 60
S. Vulſtanus canonizatur. 26

Z

Ziſchæ Ducis ſæuitia. 480
Eius obitus. 489
Zimmi ad Imperium Turcarum iura. 646
Ziſimus Rhodum profugit. 647
Galliam petit. 647

FINIS.

[library stamp]

Puerorum facinus. 57
purpuram Cardinalibus concedit, & eorum auctoritatem minuit Paulus II. 59

R

RAymundi Toloſani pœnitentia. 109
Raymundi Lulli errores. 363
Recinetenſes Lauretanæ domus propugnatores. 638
Renatus, & Alfonſus Regni Neapolis æmuli. 507
Renatus Neapoli fugit. 539
Renatus Andegauenſis. 168
Renatus Lotharingiæ Dux. 648
Rhodus ab Equitibus S. Ioannis capta. 246
Ad Rhodum Amadei victoria. 247
Rhodum inuadit Saladinus. 537
Rhodiorum Equitum Romæ conuentus. 600
Eorum Magnus Magiſter Ioannes Baptiſta Vrſinus. 600
Ricardus Henrici Angliæ regis frater Imperator creatur. 136
Ricardus Eduardo ſuccedit in regno Angliæ. 374
Eius conſtitutiones contra immunitatem eccleſiaſticam. 419
Eiuſdem tyrannis. 420
Regno deijcitur. 420
Ricardus frater nefarius Eduardo Angliæ regi ſuccedit. 651
Victus,

Victus, & cæſus. 661
Robertus Orientis imperator. 75
Inuadit Ioannem Ducem. 80
Fugatur. 81
Obit. 90
Robertus Carolo patri ſuccedit in regno Neapolis. 244
Eum Henricus Imperator damnat. 254
Eius obitus. 304
Robertus Bauariæ Dux imperium obtinet. 422
Italiam petit. 423
Vincitur à Ioanne Geleacio Vicecomite 423
In Germaniam redit. 423
Moritur. 446
Robertus Malateſta. 633.644
Eius victoria. 645
Obitus. 645
S. Rochus. 279
Rodulphus Imperator. 171
Eius cum Gregorio X. congreſſus. 175
Cum Ottocaro bellatur, & vincitur. 181
Inter eum, & Carolum diſſidia. 183
Eius obitus. 205
Rogerius Sanſeuerinas. 145
Romæ turbæ. 296.342.428.431.560.654
Romæ patrata facinora. 578
Peſtis. 583
Romanæ Eccleſiæ primatus, & auctoritas. 7
Sub eius dominio Sardinia, & Genua. 7
Cum Romana Eccleſia Græcorum concordia inita. 172

Ab eis reiecta. 172
Romanæ Eccleſiæ iura, & ditiones. 186
Romanæ Sedis diutinum interregnum. 156
Romanæ Sedis in Galliam translatio. 207
Romanæ Curiæ officia venalia. 662
Romani à Gregorio IX. deficiunt. 93
Eorum in Pontificem Eugenium ſeditio. 507
Roſarij inſtitutio. 58

S

SAcramenti Euchariſtiæ miracula. 13.59.238
Eius diei feſti celebritas. 92.148.495.505
Eius confectionem indicandi mos crepitaculi ſono. 105
Saladinus Aegyptius. 490
Cyprum, eiuſque Regem capit. 492
Rhodum inuadit. 537
Repellitur. 537
Salmanticenſe gymnaſium. 107
Sancius Nauarræ Rex Mauros vincit. 75
Sancius Luſitaniæ Rex. 81
Sanctia, & Iſabella Reginæ. 307
Sanctimonialium facinus. 156
Sardinia ſub dominio Romanæ Eccleſiæ 27.35
Sardinia, & Corſica Romanæ Eccleſiæ feudum. 216.264
Sasdinia Piſanis ablata. 273
Sarra Columnius. 224
Scaligeri, & Carrarij extincti. 432

Scanderbechus. 550
Eius obitus. 580
Schiſma inter Gregorium, Ioannem, & Benedictum reuiuiſcit. 447
Schiſma diuturnum ſublatum. 492
Scotiæ Rex Vuilelmus obit. 60
Alexander ei filius ſuccedit. 60
Scoti viri doctiſſimi ex Minorum Ordine obitus. 208
Serici, & gemmarum copia. 298
Seruorum Ordinis origo. 95
Sfortia, & Braccius. 401
Sfortia deficit à Ioanna Reginâ. 470
Vitæ periculum adit. 479
Inter eum, & Braccium pax. 479
A Ioanna Regina euocatur. 474
Fluuio mergitur. 487
Franciſcus Sfortia. 529. 545
Mediolano potitur. 549
Siciliæ Regnum ab Innocentio III. Conſtantiæ Auguſtæ, & Federico eius filio in feudum datur. 4
Siciliam inuadit Marcoualdus. 9
In eo regno turbæ. 18
Carolo Andegauenſi illud regnum oblatum. 128. 150
In Sicilia Gallorum clades. 189. 191
Siculorum ad Pontificem legatio. 192
Siculi, & Hiſpani Gallos vincunt. 199
Siciliæ, & Aragoniæ Reges excommunicati. 199
Siculorum ſeditio. 325
Sigiſmundus Vngariæ Rex coronatur. 413
Hunc Baiazetus vincit. 413

Sigiſmundus ab Vngaris captus, & cuſtodiæ traditus. 423
Cuſtodia elabitur. 425
Huſſitæ eum vincunt. 476
Sigiſmundus Imperator. 46
Eius zelus. 474
Italiam petit. 500
Senas accedit. 502
Romæ coronatur. 503
Eius in Pontificem obſequium. 503
Germaniam repetit. 504
Obit. 523
Simonis Monfortij cædes. 70
Simon puer à Iudæis Tridenti crucifixus. 628
Sixtus IV. Pontifex. 613
Vitæ periculum adit. 614
Cenſum Ferdinando remittit. 615
Eius obitus, & mores. 653
Smyrna à Chriſtianis capta. 618
Solis ingens deliquium. 504
Stephanus Porcarius. 557
Sueuia, ac Dania Romanæ Eccleſiæ tributariæ. 33
Sultanus Iconij. 38
Sultani Cairi laus. 76
B. Syluestri obitus. 153
Synodus apud Dalmatiam. 10
Londini. 15. 205
Lateranenſis. 106
Lugdunenſis. 110
Romæ. 449. Araudæ. 622
Syria deſeritur à Cruceſignatis. 4
Amittitur. 200

Tal-

T

Talmud Iudæorum. 109 268
Tamerlanus Scytharum Rex. 418
Tartari Vngariam, & Poloniam vaſtant. 107
Tartarorum Principis ad S. Ludouicum legatio. 117
Templariorum ordo extinctus. 249
Terræmotus. 220 563
Theobaldo Nauarræo ſacra expeditio male ſuccedit. 106
Theodorus Laſcares Græcorum Imperator obit. 79
S. Thomæ Aquinatis obitus. 172
Canonizatio. 272
Thomas Paleologus Romæ. 286
Thomas Fulgoſius. 558
Thomas de Kempis. 617
Tunetum Galli accedunt. 162
Cum Tunetanis inducias pangunt. 164
Tributum eis imponunt. 164
In Turcas ſacrum bellum. 308. 347 364
Turcæ in Europam tranſeunt. 346
Imperatorem Orientis tributarium faciunt. 347
Ad Belgradum. 536
Ab Vngaris vincuntur. 540
Vngaros vincunt. 541
Turcarum machinamentum. 155
In eos Pontificia claſſis. 560
A Perſis vincuntur. 155
De eis apud Thraciam Venetorum victo-

victoria. 607
Turcarum victoriâ. 627
Turcæ Italiam inuadunt. 637
Hydruntum capiunt. 637
In Turcarum regia turbæ. 646
Turrecrematæ Cardinalis obitus. 606
Eiuſdem opera. 607
Tyberis eluuio. 482.630

V

Valdenſes Hæretici. 2
Hetruriam inficiunt. 3
Valdenſes, & Manichæi hæretici. 166
Valentia de Mauris recepta. 102
Vbertus Pallauicinus, eiusque potentia. 147
Excommunicatur. 147
Venayſſinus comitatus Romanæ Eccleſiæ. 245
Venceslaus Caroli Auguſti filius. 349
Malum omen ex eo. 344
In Galliam proficiſcitur. 403
Eius nequitia. 405
Vecordia. 445
Obitus. 460
Veneti de Græcis Byzantium obſidentibus victoriam reportant. 97
A Bulgaris obſeſſoribus Byzantium liberant. 100
Inter eos, & Genuenſes diſſidium. 138. 364.387
Ab eis vincuntur Genuenſes. 152.330
A Clemente vincuntur. 242

A Ge-

A Genuenſibus. 323.725.331
Venetæ Reip. diſcrimen. 333
Ab Vngariæ Rege vincuntur. 337
Venetorum de Turcis apud Thraciam victoria. 607
Negropontum amittunt. 608
S. Veronicæ ſudarium. 66
Veſper Siculus. 191
Vgo Cardinalis floret. 123
Vgonis Regis Cypri obitus. 196
Vgo Luſignanus Cypri Rex. 343
Vicarij Pontificij in Italia. 189
Ab Vrbano VI. conſtituti. 382
Vicecomites excommunicati. 271
Vrbe pulſi. 272
Victi. 367
Contra Vicecomitem fœdus. 490
Eius à Pontifice alienatio. 499
Inter Vicecomitem, & fœderatas Reſpublicas pax. 538
Vincentius Beluacenſis floret. 74.124
S.Vincentius Ferrerius. 427
Eius canonizatio. 571
B. Virginis ædicula à Nazareth in Dalmatiam transfertur. 205
Ex Dalmatia in Picenum. 205
B. Virginis Conceptionis celebritas. 532. 630
Eius imago de quercu. 604
Templum de Conſolatione. 617
Templum de Pace. 649
De B.Virginis Conceptione contentio. 652
B. Virginem ſalutandi mos ad campanæ ſoni:

ſonitum. 105
Vngariæ Rex Andreas. 21.25
Vngariam, & Poloniam Tartari vaſtant. 107
Vngariæ Rex Venetos vexat. 337
Vngariæ Rex Carolus creatur. 396
Vngarorum victoria de Turcis. 540
Eorum à Turcis clades. 541
Auſtriam inuadunt. 551
Vngaris bellum infert Mahometes. 562
Eorum de Turcis victoria. 562
Eorundem apud Morauiam de Boemis victoria. 607
Vrbanus IV. Pontifex. 145
Eius obitus. 148
Vrbanus V. Pontifex. 349
Aſyla tollit. 349
Inter eum, & Barnabam Vicecomitem pax. 350
Romam adire ſtatuit, & Auenione diſcedit. 353
Viterbij ſubſiſtit. 353
Romam init. 354
Cum Imperatore congreditur. 358
Auenionem redit. 359
Morbo corripitur. 360
Legatos Peruſinos audit. 360
Moritur. 361
De eoq; inter Sanctos referendo agitur. 361
Vrbanus VI. 379
Vicarios conſtituit. 382
Pro eo Legati Regum ad Francos. 384
Neapolim petit. 389

Capti-

Captiuus detinetur, dein dimittitur. 390
A Romanis reuocatur. 391
In eum conſpiratio. 393
Cardinales ab eo carceri addicuntur. 393
Carolum Regem excommunicat. 394
Cardinales ſupplicio afficit. 402
Genua diſcedit, Lucam adit. 402
Peruſiam accedit. 403
Romam redit. 404
Obit. 406
Inter Vrſinos, & Columnenſes diſſidia. 293. 649
Vſſancaſſanus Perſarum Rex. 560
Vualterus comes. 18
Vualteri facta. 242
Vuilhelmus Scotiæ Rex obit. 60
S.Vulſtanus canonizatur. 26

Z

ZIſchæ Ducis ſæuitia. 480
Eius obitus. 489
Ziſimi ad Imperium Turcarum iura. 646
Ziſimus Rhodum profugit. 647
Galliam petit. 647

FINIS.